BALTHASARIS THOMASII IVRISCONSVLTI LVCENSIS.

RELIQVA TRIVM DECADVM PARS.

VIDELICET.

De { *Executoribus Vltimarum Voluntatum.*
Restitutione alienorum facienda.
Creditorum concursu. }

Cum plenissimo rerum, & verborum Indice.



PATAVII, M.DC.XLII.

Ex Typographia Pauli Frambotti Bibliopolæ.
Superiorum permissu.

BALTHASSARIS THOMASII.

I. C.

LVCENSIS.

DECAS QVARTA TRACTATVS II.

DE EXECVTORIBVS VLTIMARVM VOLVNTATVM.

DE TESTAMENTARIIS TRACTATVS PRIMVS

Tit. I. Cap. I.

QVI SIT EXECVTOR.

SVMMARIVM.

1 *Executor vltimarum voluntatum dicitur qui testatoris voluntatem exequi debet.*

2 *Minister censetur vltima voluntatis executor.*

3 *Executioni mandatur vltima volũtas ope & consilio executoris.*

4 *Executor proprie est qui nudũ exequendi ministerium habet.*

5 *Executor non censetur procurator.*

6 *Executor est quidam quasi procurator defuncti.*

7 *Executor negociorum gestor dici potest.*

8 *Executor procurator potius quam tutor dici debet.*

9 *Executor iure canonico nuncupatur.*

10 *Executor iure ciuili dicitur minister diuisor dispensator fideicommissarius, commissarius & gauditor.*

11 *Executor loco hæredis censetur nullo alio hærede instituto sed pauperibus ab eo eligendis, in eisue distribuendi potestate concessa lim.num.seq.*

12 *Hæres non censetur executor, quando filius adultus institutus fuit clausula adiecta, quod quandocumque decesserit bona inter Christi pauperes distribuuntur, tunc fideicommissarij vniuersalis vim gerit.*

13 *Executor hæres non est, datus ad distribuendum pracium redigendum ex bonorum venditione amp num.seq.*

14 *Executor hæres non est si testator de sola bonorum distributione mentionem fecerit.*

15 *Hæres non censetur executor alio in testamento hærede instituto.*

16 *Executores tales sunt sicut ij in quos distribuere debent.*

17 *Executor ad rem certam distribuendam non censetur hæres amp.& lim.num.seq.*

18 *Hæres non censetur executor ad rem certam perpetuò distribuendam datus.*

19 *Episcopus non est hæres qui distribuere debet particulare legatum lim.num.seq.*

20 *Executor datus ad distribuendum post mortem hæredis dicitur hæres lim.vt num.seq.*

21 *Executor datus ad distribuendum post mortem hæredis si alter ab intestato hæres adesset hæres non est.*

22 *Executores ad rem certam distribuendam vice hæredis non censetur.*

23 *Substitutio in re certa verbis directis facta ad totum trahitur.*

24 *Executores impropriè hæredes sunt, fideicommissarij etenim sunt.*

25 *Executores ad non pias causas non censentur hæredes.*

26 *Extraneo instituto, ei substitutus non potest directo venire.*

27 *Iure publico sancte & honestè constitutum fuit vltimas voluntates exequi.*

TIT. CI. AP. I.
QVI SIT EXECVTOR.

1 EXecutor vltimarum voluntatum dicitur qui testatoris voluntatem exequi adimplere seu ad effectum perducere debet c.tua.c.Ioannes. extra.de testa.c.religiosus.eo d.tit.in 6.Spec.de instrum. edit.§.nunc verò aliqua n.1.Papien.in form.lib. quo agit. ad redden.rati.tute.glo.ac executores n.2.Capr. de executo.vlt.vol.in princ.n.6.de cõi.Cras.de executori.vlti.volunt.Q.1.n.1.post Iacob.de Aren.de commissar.n 1.Spino.de testam.glo.28.n.2.

2 Vt minister seu administrator l.si quis Titio.vbi Doc. de leg.2.Capra.vbi supra.n.6.

3 Vel cuius ope & consilio vltima voluntas ad effectum perducitur Iacob.à Canib.de execut.vlt.volunt.par. 1.n.3.

4 Propriè verò executor dicitur ille qui nudum habet exequendi ministerium; eligendi verò aut declarandi ministerium habens.non est propriè executor, nec decreto de executore loquente continetur Abbat. cons.11.num.3.&4.lib.2.Card. Alba.in leg.1.§,

tutores. de tutel. in add. ad Bar.

5 Procurator non censetur Capra. supra. n. 7. sed est distributor, minister, aut dispensator Spec. vbi supra. n. 3. 9. 10 66. & seq. Iacob. à Canib. supra n. 8.

6 Est tamen quidam quasi procurator defuncti. l. si verò non remunerandi. §. fin. ff. manda. Bal. conf. 452. n. 2. lib 4. imo procuratorem esse tradit Lap. alleg. 91. n. 6. & procuratori æquiparari probat Bursa. conf. 99. n. 6. Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dub. 2. secundum impressionem Francofurti. n. 30. pag. 17. probat esse quasi procuratorem defuncti & simplicè mandatariû.

7 Negociorum gestor dici potest Iaco. a Cani. supr. n. 8.

8 Procurator autem potius quam tutor dici debet Soc. conf. 11. n. 1. lib. 1. Franch. conf. 116. n. 14. inter conf. vltim. volunt. & in aliquibus tutoribus, & curatoribus comparantur. Papien. supra. n. 1. Carpa. c. 157. n. 17. Rot. dec. 425. n. 8. par. 1. recentis.

9 Canonico iure executor nuncupatur cap. religiosus, & c. sane. de testam. in 6. Capra. supra. n. 10.

10 Ciuili autem iure, minister, diuisor, dispensator, fideicommissarius, Commissarius, & gauditor appellari solet Iacob. à Canib. supra. n. 4. & seq. & n. 10. Capra. supra. n. 10. & seq. Craf. d. Q. 1. n. 2. & 3. & fideicommissarium vocari tradit Io. And. in d. cap. religiosus. n. t de testamen. in 6. quamuis nec legatarius nec fideicommissarius sit Iacob à Canib. supra. n. 9.

11 Hæredis loco censetur nullo alio hærede instituto, sed pauperibus ab eo eligendis, in eiue data distribuendi potestate l. cum tibi de testam. Bar. in l. Centurio. n. 21. de vulg. & pup. subst. & in l. si quis. 37. n. 4. C. episc. & cler. Castr. conf. 273. n. 2. lib. 2. Alex. conf. 4. n. 16 98. n. 10. lib. 2. Ruin. conf. 4. n. 9. 10. lib. 3. Capra. conf. 54. n. 4. Bero. in cap. in præsentia. n. 466. de probat. Boer. dec. 204. n. 47. Franc. Marc. dec. 447. par. 1. Alex conf. 51. sub n. 20. lib. 7. Rim. conf. 435 n. 12. Crau. conf. 440. n. 9. Papien. in form. lib. ad redd. ratio. glo. ac executores n. 5. Simon. de Pret. d. dubitat. 2. n. 103. Marcabrun. conf. 2. n. 36. & in relictis ad pias causas communem opi. testatur Rot. Rom. dec. 553. par. 1. diuerso. Tiraq. le mort. saisit leuif. par. 7. declarat 5. n. 14. Gamma dec. Lusit. 156. n. 1. Alex. de Neuo. conf. 74. n. 1. vbi hæredis vicem habere fiue pauperes Christi fuerint instituti per l. si quis ad declinandâ. C. de epi. & cleri. vel nemo hæres sit institutus, sed testator iusserit bona sua per suos ex ecutores inter pauperes distribui arg. a contrario sensu l. alio. de alim. & cibar. lega. ibi alio hærede instituto Rot. Rom. decis. 544. n. 2. par. 1. recentior. Marta. de suc. leg. par. 1. Q. 13. art. 6. n. 66.

12 1. Lim. quando filius adultus institutus fuit, clausula adiecta quod quandocumque decesserit, bona inter Christi pauperes distribuantur, tunc enim executores non habent hæredum vim, sed fideicommissariorum vniuersalium, cum pauperes vniuersales fideicommissarij censeantur quorum obtinent locum Bal. in l. præcibus. n. 46 C. de impuber. Alex. de Neuo conf. 74. n. 2. & alio instituto hærede executores hæredes non esse. Alex. conf. 45. n. 10. vers. nec secundum. lib. 1.

13 2. Lim. in dato ad distribuendum præcium redigendum ex venditione bonorum qui non est hæres, nemo enim præcium habens propriè hæres est vniuersalis. Leog. 1. 6. & generaliter. ad trebel. Bal. d. n. 46. uers. itê plus dico, quia precium oneribus deductis intelligitur l. illud. C. de collat. Bal. supr. Paris. conf. 74. n. 43. lib. 3. Alex. conf. 45. n. 10. uers. præterea si testator lib. 1.

14 1. Amp. etiam si testator non fecisset mentionem de venditione, at de sola rerum distributione l. fi. de usufr. lega. l. fi. de admi. lega. Bal. d. n. 46 uers. & idem.

15 3. Lim. non procedere alio dato hærede in testamento; indubitatum dicit Spec. de instr. editio. §. nûc. uerò. n. 28. Alex. conf. 12. n. 7. lib. 3. Paris. conf. 74. nu. 39. & 41. lib. 3. de côi. Craf. de execut. ult uol. Q. 8.

16 4. Lim. nam tales sunt executores quales ij in quos distribuere debent, quocirca si illi rei certæ sint legatarij, executores hæredum loco non erunt Paris. d. conf. 74. n. 42. & 70.

17 5. Lim. hæredum loco non censeri, si dari sint ad certam rem distribuendam Paris. conf. 74. n. 39. 41. 71. 72. lib. 3. Craf. supra. Burs. conf. 28. n. 15. de côi. Paris. 5. n. 57. Alex. conf. 45. n. 8. 9. ubi ad mobilia & immobilia. lib. 1.

18 1. Amp. etiam si relictum sit perpetuum Paris. d. n. 71. 72.

19 2. Amp. ut licet nullo dato executore Episcopus particulare legatum distribuere debeat, non tamen loco hæredis erit, nisi pauperes fuerint instituti Bar. in l. Centurio. n. 23. de uulg. & pup. Paris. d. n. 71. Alex. d. conf. 45. n. 10. uersic. præterea si.

20 1. Sublim. quando dati essent ad distribuendum post mortem hæredum, tunc enim loco hæredum habebuntur Bar. in d. l. Centurio n. 21. Alex. conf. 12. n. 12. lib. 3. per cap. cum tibi. de testam. Paris. conf. 74. n. 55. lib. 3.

21 1. Lim. d. sublim. non procedere quando hærede uita functo adesset alius hæres etiam ab intestato de côi. Paris. supr. n. 57.

22 2. Lim. quando executores dati fuissent ad rem certam distribuendam tunc enim uice hæredum non cêserentur de côi Paris. d. conf. 74 n. 57.

23 2. Sublim. quando uerbis directis substitutio in re certa facta esset, tunc etenim ad totum traheretur l. cohæredi § fi. de uulg. Bar. in d. l. Centurio. n. 18. Paris. d. conf. 74. n 66. 67.

24 6. Lim. impropriè hæredes dici, fideicommissarij namque censentur Add. ad Alex. conf. 98. lib. 2. Rui. conf. 4. n. 10. lib. 3.

25 7. Lim. in executoribus ad non pias causas Valasc. dec. 68. n. 4. & 5. vbi testatur ita iudicatum.

26 8. Lim. quando extraneus institutus esset, ei enim substitutus non posset directo ventre, præsertim si uerba obliqua essent de côi. Paris. d. conf. 74. n. 59. & 65.

TIT. I. CAP. II.
CVR CONSTITVATVR EXECVTOR.

27 Iure publico sanctè & iuste ultimas uoluntates exequi statum fuit l. 1. C. de sacr. san. eccle. l. nel negare quemadmo. testa. aperian Luc. de Pen. in l. unica. col. 2. ad fin. uers. item quia Pretor. C. de expens. lud. lib. 11. Rebuf. de sentent. prouision. in præfatio n. 69. & etiâ ad non pia est fauorabilis & late interpretatur Lup. alleg. 87. n. 5. Tiraq. le mort. saisit leuif. par. 7. decl. 5. n. 8. & esse pium & meritum apud Deum habere implêtem Neuiz. conf. 21. n. 19. ubi etiam uenialiter peccare non seruantem.

TIT. II.
EXECVTORVM GENERA QVOT SINT.

SVMMARIVM.

1 *Executorum alij gratiarum, alij sententiarum, alij vltimarum voluntatum. Vltimarum voluntatum verò alij sunt testamentarij, alij legitimi, alij datiui.*

2 *Honorarij executores alij sunt, alij causa notitia dantur.*

3 *Executorum alij meri, alij mixti, & vtriusque effectus & cognitio.*

TIT. II. CAP. I.
QVOT SINT EXECVTORVM GENERA.

1 EXecutorum alij sunt gratiarum de quibus in c. 1. & cap. executor de elect. in 6. alij sententiarum de quibus in cap. pastoralis. §. quia vero. de offi. delega. & in cap. de coetero. & in cap. quoad consultationem de re iud. & in l. executionem C. de execut. rei iud. & in l. à Diuo Pio. §. 1. de re iud Imo. in clem. 1. n. 4. de testam. de quibus dixi in tract. Iudicio. Ciuil. verbo. Executor. alij vtimarum voluntatum, de quibus in hoc tractatu; quorum alij sunt testamentarij, alij sunt legitimi, alij autem datiui, testamentarij testamento constituuntur *legitimi à lege*; datiui à Iudice. l. 3. §. fin de alim. & cibar. legat. Spec. de instru. editio. §. nunc verò n. 1. Bal. cons. 123. lib. 5. Oldendor. de execut. testa. tit. 2. Iac. à Canib. de execut. vlt. volun. n. 11. & seq. & par. 3. in fi. vbi idem si legitimi testamēto dentur adhuc enim non legitimi sed testamentarij censebuntur, subdens Iudicem executores dando hæredes vocare debere quia eorum interest l. de vnoquoque de re iud. l. nam ita. de adoptio. Papien. in forma. lib. ad redden. ratio. glo. ae executores. n. 2. vbi aliam etiam distinctionem subdit Capr. de executor. in princip. n. 18. Cras. de executo. vlt. vol. Q. 1. n. 5. Burs. cons. 299. n. 3. vbi insolidum habere potestatem si insolidū constituti sint diuisa autem potestate suam partem, quemlibet exequi; si simpliciter nisi vno moriente nō exequi alium. Spino. supra. n. 3. & 4. Rota. Roma. dec. 413. n. 14. par. 1. recenti. vbi nudum ministrum dupliciter dici, respectu tituli & commodi, vt quia verba dispositiua ad ipsum non fuerint relata, nec commodum habeat; alio modo respectu commodi, non tituli Bal. in l. si quis Titio. n. 2. in fi. Imo. n. 2. de leg 2.

CAP. II.

2 Alij honorarij sunt, alij etiam causa notitiæ dantur ad instar tutorum Bal. d. cons. 123. lib. 5. de quibus infra. tit. 6. vbi vide alias executorum species.

CAP. III.

3 Executorū alij mixti sunt, alij meri, si mixtus sit quod superest executioni suum est, si merus hæredis Capra. supra. 4. membr. n. 6. Io. à Canib. supra. par. 3. Rot. dec. 425. par. 2. recentis. & merum esse probat quando onus præcedit, relictum sequitur, cum ratione per viam modi ex l. Lucius. Titius. §. à te peto. de leg. 2. & dec. 531. vide infra. n. 59. tit. 12.

Pars altera

TIT. III.
EXECVTORES QVI DARE POSSINT.

SVMMARIVM.

1 *Executores ij dare possunt qui & testari amp. & lim. nu. seq.*

2 *Clericus & laicus testari valentes, executores dant.*

3 *Mulier testari & executores dare potest.*

4 *Iudex dat Executores hæredibus citatis de quorum interesse agitur.*

5 *Executor in donatione causa mortis dari potest.*

6 *Executor dari non potest nisi circa ea de quibus in vltima voluntate disponere quisque potest, tametsi dispositio fieret ad pias causas de Episcopi licentia.*

TIT. III. CAP. I.
QVI DARE POSSINT EXECVTORES

1 QVicumque testari, & vltimam voluntatem condere possunt, ij & executores constituere valent cap. nos quidam. de testam in 6. l. nulli. C. de episco. & cleric. l. alio. de alim. leg. §. si quis autem. authen. de eccle. tit. Iacob. de Arena. de commissar. n 22. Capra. de executo. membr. 1. n. 1. Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dub. 2. n. 23. pag. 16. & vnum vel plures constitui & dari posse tradit Ceph. cons. 625. n. 10.

2 1. Amp. siue laicus siue clericus sit glo. in cap. religiosus. de testam. in 6. Capra. d. memb. 1. n. 1.

3 2. Amp. vt etiam mulier dare & facere possit Simon. de Pret. supra. n. 24.

4 3. Amp. in Iudice qui potest executores dare citatis tamen hæredibus quia de eorum agitur interesse l. de vnoquoque. de re iudica. l. nam ita. de adoptio. Iacob. à Canib. de execut. vltim. volut. par. 1. n. 15.

5 4. Amp. dari posse in donatione causa mortis Bal. in l. executorem. n. 10. C. de execut. rei iud.

6 1. Lim. non posse dari nisi circa ea de quibus in vltima voluntate disponere quisque potest, etiam si dispositio fieret de licentia Episcopi ad pias causas Bal. in l. executorem. n. 9. C. de execut. rei iudica. Capr. vbi supra. n. 2. qui etiam remissiuè tradit permissos, vetitosque in vltima voluntate disponere ad nota. in l. si quærimus. de testam. & in l. 1. C. de sacro. sanct. Eccles.

TIT. IV.
EXECVTORES QVI ESSE POSSINT ET EORVM ORDO.

SVMMARIVM.

1 *Executor quilibet esse, & officium exercere potest, qui non reperitur expresse prohibitus amp. & lim. num. sequent.*

2 *Hæres nullo dato executore censetur executor constitutus.*

3 *Clerici, & laici, & filijfamilias sine patris consensu etiā executores constitui possunt.*

4 *Laicus ex statuto prohibitus executorem esse, ad clericum nominandum constitui potest.*

5 *Hæredum alter executor constitui potest.*

 6 Mu-

6 Mulier vltimæ voluntatis executrix esse potest nec officiũ ad vota transeundo secunda amittet lim.num.seq.
7 Contrarium tenet Amol.ibi citatus.
8 Fratribus executoribus constitutis sorores minime continentur.
9 Episcopi Archiepiscopi & Primates executores constitui possunt; imo succedunt testamentarijs cessantibus vel exequi negligentibus.
10 Spurius meius executor esse potest.
11 Abbas Prior Religiosi et administratores executores esse possunt.
12 Minor 25. annis dummodo pubes sit executor constitui potest & non agatur de industrialibus, sed de corporalibus.
13 Collegium eligi potest pro executore.
14 Incertus potest executor dari.lim.num.seq.
15 Contrarium tenent ibi citati.lim.num.seq.
16 Incertus nõ potest executor dari nisi certificãdus veniret.
17 Incertus nominatus à testatore de quo non constet non potest tutor esse.
18 Incertus executor dari potest quando incertitudo certificanda veniret.
19 Incertus quem scilicet Titius nominauerit executor constitui potest.
20 Fideicommissarius vniuersalis facta sibi restitutione hæredis loco est & executor datur.
21 Clericus & persona priuilegiata executor constitui potest.
22 Religiosi claustrales executores esse nequeunt.lim.n.seq.
23 Contrarium tenent ibi citati.
24 Religiosi executores esse possunt in relictis ad pias causas lim num seq.
25 Religiosi executores ad pias causas esse nequeunt in his in quibus potest esse litigium.
26 Religiosi ex licentia superioris executores esse possunt. amp.num seq.
27 Religiosi sine superioris licentia exequi non possunt vbi eligi possunt, quamuis teneant ab eis gesta.
28 Fratres minores executores esse non possunt, licet eis nominatio, & electio pauperum committi possit, eorum consilium requiri mandari nec de licentia superioris officium exercere & acceptare possunt.
29 Fratres mendicantes executores esse non possunt in hisque de fratribus minoribus dicta procedunt.
30 Seruus executor esse non potest lim. n. seq.
31 Contrarium tenet Iacob. à Cani. ibi citatus.
32 Seruus executor esse potest in extraiudicialibus.
33 Banniti cum publicatione bonorum executores esse non possunt.lim num.seq.
34 Contrarium tenent ibi citati.
35 Banniti executores esse possunt quoad actus nudi ministerij.
36 Excommunicatus maiori excommunicatione non potest executor esse lim.num.seq.
37 Contrarium tenent ibi citati.
38 Excomunicatus maiori excommunicatione executor in extraiudicialibus constitui potest.
39 Infamis an possit executor esse.
40 Minor 25. annis executor esse non potest lim.num.seq.
41 Contrarium tenent ibi citati lim.num.seq.
42 Minor 25. annis in extraiudicialibus in quibus cognitio non caderet executor esse potest.
43 Infans executor esse non potest.
44 Milites armata militia executores esse non possunt lim. num. seq.
45 Milites armata militia executores esse possunt, nisi contra eos de inhabilitate opponatur.
46 Furiosi & mente capti nequeũt executores esse.lim.num. seq.
47 Furiosi & mente capti executores esse possunt si dilucida habeant internalla.
48 Mutus non potest executor esse lim.num seq.
49 Mutus aliqualiter loqui valens executor esse potest.
50 Surdus executor esse non potest lim.num.seq.
51 Surdus aliqualiter audiens etiã natus executor esse potest.
52 Mulier executor esse nequit.
53 Contrarium tenent ibi citati.
54 Debitor licet testamentarius executor esse possit si testator debitorem vel creditorem sciat; non tamen datiuus.
55 Legatarius non potest executor esse quamuis executionem fieri petere possit.
56 Bonus vir debet executor dari.
57 Fratribus datis executoribus sorores non continentur.

TIT. IV. CAP. I.
QVI POSSINT EXECVTORES ESSE ET EORVM ORDO.

1 QVilibet executor esse & officium exercere potest qui nõ reperitur expræsse prohibitus arg. l. mutus de procurator. l. 1. de testi. & l. nec nõ §. quod eis ex quib caus. & c. Iacob. de Arena. de commissar. n. 4. Luc. de Pen. in l. prima col. fin. versic. secundo competit. C. de expens. Ludo. lib 11. vbi etiam prius exequi à testatore deputatum. & Rebuf. de senten. prouisional. in præfatio. n. 77. 78. & Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dub. 2. n. 4. 5. & 28. fol. 17. etiam laicus piorum legatorum executor Iacob. a Canib. de executor. vlt. volunt. par. 1. n. 32. Capra. de executor. membr. 2. n. 1. Meno. de præsumpt. lib. 4. præsump. 125. n. 3. vbi à testatore electum prius exequi; eoque cessante Episcopum de communi Cras. de executor. vlt. volunt. Q. 2.

2 1. Amp. vt si nullus in testamento executor constitutus sit, hæres constitutus executor censeatur Luc. de Pen. in d. l. fin. col. pen. in fine. versic. vltimo. nota. C. de expens. Lud. lib. 11. Rebuf. sup. d. n. 77. Simon. de Pret. supra. n. 2. idem dicens si onus impersonaliter foret iniunctum n. 7. ac in hærede hæredis, si hæredem grauauerit post mortem puellas nubere. n. 8. ex Bal. in l. post mortem. n. 10. C. de fideicom. sicut emolumenta hæredi danda sunt, persona cui danda sint minimè expræssa Simon. de Pret. supra. n. 9. Iacob. à Canib. de executor. vlt. vol par. 1. n. 1. Manti. de vlt. vol. lib. 3. tit. 1. n. 22. post Couar. cap 3. n. 8. de testam. qui ex communi probat hæredem executorum esse etiam pro legatis pijs non autem pro redemptione, captiuorum, tunc enim executore a testatore non nominato, Episcopus exequetur, qui solum etiam à testatore eligitur pro male gestorum restitutione pro definiendis ex vsuris quæsitis; quòd si de malæ quæsitis, oblatisue non nisi testantis confessione constet, vltimæ voluntatis executor ea satisfaciet; vt si de illis constet per eum fiet restitutio qui restituere debet nisi suspectus sit, tunc etenim Episcopus restituet, ac Episcopo consulto fieri debere. Iacob. à Canib. d. num. 1. Mantica. lib. 4. de vltim. volunt. tit. 3. num. 34.

Cras.

Cras. de execut. vlt. vol. Q. 1. n. 6. qui probāt hæredem datum censeri excepta captiuorum redemptione ad Episcopum pertinente per. §. si quis ædificationem. & §. si quis autem auth. de eccle. tit. & l. si quis. §. funus de relig. & sumpt. fune. Gratia. discep. 941. n. 19.

3 2. Amp. vt non modo laici etiam filij familias absque patris consensu, sed etiam clerici executores constitui possint c. fin. de testam. in 6. Fulgos. cons. 75. num. 2. Iacob. à Canib. de execut. vlt. vol. par. 1. n. 20. Capra. vbi supra. n. 2. & seq. vbi idem de Collegio. & de Canonicis regularib. Iacob. supra. & n. 21. de fratribus mendicantibus. & 24. de clericis quoad pias causas Cras. vbi supra.

4 3. Amp. vt si ex dispositione statuti laici executores, constitui nequeant, possint tamen ad clericum executorem nominandum deputari Aret. in cap. post cessionem. n. 43. de probat.

5 4. Amp. vt vnus ex hæredibus executor seu commissarius testamenti deputari possit. Imo. in l. quidam testamento. 99. §. si scriptus. per illum tex. de legat. primo. n. 4. Ang. in l. si à pluribus. eod. tit. vbi etiam exigere posse à cohæredibus vt legata soluat & cohæredibus de indemnitate cauebit.

6 5. Amp. vt mulier etiam vltimarum voluntatum executrix constitui possit nec ad secunda vota transeundo officium amittet *Bar. in l. à filio. is.* vbi etiam de ali. legat. Iacob de Arena de commissar. n. 13. & seq. Bal. in l. id quod pauperibus. num. 3. & 4. C. de Epi. & cler. Ang. in l. si traiectitiæ. n. 4. de nauti. fœnor. Tholos. decis. 154. Fulgos. cons. 75. n. 3. Soc. cons. 11. n. 9. lib. 1. Papien. in forma lib. ad ration. redden. glo. ac executores. n. 3. Ang. Aretin. de testam. glo. 97. n. 2. Dec. cōs. 91. n. 1. Iacob. à Canib. supra. n. 27. Oldendorp. de executor. testam. tit. 5. de communi Put. cons. 121. n. 36. inter cons. vlt. volunt. & Couar. in cap. tua. n. 3. de testam. Simon. de Pret. de vlt. volunt. lib. 5. dub. 2. n. 26. pag. 17. Capra. vbi supra. n. 44. & 55. ex magis communi Burs. cons. 225. n. 155. vide infra lim. 11. Ricci. collect. dec. 769. de communi Cras. in §. executores vltimarum voluntatum Q. 2. n. 26. & Gratia. discep. 826. n. 79. etiam si ad secunda vota transiuisset Cras. supra. n. 27. Gratia. supra. n. 80. tam quoad profana, quam quoad pia Ferret. cons. 323. n. 5. Gratia. supra. n. 81. Spino. de testam. glo. 28. n. 33. & seq. vbi tamen officium amittere si secundo nubat.

7 Contrarium de iuris rigore videtur Imo. in clem. 1. n. 23. de testam.

8 1. Lim. primam opinionem magis communem vt fratribus executoribus constitutis non contineantur sorores Coua. supra. d. n. 3.

2. Lim. vt vidua inhonestè viuens desinat executrix esse Sard. de alim. tit. 7. Q. 24. n. 19.

9 6. Amp. vt Episcopi Archiepiscopi, & Primates Patriarcha & Cardinales constitui, ac esse possint executores imo succedant testamentarijs cessantibus, vel exequi negligentibus aut recusantibus l. nulli. C. de Episc. & cler. & si negligat Episcopus Metropolitanus exequetur. §. sin autem hæc. Authent. de Eccl. tit. cap. nosquidam de testam. Spec. de instrum. editio. §. nunc verò. n. 73. 74. Luc. de Pen. supra. versic. tertio. de communi quod testamentarij esse possint Iacob. à Canib. supra n. 25. Capra. supra. n. 3. Aufrer. ad Cappel. Tholos. dec. 112. Rebuf. supra. n. 80. de communi Cras. supra. n. 3. & 4. & ad pias causas Spec. suprà. n. 73. 74. idē probantes etiam ad non pias causa & Aufrer. supra. dec. 51. Conrad. in templ. om. iud. lib. 2. cap. 2. § 3. de Cardinal. n. 33. Cardinales testamentarios, & legitimos esse posse probat.

10 7. Amp. in spurio dummodo merus executor sit Simon. de Pret. d. dub. 2. n. 27. vide Paleot. de noth. & spur. pag. 105. n. 8.

11 8. Amp. in Abbate & Prælato ab episcopo tamē exēpto de cōi Cras. supra n. 6. 7. quodque Abbates Religiosi Priores & Administratores possint executores esse Spec. d. §. nunc verò. n. 72. etiam quoad personas miserabiles Coua. in cap. tua. n. 1. de testam. vbi cum superioris licentia, & coram Ordinario conueniri Iacob. à Canib. supra. n. 20. Ang. Aret. d. n. 2. Tholos. dec. 154. quia habent velle & nolle.

12 9. Amp. vt minor 25. annis dummodo pubes possit dari executor; & agatur (non de industrialibus quorum pubes incapax sit) at de corporalibus Iacob. à Canib. supra. n. 26. Iacob. de Arena. de commissar. n. 11. Ang Aret. d. glo. 97. n. 2. subdens impuberem ea exequi posse quæ meri facti sint. n. 3. de communi Cou. in d. cap. tua n. 4. vide infra. lim. 8. Ricci. d. collect. 769. Aufr. ad Tholos. dec. 154.

13 10. Amp. in Collegio quod pro officio executoris, exercendo cōstitui potest Bal. in l. id quod pauperibus n. 8. C. de episc. & cle. Iacob à Canib. supra. n. 31. Ang. Aretin. d. n. 2. & communem testatur Cras. supra. nu. 18. & alij in 6. amp. citati.

14 11. Amp. incertum dari posse Sali. in l. id quod pauperibus. n. 6. C. de epi. & cler.

15 Contrariam opi. tenent Cano. in c. cum tibi. de test. Iacob. à Canib. supra. n. 33. Soc. in l. quidam relegatus. n. 19. de reb. dub. Soarez. in tract. de captator. volunt. n. 10. 11. post allegat. pag. 659. Burs. cons. 226. n. 151.

16 1. Lim. primam opi. non procedere nisi veniret certificandus Soc. supra. n. 15.

17 2. Lim. quando testator nominasset aliquem de quo non constaret. Soc. d. n. 19.

18 1. Lim. secundam opi. contrariam 11. ampliationi non procedere quando incertitudo certificanda veniret Soc. d. n. 15.

19 2. Lim. quando eum testator executorem constituit quem Titius nominauerit, quia non substantia sed personæ nominatio committitur Bar. in d. l. quidam relegatus ad finem vbi Soc. n. 18.

20 12. Amp. in fideicommissario vniuersali facta sibi restitutione quoniam loco hæredis est l. 1. ad Trebel. Rebuf. de sent. prouision. in præfation. n. 79. Simon. de Pret. d. dub. 2. n. 5. 10. 11. vbi etiam particularem prædictis cessantibus teneri, & fiscum, non tamen pro annuis in vita hæredis decursis ex Natt. cōs. 322. n. 11.

21 13. Amp. etiam si hæres sit persona priuilegiata, vt clericus l. neque. §. fin. de fideicom. hæred. Luc. de Pen. in d. l. 1. ad fin. versic. item Præsidi. C. de expens. Lud. lib. 11. Rebuf. in d. præfat. n. 84.

14. Amp. vt patri filius curator dari possit qui rationē reddere tenebitur. glo. in l. his qui. verbo. dandum. de tut. & cur. de communi Pinel. in l. 1. par. 2. n. 39. C. de bon. mater. firmia. de epis. n. 64. & Soarez. lit. F. n. 211.

15. Amp. in seruo. Spino. d. glo. 28. n. 33. & seq.

16. Amp. in excommunicato quamuis nequeat esse in iudicio in extraiudicialib. enim admittitur Spin. sup.

22 1. Lim. principaliter in Religiosis claustralibus, qui siue monaci, vel canoniei sint executores esse non possunt Spec de instr. edit. §. nunc verò. n. 70. 71. & Capr. de executor. memb. 2. n. 4. Burs. cons. 226. n. 150. intellige sine superioris consensu Cras. de execut. vlt. vol. Q. 2. n. 8. & Capra. refert & sequitur Donat. à Fina in Enchiridion. regul. iur. lib. 2. verbo, executor de communi contra communem Ceual. com. opi. contra com. Q. 88. qui tamen ex magis communi & veriori probat electores pauperum quibus distribui debeat esse posse, & alioquin gesta sine superioris licentia corruere ex Duen. reg. 381. amp. 6. & Q. 404. si non sit de ordine minorum licet pro validitate sit vna communis alia tamen magis communis est in contrarium excepta electione vt supra.

23 Contrariũ, si quidẽ vltimas etiam non pias voluntates exequentes pium opus exercent Iacob. à Canib. de executor. vlt. vol. par. 1. n. 18. & animę lucrum faciunt §. si verò expræssim. authen. de hæred. & Falcid. à quo lucro monaci & clerici non sunt arcendi cap. tua. nobis. de testam. Bar. in l. à filio. n. 3. de alim. leg. Iacob. de Arena. de commissar. n. 17. 18. Bal. in l. id quod pauperibus n. 9. C. de episco. & cler. & communem habita superioris licentia tradit Paris. cons. 26 n. 1. & seq. lib. 4. & etiam in non pijs tuta conscientia Papien. d. glo. ac executores n. 3. & Imo. in clem. 1. n. 10. de testam. Spino. de testam. glo. 28. n. 32. & seq. distinguit Cast. cons. 13. lib. 1.

24 1. Sublim. non procedere in relictis ad pias causas propter quæ non retrahuntur à Diuinis Iacob. à Can. d. n. 18. Capr. vbi supra n. 5. Bursa. d. n. 150. Marta. decis. 111. Pisa. & in solo facto consistentibus de communi Spino. d. glo. 28. n. 32. de testam. Conrad. in ter. om. iud. lib. 2. c. 7. n. 37.

25 1. Lim. d. sublim. non procedere in his in quibus potest esse litigium, tunc enim executores esse non possunt; quamuis possint in his quæ solo verbo expediri possunt Capr. supr. n. 7. & 11.

26 2. Sublim. quando à superiore licẽtiam obtinuissent c. fin. de testam. in 6 Spec. supra loquens de Papæ licẽtia Bar. supra. n. 3. Papien. in form. libel. ad ratio. redden. glo. ac executores. n. 3. Imo. in clem. 1. n. 7. & seq. de testam. expræssam requiri dicens, & concessam reuocari minime posse, nec à superiore denegari, & si deneget exequi cogetur, idem subdens præcipiente Prælato. Capr. vbi supra n. 6 Coua. in c. tua. n. 1. de testam. de communi testatur Paris. supr. Simon. de Pret. d. dubitat. 2. n. 25. Crass. supr. Abb. in c. consultationibus. n. 4. in fi. de cleric. ægrot. Rom. cons. 235 n. 4. Conrad. d. c. 7. n. 37. vbi etiam pro coniunctis de mendicãtib. Aufr. ad Tholos. dec. 154.

27 1. Amp. vt quibus casibus executores eligi possunt, sine licentia superioris officium exercere nequaquam valeant; quamuis gesta teneant maxime oppositione omissa Bal. cons. 332. n. 2. lib. 1. Imol. in clem. 1. n. 1. de testam. Iacob. à Canib. de executor. par. 1. n. 19. vbi ex communi Episcopum superiorem esse. Ang. Aret. d. n. 2. Papien. d. n. 3. de communi Cras. sup n. 9. Oldendorp. de execut. testam. tit. 4. Rom. cons. 235. n. 4. Natt. cons. 517. n. 28. Rol. cons. 24. num. 82. lib. 1. Burs. cons. 226. n. 150. Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dub. 2. pag. 16. n. 25.

Contrariam opi. communem testatur Vasq. de succes. lib. 3. §. 21. n. 178. &

28 1. Lim. 2. opi. contrariam primæ limitationi, vel potius secus esse dicas in fratribus minoribus qui executores esse non possunt, nec etiam rector, vel Gardianus conuentus, licet possit illis electio, & nominatio pauperum committi, eorumque consilium requiri mãdari; nec etiã cũ superioris licẽtia officiũ executoris acceptare, & exercere valent. clem. exiui. de verb. sig. Bar. cons. 142. n. 2. lib. 1. & d. n. 3. Bal. in l. id quod pauperibus. n. 9. C. de epi. & cle. Iacob. à Canib. d. par. 1. n. 23. Imo. in clem. 1. n. 24. de testam. Papien. in form. lib. ad redden. ration. glo. ac executores. n. 3. Ias. in l. 1. §. item acquirimus. n. 51. de acqui. posses. Coua. in c. tua. n. 1. de testa. Durant. de tuto. caut. 7. n. 2. & 3. vbi tamen consulere nominare & eligere posse ex potestate sibi data. Cras. supra n. 11. & seq. & est magis communis opi. respectu electionis pauperum vt sit permissa Durant. supra. Natt. cons. 85. n. 3. vbi idem de eorum Gardiano & nec directe nec indirecte, & cons. 95. n. 1. & 2. & cons. 97. n. 9. qui tamen n. 10. non transire sine dubio an esse possint electores pauperum & consultores inquit ex Felin. in c. ex parte. col. fi. lim. 3. de constitut. qui subdit quod si testator fratrem minorem consuli debere cauisset pro executione, alias non teneat executio quod cum consuli nequeat, executio fieri non possit; & non prohiberi pauperes eligere vltra supra citatos tenent Alex. cons. 57. n. 8. 10. lib. 2. de cõi Cras. supr. n. 14. (quamuis negatiuã dicat esse magis cõmunẽ d. n. 14.) Simon. de Pret. d. dub. 2. n. 25. de communi Dec. cons. 499. n. 2. in fi. Villalob. lit. F. n. 164. & Soarez. lit. E. n. 203. Conrad. d. n. 37. Aufr. supr. vbi tamen pauperes eligere posse.

29 1. Amp. vt quæ de fratribus minoribus dicta sunt, in mendicantibus etiam procedant de communi Cras. supr. n. 16. mendicantes verò, quæ nudi facti sunt exequi possunt secundum communem d. n. 16.

Declara tamen vt eis & societati Iesu relicta vẽdere possint & pręcium in eorum necessitates & pios vsus conuertere possint de cõi. Gab. cons. 28. lib 1. & Meno. cons. 1014. n. 14. Cabal. cons. 16. n. 16. par. 2. Rot. dec. 477. par. 2. recentis.

30 2. Lim. in seruo qui non potest esse executor Iacob. de Arena. de commissar n. 5. & seq. Bal in l. id quod pauperibus. n. 3. C. de epi. & cleri. Imo. in clem. 1. n. 23. de testam. Capr. de executor. memb. 2. n. 15. Burs. cons. 226 n. 150. Donat. à fina. d. verbo, executor. Oldendor. de execut. vlt. vol. tit. 4.

31 Contrarium tenet Iacob. à Canib. de executor. d. par. 1. n. 28. Spino. supra. n. 33. 34.

32 1. Sublim. non procedere in his quæ extra iudicium explicari debent Capr. supra. n. 16.

33 3. Lim. in damnatis & bannitis quorum bona ob condemnationem publicata fuere Capr. supr. n. 19. de communi Cras supr. n. 17. Burs. cons. 226. n. 150. Donat. à Fina. sup.

34 Contrarium tenent Albe. de statut. lib. 4. Q. 106. & Ang. Aret. de testament. glo. 97. n. 3. in deportatis. Spino. supr. sub n. 33.

35 1. Sublim. non procedere quoad actum nudi ministerij vt puta declarationem, aut executionem aliquã faciendam Bal. in d. l. id quod pauperibus. n. 5. Iacob. à Cani. sup. n. 29. qui idem in legato alimentorum tradit & de cõmuni testantur Capt. supr. n. 20. & Cras. d. n. 17.

n.17. Viui.communi opi.63.n.2.Spino.d.n.33.

36 4.Lim.in excommunicato maiori excommunicatione qui in iudicio esse non potest, ideoque nec executoris officio fungi Capra.d.mēb.2.n.21. Burs.d.n.150. Donat.à Fina.d.verbo executor.

37 Contrarium quia contrahere potest tenent Bal. in d. l.quod pauperibus n.6. Alberi. de stat. part.4. Q.106. Spino.supra n.38.

38 1.Sublim.non procedere quoad ea quę extra iudiciū possunt expediri Iacob.sup.n 30.Capra.sup.n.22.

39 5.Lim. in infame in terris Ecclesiæ si opponatur, quamuis de iure ciuili secus sit maxime in actibus extraiudicialibus Capra. sup.n.24.& seq.Donat.à Fina. supra.

40 6.Lim.in minore 25. annis quia in iudicio esse non potest Spec.de instrum.edit.§.nunc verò.n.75.Oldendorp.de execut.vlt.vol.tit.4. Papien. d. glo. ac executores.n.3.Capra.d.membr.2.n.29.& seq. Donat.à Fina.d.verb.executor.Spino.supra n.36. nisi ex consuetudine impubes admittatur n.37. Oldendorp.sup.

41 Contrarium tenet Cras.sup. nu.24. & citati supra 9. amp.

42 1.Sublim.6.lim. non procedere in extraiudicialibus in quorum executione non caderet cognitio, in quibus etiam impubes potest executor esse Bal. in d. l. id quod pauperibus.n.7.Capra.sup.n.31.& seq.

43 1.Lim.secundam opinionem contrariam 6. limitationi non procedere in infante, quia nec sua nec aliorum negocia gerere potest Iacob.à Canib.d.part.1.n.34.& in pupillo Imo.in clem 1. n.23. de testam. & in minore annis 17.communem testatur Burs.cons.226. n.151.

44 7.Lim.in militibus armatæ militiæ qui nequeūt executores esse Capra.supr.n.35.Burs.d.n.151. Donat.à Fina.d verbo executor.

45 1.Sublim.non procedere nisi contra eos sic exequentes de inhabilitate opponatur. Capra. sup.n.36.

46 8.Lim.in furioso,& mentecapto qui nequeunt executores esse cum nesciat quicquid agant. l furiosum. C.qui testa.face.pos.l.furor.de spons.Iacob.de Arena. de commissar.n.22.Papien.in form. lib. ad reddend. ratio.glo.ac executores.n.3.ad similes extendens.Oldendorp.d.tit.4.Burs.d.n.151.Donat.à Fina. sup.post Capr sup.n.37.

47 1.Sublim.non procedere quando dilucida interualla haberet Capr.sup.n.38.

48 9. Lim in muto Imo.in d.clem.1.n.23.Iacob.de Arena d.n.12.Capra. supra n.39. Burs.d.n.151. Donat à Fina.sup.

49 1.Sublim. non procedere nisi omnino loqui non posset, etenim si aliqualiter loqui, vel nutu, aut literis suam voluntatem possit exprimere ad negocia admittetur licet à iudice repellatur Capr.vbi sup. n.40.

50 10.Lim. in surdo qui nequit executor esse Iacob. de Arena.d.n.12.Imo.d.n.23.Capra.d.memb.2.nu.41. Burs.d.n.151.Donat.à Fina. sup.

51 1.Sublim. non procedere in surdo aliqualiter audiēte aut nutu, vel litteris intelligente, etiam si nihil audiret, hic enim ad negocia executor esse potest, licet in iudicio non admittatur Capra.supr.n.42. & 43.

52 11.Lim.in muliere quæ de iure non potest esse executrix, licet consuetudine aliud seruetur glo.in l. tutela. de tutel.& in cap. religiosus. de testam. in 6. Spec. d.§.nunc vero.n.76.vide supra amp.5.

53 Contrarium tenent Bal.in d.l.id quod pauperib.n.3. & 4.Papien.in d.glo. ac executores. n.3. de communi testantur.Capra.d.memb.2.n.45. & Cras. de execut. vlt.vol.d.Q.2. nu.26. vbi idem si transeat ad secunda vota n.27.subdens pro pia causa tantum in iudicio etiam esse posse nu. 28. & hanc secundam opi. tenent ex alio.de alim.leg. Dec.in l. fœminæ. nu.21. de reg. iur.maxime ad pias causas & pro suo interesse.Spino. d.n 34. sed si ad secunda vota transeat vxor à viro relicta executrix, exequi nō poterit n.36.& ad pias causas relinqui posse Meno. cons.1232.n.23.

54 12.Lim. in debitore qui licet testamentarius executor esse possit; non tamen datiuus, & ita demum testamento dari potest debitor vel creditor, si testator debitorem vel creditorem esse non ignorauerit Capr. sup.n.46.& seq Donat.à Fina.d.verbo.executor.

55 13.Lim.in legatario quamuis executionem fieri petere possit Rebuf.de sentent. prouision.in præf. n.79.

56 14.Lim. nam uir bonus executor dari debet Oldendorp.de execut.vlt.volun.tit.2.versic.audi.& tam testamentarius quam legitimus viri boni arbitrio vti debet Meno.lib.4.præsump.125.n.4.

57 15.Lim. vt si fratres executores relicti sint, nō contineantur sorores Bal.in cap.ad audientiam.1.in fi. de rescr.per l.cuius bonis.de cur.furio.Marta.de suc.leg. par.3.Q 2.art.1.n.5.

58 16.Lim.in forense ex statuto vetito executoris officium exercere, qui solus exequi non poterit, licet cum alijs non subditis exequi valeat; electio pauperum vero non subdito & fratri minori, & alij qui executor esse nequit committi potest Plot. cons.168.n.20. 21. lib.1.cons.vlt.vol.

59 17.Lim. nam si testator vni executionem commiserit ad eum non refertur qui testatoris voluntati contrauenerit ob quam contrauentionem hęreditate priuatus sit Alex.cons.138. n.25.lib.1.Surd. de ali.tit.9. Q.25.n.53.

TIT. V.
QVOMODO ET QVIBVS VERBIS EXECVTORES DENTVR.

SVMMARIVM.

1 *Executores in qualibet vltima volūtate dari possunt amp. & lim.num. seq.*
2 *Donatione causa mortis executor dari potest.*
3 *Vltima voluntate nulliter dari non potest nisi acceptet.*
4 *Executores censentur in quos verba executiua directa fuere.*
5 *Executores verbis specificis constitui debent.lim.nu. seq.*
6 *Executor datus censetur si testator x.relinquat Titio pro redemptione captiuorum.*
7 *Executores æquipollentibus verbis nuncupari sat est.*
8 *Executoris potestas à testamento pendet, nec actionem habet contra hæredem*
9 *Executiua verba non disposita collata in aliquem esse debent vt executor sit.*
10 *Executor non censetur consilio arbitrio & voluntate cuius legatorum fuit collata solutio.*
11 *Executoris nominatio vel electio hæredi potest à testatore committi, nō tamen executoris eligendi facultas amp. num. seq*

12 *Executoris electio & declaratio alteri à testatore committi non potest etiam casu quo testamento datus obiret.*
13 *Contrarium tenent ibi citati.*

TIT. V. CAP. I.
QVOMODO ET QVIBVS VERBIS EXECVTORES DENTVR.

1 IN qualibet vltima voluntate dari possunt executores cap. nos quidem & cap. Ioannes. de testam. etiam in codicillis ab intestato Put. conf. 121. n. 39. inter conf. vlt. volunt. Capra. de executor. membr. 3. n. 1. & seq. subdens tales ad distribuendum pauperibus datos non posse ex trebelliano distribuere eis cum personas pauperum repraesentans fideicommissarius censeatur.

2 1. Amp. in donatione causa mortis puta si quis mortis causa hęreditatem suam alicui donet pro pauperibus recipienti executore dato ad pauperes declarandos. Bal. in l. executorem. n. 10. C. de executio. rei iud. Capra n. 4.

3 2. Amp. vt datus in vltima voluntate nulla si acceptet exequi teneatur alioquin datio corruet l. sicut C. de actio. & oblig. Rol. conf. 117. n. 10. inter conf. vltim. volunt. vbi etiam Franc. conf. 116. n. 13. qui subdit, si testamentum inter liberos valeat, esse etiam validam dationem executoris in eo & num. seq. & Put. conf. 121. n. 24. & seq. ibidem extranei dationem in minus solemni testamento non valere probat.

4 3. Amp. executores censeri in quos verba executiua directa fuere Cor. conf. 76. n. 13. lib. 4. & quando quis relictus fuit fiduciarius hęres puta si testator dixerit de quo confido executurum quod non requirit septem testes, & nihil retinet Rota dec. 381. coram. Caualer. vbi etiam ex causa & persona puta valde dilecta probari fiduciam Alex. conf. 45. n. 7. & seq lib. 1.

5 1 Lim verbis specificis constitui debere, nec alij potest committi executoris datio vel electio etiam ad pias causas Capr. supr. n. 6. 7. & 9 & talibus verbis ex quibus constet quod disponens in vltima voluntate omnem commisit executionem expressè vel tacitè, puta, si post legata dicat Titium executorem meum facio, cum tunc videatur executor mixtus seu distributor ad omnia exequenda ordinatus etiam si institutus sit hæres, & etiam si sit rerum certarum executor constitutus Capra supra. n. 10.

6 1. Sublim. sat esse testatorem dixisse relinquo Titio decem pro captiuorum redemptione, vtuè illa in eorum redemptione expendat, non sit enim vis in verbis, sed voluntas spectatur Spec. de instrum. editio. §. nunc verò. n. 54. vel testatorem dixisse, volo quod des tantum Titio, est enim ac si dixisset, volo quod tot de mea hæreditate accipias & Titio des glo. in l. alio. vbi Bar. n. 2. de alim legat.

7 2. Sublim. sufficere executores verbis æquipollentibus nuncupari, vt puta si dixerit facio Titium ad distribuendum legata, vel ad exequendum voluntatem meam, vel dilapidatorem meorum bonorum, ad exequendum testamentum meum, vel si post legata in institutione dixerit, meam voluntatem committo dispositioni Titij, his enim casibus Titius dicitur executor constitutus cap. cum tibi. de testam. Bald. in l. id quod pauperibus n. 1. ante fin. C. de epi. & cle. Capr. d. memb. 3. nu. 11. & si fideicommissarium relinquit Rom. conf. 228. n. 13. Oldendorp. de execut. testam. tit. 1. vel quando dispensatorem constituisset Paris. conf. 26. n. 4. lib. 4. & si gardiatorem constituerit, dicitur datus executor, siue sit alter institutus hæres siue non, & si testator gardiatoris consilium voluerit hæredem sequi, requirere tenetur, licet illud sequi non arctetur Spec. de instrum. edit. §. nunc verò. n. 4. 5. sed valida erit hæredis distributio si idonea sit d. consilio spreto, n. 6. & si arbitrio seu voluntati gardiatoris cõmissum sit, illud hæres sequi tenetur nisi male fuerit arbitratus n. 7. quod si nolit arbitrari cogetur, vbi verò nõ possit ob mortem Episcopus succedat n. 8. quod si testator dixerit facio gardiatorẽ vt distribuat executor erit. nu. 9. quod si dixerit Titium gardiatorem meum facio volens per eum fieri solutionem, tunc suo arbitrio diuidere, & soluere poterit n. 11. & quando voluntatis declaratores reliquit quod isti executores censeantur l. t. de leg. 2. Bal in l. executorem. nu. 4. in fi. C. de execut. rei iud. Capr. d. memb. 3. n. 14. vbi n. 15. & 16. subdit quod commissio executionis voluntatis vt in arbitrium boni viri censeantur executores iuris & facti; si verò in voluntatem liberam, tunc tantum executores censeantur, nec officium aliquod habere videantur. & quando administratores, procuratores dedit Gratia. discep. 812. n. 1. & seq. Alex. conf. 45. n. 7. & seq. lib. 1.

8 1. Lim. vt licet ad compellendum executor factus omnium prædictorum executor & minister sit, & pecuniam sibi datam dispensare possit; aduersus hæredẽ nullam actionem habet, nec aliud potest quam quod testator ei concessit Spec. supra n. 12.

9 3. Lim. quando verba dispositiua in aliquem tacitè vel expressè collata fuere, non autem executiua, vel distributiua, tunc ille executor non censetur sed legatarius, vt si testator Titio decem legauerit, quæ voluit per ipsum alteri restitui ita ex mente Bar. & Ioan. And. tradit Capr. supr. n. 12.

10 4. Lim. vt si cuius consilio, arbitrio, vel voluntati legatorum solutio sit collata, is non executor, nec distributor erit, etiam addito verbo executor arg. l. pater aliàs est § quidam decedens l. Titium & M uium in princ. de admi. tut. Capr. sup. n 13 & vbi executor ex testatoris dispositione alicuius consilium requirere debet, illud sequi non tenetur, nisi testator addiderit & assensum l. 1. §. si plures de exercitor. l. Titium. de admi. tut. l. 2. manda. cap. olim. de arbitr. Iacob. de Arena. de commissar. nu. 51. & 52. Bal. in l. id quod pauperibus n. 16. C. de epi. & cler.

11 5. Lim. vt licet executoris nominatio vel electio in hæredem à testatore committi possit, non tamen eidem facultas executorem eligendi, vel non tribui potest Bald. in d. l. id quod pauperibus. n. 15. Cor. in l. captatorias. n. 31. C. de testam. milit.

12 1. Amp. vt nec executoris committi possit electio vel declaratio alteri, etiam casu quo a testatore constitutus decederet, quia ista est dispositio, non rei dispositæ executio Bal. in l. executorem, n. 5. C. de execut. rei iud. Capr. d. memb. 3. n. 9. Soarez. de captator. volũt. n. 9. post alleg. ex communi.

13 Contrarium tenet Ancharan. conf. 202 n 3. & Bal. in d. l. id quod pauperibus. nu. 15. vide infra tit. 14. cap. 14.

14 6. Lim. nam licet executor possit substitui, si tamen in pœnam detur, non cēsentur dati nisi in casu expresso & voluntatis nō impotentiæ non obstante clausula codicillari quæ non operatur vbi cessat testatoris voluntas latè Alba. cons. 463.

TIT. VI.
QVOT SINT SPECIES EXECVTORVM VLTIMÆ VOLVNTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Honorarij alij sunt executores vt ibi.*
2 *Notitiæ causa etiam executores dantur.*
3 *Exequi vt debeant alij dantur.*
4 *Vniuersales in testamento dantur vt ibi.*
5 *Particulares alij testamento constituuntur.*
6 *Meri executores sunt qui nullum commodum recipiunt vel pro labore habent.*
7 *Mixti executores sunt qui commodum non ex legato sed aliunde percipiunt.*
8 *Mixti etiam sunt qui aliud vltra facti ministerium exequendo facere debent.*
9 *Nudi sunt executores qui nullum cōmodū consequuntur.*
10 *Legitimi alij sunt executores.*
11 *Datiui alij sunt executores.*
12 *Mixtus executor à mero differt, caduco enim facto legato non remanet mero secus in mixto.*
13 *Merus executor non cauet de indemnitate conseruando secus in mixto.*
14 *Merus executor non habet actionem pro re distribuenda consequenda nisi ad pias causas, secus in mixto.*
15 *Mixtus executor procuratorem ad lites constituere potest, merus autem ad negocia intelligenda in profanis, quia ad pias causas non dicitur merus executor & ante litem contestatam ideo procuratorem constituere potest.*
16 *Merus executor à legatarijs conueniri non potest, secus in mixto.*
17 *Merus in vita non implens sibi à testatore iniuncta, suo hæredi executionem non committit; secus in mixto.*
18 *Merus executor ex mandato à testatore vendendi dato exequi sine alijs superstitibus nequit, licet secus si alij obijssent, abessent, impediti forent vel exequi nollent; nec vendere merus potest sine subhastationibus.*
19 *Restitui hæredi debet quod merus executor nō impendit; mixtus autem retinebit nec hæredi restituet.*
20 *Merus executor de dolo & lata dumtaxat tenetur, mixtus vero et de leui.*
21 *Mero executore vita functo statim ab eius hærede fideicommissum petetur, licet ipse commodum aliquod percepturus fuisset; secus si legatarius ac mixtus esset.*
22 *Mixtus commodum sentiens legatarius dicitur nec ideo notarius scribens testamentum se executorem mixtum scribere potest, quia legatum amitteret & falsi pœna teneretur; secus in mero.*

TIT. VI. CAP. I.
QVOT SINT SPECIES EXECVTORVM VLTIMÆ VOLVNTATIS.

1 EXecutorum alij sunt honorarij, & sunt illi qui in testamento dantur pro honore defuncti, hæredis, vel familiæ & dari solent magni viri l. quod si forte. §. 1. de sol. Bal. cons. 123. lib. 5. Capra. de execut. membr. 4. nu. 1. & testamentarius omnibus præfertur. Cast. cons. 81. n. 26. lib. 1. cons. vlt. vol.

2 Alij notitiæ causa dantur, non vt exequantur, sed quia patrimonij notitiam habent iam defuncti, vt eos instruant, & doceant, qui effectualiter exequi debent l. 1. C. de peric. tut. Bal. supra. Capra. supra. n. 2.

3 Alij dantur vt effectualiter exequātur d. l. quod si forte. Capra. sup. n. 3.

4 Vniuersales alij sunt, videlicet qui dantur in testamēto institutionem pauperum continente, vel in quo testator iussit bona sua inter pauperes distribui per suos executores, nullo hærede instituto, & isti executores, vim ac nomen hæredum habent & Episcopus institutus pauperibus Bar. in l. alio. n. 6. de alim. lega. Oldendorp de execut. testam. tit. 3. de communi Capra. sup. n. 4. & dicam infra tit. 12. cap. 13.

5 Particulares alij dicuntur, & ij sunt qui deputati fuere ad legata exequenda, alio hærede instituto, & sūt meri executores ac nudi ministri etiam si eis pro laboris remuneratione aliquid relictum appareat arg. l. tutor. §. quæ tutor. de excusat. tut. Bal. in l. nulli. n. 1. C. de epise. & cleri. Oldendorp. supra n. 5. & 6.

6 Meri sunt alij executores hi scilicet qui nullum commodum percipiunt ex dispositione defuncti, vel illud percipiunt pro labore executionis faciendæ Bal. in l. nulli. n. 2. C. de epi. & cleri. Oldendorp. d. tit. 3. Capra. sup. n. 6. Petr. Iacob. in pract. rubr. 100. de actio. ex testamento. n. 61. & 62. Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dubitat. 2. n. 41. pag. 18. Capra. sup. memb. 6. nu. 5. & seq. & quod operi superest ad institutos hæredes spectat Rot. dec. 425. par. 1. recentis

13 Contrarium in teſtamentario Alex. conſ. 215. n. 8. lib.6 Montu.de inuent.cap. 6. n. 13. & generalem teſtamentarium Decia.conſ.79.n. 45. lib. 2. probat inuentarium facere non teneri.Cor.conſ 81.n. 4. lib. 4. Panuc. de inuent par. 2. n. 75. & ita de conſuetudine ſeruari teſtatur Craſ.de execut.vlt vol.Q 7.n. 1. Gratia.diſcep.826. n. 76. & 77. vbi tamen pro rationum redditione teneri inuentarium facere non ſolemne, iuxta l.fi.C.de iure delib.poſt Craſ.ſupra.Q 8. Fanuc. ſupra.Bal. in auth. ſed cum teſtator. n. 23. C. ad leg. Falcid. Montic.de inuent.c.6.n.10.vbi de cõi.

14 1. Amp. primam opin.in Epiſcopo, & legitimo adminiſtratore, ſeu executore Iacob. à Canib. d. n. 9. Alex.d.n.8.Porcellin.d.n.13.poſt Spec d.n.44. Farin. ſupra vbi tam in teſtamentario quam in legitimo.

15 1. Lim. vt ſi inuentarium non fecerit vltra vires hęreditarias non teneatur ſicut nec tutor, ſed tantum ab agendo repelletur.Capr.ſupr.n.14.Vital. de clauſ. in clauſ.nil nouari inuentarij confectio.penden.n.56. pag.188.Iaſ.in l.fin.§.& ſi præfatam.n. 2. Fall. 5. C. de iure. delibe.

16 2. Lim. non procedere in executore ad rem certam conſtituto, qui non tenetur inuentarium conficere, ſaltem ex conſuetudine Iacob. à Canib. ſupra. n. 14. Capr.d.memb.5.n.17.Burſat.conſ. 28. n. 15.& conſ. 299.n.1.idem dicens de redditione rationis, his exceptis quæ ad ipſum perueniſſent.Farin.ſupr.

17 Contrariam opi.tenent Bal.in l.nulli n.10.C.de epiſcop.& Clericis.& Marcabrun.d.conſ 21.n.27.

18 3. Lim. in executore dato pro captiuorum redemptione, qui non tenetur inuentarium facere Roland. de inuent.par.2.Q.22.pag.31.n.1.Capra.ſupra.n.21. Farin.ſupr.

19 4 Lim in executore qui non repræſentat hæredem, qui nõ tenetur inuentarium coficere, ad quod tenetur qui hęredẽ repręſẽtat Rol.d.n.1.Cap.ſup.n.22.& ſeq.

20 5. Lim.quando fuiſſet à teſtatore remiſſum Iacob. à Cani.ſup.n.12.Pap.ſupr.n.12.Farin.ſupr.n.1081.

21 Contrarium tenent Capr.ſupr.n.29.

22 1. Sublim. nam bonorum deſcriptionem facere debet Pariſ conſ.45.n 20.21.lib 3.

23 2. Sublim. in executore qui loco hæredis habetur, cui remitti non poteſt l.ſcimus C.de iur. delib. Capra. ſupra.n.28.Fari.ſupra.

TIT. X. CAP. IV.
DE HÆREDEM INDEMNEM CONSERVANDO.

24 4. Indemnem hæredem conſeruare debet executor, eique propterea cauere tenetur Iacob.à Cani. de executor.vlt.vol.§.repetitis.n.4.Guid.Pap.conſ.152.in fi. Capra.d.membr.5.n.30.vide infra c.12.n.77.& ſeq.

25 1. Amp. vt ſi non ſit merus executor, ſed legatarius vel mixtus, non ſolum cauere, ſed etiam ſatiſdare teneatur l.ſi tibi legatum.de leg.3.l.ſi à pluribus.de leg. primo.Capra.ſupra.n.33.& 34.

2. Amp. vt ſi nomen debitoris legatum ſit non teneatur hęres de ſuo ſed actiones cedendo liberetur l. ex legato.C.de lega.Marta dec.Piſa.170.

26 1. Lim. vel potius ſecus eſſe dicas in mero, hic enim ſatiſdare non tenetur Capra.ſupra.n.35.

27 1. Sublim quando poſt teſtamentum non ſoluendo effectus fuiſſet vt in l liberto.§ Largius.de annu.lega. Bar. in l.Diuus.ſi cui plus quam per leg. Falc. Capra. ſupra.n.36.

28 2. Sublim vt licet ſatiſdare non teneatur, de modo tamen implendo cauere debet, ex tali enim cautione illius officium non grauatur, ſeu eius malitiæ obuiam itur l.Firmio.§.cum ab hæredibus quand.dies leg.ced. Capra.ſupra.n.37.& 38.vbi ita declarat glo. & Bar. in l.ſi tibi legatum de leg.3.vt ſcilicet in ſatiſdatione, non autem in nuda cautione loquantur.

29 1. Lim. quando, ex conditione perſonæ aliud teſtatorem voluiſſe colligi poſſet, puta ſi religioſum dediſſet executorem qui obligare ſe ipſum non poteſt, tunc nec ſatiſdare, nec cauere tenetur c. quod quidam. de fideiuſ.Capra.ſupra.n.40.

30 1. Sublim quando cum ſuperioris licentia acceptarer Capra.ſupra.n.41.

31 2. Lim. d. primam amp. vt executores teneantur cauere de reſtituendis partibus deficientium, quæ hæredibus accreſcunt, nõ autem ipſis executoribus Doc. in l.ſi quis Titio.de leg. 2. non tamẽ tenentur ſatiſdare d.l. Firmio. §.1.Capra.ſupra.n.50.

32 1. Sublim. quando poſt teſtamentum non ſoluendo effecti fuiſſent, tunc enim ſatiſdare tenerentur arg. d. §.Largius.Capra.d.n.50.

33 3. Lim. non teneri executores ſatiſdare rem ſaluam fore, nec hæredem ratum habiturum ſi contra debitores agant, cum legitimam habeat adminiſtrationẽ ad inſtar tutoris l. tutores debita. C. de admini. tuto. niſi dubitaretur an iſtud officium eiſdem commiſſum foret l.vulg.de adm.tuto.Capr.d.memb.5.n.51.& ſeq.

34 4. Lim. quando executor agens à debitore reconuenitur, tunc enim non ſatiſdat de defendendo, ſed defendere tenetur l. ſi quis ad declinandam §. vbi C. de epiſco.& cle.l liberto.§.Largius. de annu leg.

35 1. Lim. principaliter in mero executore qui non tenetur hæredi cauere puta de reſtituẽdis hæredi partibus legatorũ ceſſantiũ l. Diuus. ſi cui plus quã per leg. Falc.Petr.Iac.in prac.tit.de act.ex teſt.rub.100.n.63.

36 1. Su-

36 1. Sublim. quando hæres à coheredibus ad exequendum fuisset electus, tunc enim cauere deberet. l. 3. §. debebit. de alim. & cib leg. Petr. Iacob. d. n. 63.
37 2. Sublim. quando hæredum alter à testatore electus esset, hic etenim cauere teneretur. l. si à pluribus. in princ. de leg. primo. Petr. Iacob. d. n. 63.
38 3. Sublim. quando testator executorem cauere debere iussisset d. l. Diuus Petr. Iacob. supra. n. 63.
39 4. Sublim. in executore qui tempore testamenti soluendo erat, postea vero non soluendo euadit, tunc enim hæredi imputabitur, si sibi caueri non curauerit l. liberto. §. Largius. de annu. leg. Petr. Iacob. d. n. 63.
40 5. Sublim. quando executor nudus minister non esset, tunc enim cauere tenetur l. si tibi legatum de leg. 3. l. Titio. circa princip. de conditio. & demonstratio. Petr. Iacob. d. n. 63.
41 6. Sublim. quando iussus esset executor aliquid facere, quod nisi fieret damno hæredis cederet, tunc enim cauere tenebitur arg. l. seruo legato. §. si testator. de legat. primo. & l. si quis sepulchrum. §. funus. de relig. & sump. fune.
42 Contrarium tenet Petr. Iac. d. n. 63.

TIT. X. CAP. V.
DE IVRAMENTO EXECVTORVM

43 5. Iurare debent executores sese bona fide dispositu-ros antequam officij administrationem sumant §. fin. auth. vt hi qui. oblig. se habere per hi. res minor. Iacob. de Arena de commissar. n. 24. Petr. Iacob. in pract. rubr. 100. de actio. ex testam n. 63. Capra. de executor. vltim volunt. membr. 5. n. 57.
44 Contrarium vt ante distributionem iurare non teneantur sed post eam bene distribuisse Specul. de instr. editio. §. nunc verò. n. 20.
45 1. Amp. vt si ante administrationem non iurauerint cogi tamen possint postea in fine bene & legaliter administrasse l. si quis pro redemptione, C. de donat. Specul. d. n. 20. Capr. d. n. 57.
46 2. Amp. iurare teneri etiam in dignitate constitutos, nisi Episcopus esset executor. l. de creationibus. l. presbiteros. Auth. sed iudex C. de Episco. & cleric. Iacob. de Arena. supra. d. n. 24.

TIT. X. CAP. VI.
DE CAVSÆ COGNITIONE PER EXECVTORES ADHIBENDA.

47 6. Causæ cognitionem executores adhibere oportet in declaratione sibi ipsis à testatore commissa Marsil. in l. qui cedem. n. 16. ad leg. Cornel. de sicar. alioquin nullam esse electionem pauperum præcipitanter factam probat Rim. cons. 189. n. 27.

TIT. X. CAP. VII.
DE CAVTIONE IVDICATVM SOLVENDI

48 7. Cauere debet à iudice datus executor de iudicato soluendo, quamuis ad hoc non teneatur legitimus, nec testamentarius Cras. de executor. vlt. vol. Q. 6. & nullam cautionem præstare teneri Grati. discep. 816. n. 78. de testamẽtario loquẽs distinguit Bar. in l. diuus. n. 3. si cui plus quam per leg. Falcid. nec merus satisdat nisi testator iusserit d. l. Diuus. Pius. si cui plus quam per l. Fal. Maur. de fideius. par. 8. c. 53.

TIT. X. CAP. VIII.
DE ADITIONE HÆREDITATIS REQVISITA.

49 8. Aditio hæreditatis requiritur, antequam nullam executores potestatem habent Spec. de instr. editio. §. nunc verò. n. 12. Bar. in l. alio. n. 7. de alimen. & cibar. legat. Castr. in l. cum quidam. in fine. deleg. 2. Guid. Pap. sing. 307 §. executor. Papie. in form. libel. ad reddend. ratio. glo. ac executores. n. 12. Capr. de executor. vlt. vol. membr. 5. n. 2. Simo. de Pret. de vlt. volunt. lib. 5. dub. 3. n. 18. pag. 28. subdens quod si sit hæres & executor, repudiando hæreditatem non dicatur amplius executor & idem tradit Surd. cons. 274. n. 10. Couar. in cap. 3. n. 1. & 3. de testamen. Marcabr. ab Anguil. cons. 11. n. 18. & cons. 56. n. 55. & seq. Seraphin. decis. 943. n. 6. et Fulgos. cons. 75. n. 4.
50 1. Amp. vt executores hæredem adire compellere possint Iacob. à Canib. de execut. vlt. volunt. §. consultis. n. 1. quo adire nolente executor fit hæres prout & si non sit hæres testamento datus Surd. supra. n. 18.
51 2. Amp. etiam si hæreditas ab intestato deberet adiri Bar. in d. l. alio. n. 7. post Spec. supra. Guid. Pap. supr. Coua. d. n. 3. Simon. de Pret. supra. n. 20. Capr. supra. n. 5. 6. vbi idem pro legatis pijs pro quibus ea non adita officium iudicis dari, nec executoris nisi de nunciando compelli.
52 1. Lim. non procedere quando illud esset distribuendum quod hæreditatis aditionem non requirit vt not. Doc. in l eam quam C. de fideicom. Capra. supr. membr. 5. n. 4. & membr. 8. n. 128.
53 2. Lim. in his quæ debent aditionem præcedere vt exequiæ. Bal. cons. 456. n. 2 lib. 4.
54 3. Lim. quoad ea in quibus periculum est in mora vt ablatorum, & vsurarum restitutio Bal. in auth. hoc amplius. n. 17. C. de fideicom. Simon. de Pret. supra. d. n. 18.
55 4. Lim. quando testamentum clausulam codicillarẽ contineret Capra. d. membr. 5. n. 3. Simon. de Pret. supra n. 21.
56 5. Lim. quando aliud appareret ex mente testatoris vt si liberam dederit potestatem quandocumque disponendi Papien. supra. d. n. 12. Bero. in cap. 1. n. 254. de constitutio. Capra. d. membr. 5. n. 7. Paris. cons. 23. n. 9. lib. 3. Simon. de Pret. d. n. 21. Surd. cons. 274. n. 26. Carpa. c. 157. n. 13. Surd. cons. 274. n. 26.
57 6. Lim. nam possunt exigere Lap. alleg. 91. n. 6.
58 7. Lim. vbi aliter per statuta loci prouisum foret Fulgos. cons. 75. n. 4. Simon. de Pret. supra. n. 18.
59 8. Lim. in relictis ad pias causas l. si quis sepulcrum. de religios. & sumpt. funer. l. quintus. §. ad authoritatem. de annu. leg. Bal. in d. auth. hoc amplius. n. 17. & in l. qui erat. n. 2. famil. ercis cund. & cons. 487. n. 5. & 456. n. 2. lib. 4. Lap. alleg. 91. n. 6. Castr. in d. l. cum quidam in fine Fulgos. cons. 75. n. 4. Barbat. cons. 8. n. 16. lib. 1. Tiraq. in tract. le mort. saisit le vif. par. 7. declara. 5. n. 7. intellige vt per Capr. supra citatum ampliat. 2. quem secutus est Simon. de Pret. supra. n. 21.

TIT. X. CAP. IX.
DE CONSCIENTIA DEFVNCTI EXONERANDA.

60 9. Conſcientiam defuncti executores exonerare tenentur c. tua nos. de vſur. c. in literis. de răptor. cap. vlt. de ſepult. Couar. var. lib. 3. cap. 3. n. 7. Menoch. conſ. 281. n. 41.

TIT. X CAP. X.
DE DOLO LATA LEVI AC LEVISSIMA CVLPA PRÆSTANDIS.

61 10. Executor tenetur de dolo, lata, leui, & leuiſſima culpa ad omnia damna Caſtr. in l. ſi ſeruus, 111. §. cum quid. n. 2. & 3. de legat. primo. Imol. in clem. prima n. 17. de teſtam. leuiſſimam eſſe ſubdens quæ à diligentiſſimo præcaueri potuiſſet. Alex. conſ. 119. n. 5. lib. 6. Franc. conſ. 116. n. 25. inter conſ. vlt. vol. vbi Roland. conſ. 117. Luch. de Graſ. & alij conſulentes. conſ. 118. 119. & 120. Ang. Aret. de teſtam. glo. 97. n. 16. intelligendo in mixto vt per Caſtr. ſupra. & Simon. de Pret. de interpræṭatio. vlt. vol. lib. 5. dub. 2. n. 58. pag. 19. & Alex. d. n. 5.

62 Contrarium nempe non teneri niſi de dolo, & lata culpa Burſ. conſ. 28. n. 18. quod in nudis & meris intellige.

63 De fortuito autem caſu nō teneri perempte ſcilicet ſpeciei l. contractus in fi. de reg. iur. Imo. in d. clem. 1. n. 17.

64 1. Lim. quando culpa executoris caſum præceſſiſſet; vel culpa in faciendo conſiſteret, quod factum in delictum caderet l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. Graſ. conſ. 118. inter conſ. vltim. volunt.

TIT. X. CAP. XI.
DE FORMA A TESTATORE DATA SERVANDA.

65 Formam à teſtatore traditam executores obſeruare tenentur, alias, ius & conſuetum, alioquin per eos geſta corruent Iacob. à Canib. de executor. vlt. vol. in princ. 1. par n. 15. Guid. Pap. conſ. 152. ad fin. Rim. conſ. 435. n. 10. & 17. Natt. conſ. 211. n. 19. 21. Franc. conſ. 116. n. 20. & 27. inter conſ. vltim. volunt. vbi Puteo. conſ. 121. n. 54. Coua. in c. tua. n. 6. de teſtam. Burſ. conſ. 28. n. 5. de communi omnium teſtatur Simon. de Pret. de interpræṭat. vlt. vol. lib. 5. dubitatio. 2. n. 40. pag. 18. nam omnis executorum poteſtas à teſtamento pendet Anchar. conſ. 84. n. 2. & infra. tit. 12. cap. 1. nec poteſt impleri per ęquipollens, niſi effectus habeatur Rot. dec. 182. n. 9. crim. per Farinac. Soc. Iun. conſ. 37. n. 16. lib. 2. & formam iuramēti à ſtatuto præſcriptam ſeruari debere Aſſiſ. dec. Luc. 44. n. 34. Marcabr. conſ. 50. n. 114. Soc. conſ. 24. n. 21. & ſeq. lib. 1. Cotta. verbo. iuramentum interpoſitum & à contrahentibus data per æquipollens impletur ſi ad certum effectum data ſit puta inueſtiendi præcij Rot. in Roma. executionis mandati 25. Iunij. 1593. coram Mantica. 24. collectarū à Pico. ad ſtat. Vrbis. Gall. de excep. ſucceſ. tit. 2. exc. 3. n. 27. per æquipollens poſſe impleri in caſu neceſſitatis, & ſi effectum eundem habeat Crau. cōſ. 323. n. 1. & 2. vbi etiam non poſſe in alium vſum conuertere etiam ſi non poſſit exequi vt iuſſit teſtator & formam ſcripturæ poſſe impleri teſtibus deponentibus de eius tenore ſi ſit amiſſa Garzia. de beneſ. par. 5. c. 9. n. 113.

66 1. Amp. vt ſi plus ſoluat quam habeat in mandatis nequeat ab hærede repetere Caſtr. in l. qui alienam. 33. §. libertos per illum tex. de negoc. geſt. ac proinde reſpectu quantitatis forma ſeruari debet.

67 2. Amp. reſpectu temporis, nam ſi pauperes hinc ad quatuor menſes ſint eligendi, antea eligi neutiquam poſſint Bar. in l. cum pater. §. à filia per illum tex. de leg. 2. communem teſtatur Couar. in c. tua. n. 5. de teſtam. & Simon. de Pret. ſupra. n. 75. & 76. pag. 21.

68 1. Lim. 2. amp. non procedere quando teſtator liberam nec modo aliquo regularam voluntatem & poteſtatem executoribus dediſſet, tunc etenim tametſi teſtator verbis geminatis vſus eſſet circa tempus, antea exequi poſſent Bero. in cap. 1. n. 254. de conſtit.

69 3. Amp. reſpectu qualitatis perſonarum eligendarū, etenim ſi centum pro virginibus maritandis relicta ſint, illis monaſterium ingredietibus ſoluere non poſſunt Bal. in auth. niſi. n. 11. verſic. & ideo executores. C. ad trebel. Natt. conſ. 211. n. 19. Simon. de Pret. ſupr. n. 77. Laderch. conſ. 171.

70 1. Lim. non procedere niſi de mente teſtatoris appareat pro ſolò carnali matrimonio Pariſ. conſ. 26. n. 36. lib. 4.

71 4. Amp. quoad res, nam ſi teſtator conceſſerit executoribus poteſtatem mobilia, & immobilia vendendi, iura & actiones vendere minimè poſſint Ang. cōſ. 318. n. 1. Alex. conſ. 45. n. 8. lib. 1. Simon. de Pret. ſupra. n. 78. vide infra tit. 12. cap. 1. & ſi pecunia legetur in alimenta pauperum debet poni ad honeſtum lucrum & ex fructib. pauperes ali, niſi alia mens teſtatoris appareat Surd. de alim. tit. 9. Q. 40. Rot. dec. 742. n. 2. par. 1. diuerſ.

72 5. Amp. quoad modum, nam ſi diſtributio fieri debet in plures pauperes minutatim non poteſt fieri in duos. Geminia. conſ. 20. n. 5. Simon. de Pret. ſupra. n. 79. & ſi in vnum vſum conuertere debent in alium conuertere nequeunt ſine Papæ licentia Papien. in forma lib. rat. red. glo. ac executores n. 16. vbi Add. tunc in aliū vſum conuerti poſſe probat, quia fieri non poſſe dicitur quod ſine diſpenſatione Papæ fieri nequit Carpa. c. 157. n. 14. & ſi plures pauperes eligendi ſint, non poſſe vnum eligi Bar. in l. 1. de opt. leg. Viui. com. n. uni opi. 876. qui tamen teſtatur affirmatiuam eſſe communē & ſi duas buccellas pauperi cuiq; dare debeat non diſtinguet robuſtū a paruulo Surd. de alim. tit. 9. Q. 29. n. 4. ex Bal. & Ang. in l. ſi partem. de ſeru. ruſt. præd. ſed ſi legatum annuum pro maritandis pauperibus puellis relictum ſit vni pro pluribus annis dari poterit ſi pro pluribus non ſufficeret vt iā agnata paupere diſponentis iudicatum ait Theſ. Q. fore. 44. lib. 1. duobus concurrentibus. 1. quod redditus trium annorum tantum dentur. 2. quod mulier non poſſit aliter dotari commodè, poteſt tamen Papa ex abſoluta poteſtate commutare Durant. de tut. & exec. tit. 6. n. 4. quicquid. Crau. dicat. conſ. 323. in fi.

73 1. Lim. nam iuſſus remittere de prætio alicuius prędij vendendi ſi de vno remiſerit, de alio poſtea remittere non tenetur, etiam ſi ſub haſta eodem tempore plura vendantur Zanch. in l. hæredes n. ei §. cum ita. par. 3. n. 8. ad trebel. niſi aliter fuerit a teſtatore cautū

Durant.

Duran. de art. testam. tit. 8. caut. 6. in fine.

74 2. Lim. vt si patris & filij testamenta exequi debeant, patris testamentũ prius exequi tenentur Bal. in l. 1. in fine. C. de bon. authorit. iudic. possid. Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dub. vltim. n. 5. pag. 160.

75 3. Lim non teneri seruare solemnitates à statuto requisitas in contractibus per eos vt executores initos circa bona testatoris Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 4. dub 4. n. 96 pag. 220.

76 4. Lim. vt nulla tradita forma à testatore secundũ ius & consuetũ exequi teneant Simon. de Pret. d. dub. vlt. n 6. Burs cons 28 n. 5. Spino. de testam. glo 28. n 29. vbi facere teneri quod potest secundum iuris dispositionem, & sic quod in tali casu fieri consuetum est, quod si consuetudo cesset consideret qualitatem defuncti, loci, temporis & facultates, & quod sibi decẽs & congruũ visum fuerit expendat & ad pias causas relicta posse pro carceratis erogari Viui dec. 133. n. 10. & si non possit exequi non possit iuxta formam à test atore traditam, debet exequi vt scit, vel præsumit, præsertim si eius beneplacito remiserit Rot. dec. 365. par. 5. diuerso.

TIT. X. CAP. XII.
DE SATISDATIONE EXECVTORVM.

77 Satisdare executores non tenentur l. non omnium. de tuto. qui non satisd. l. si. de curato. furios. l. de creationibus. C de episc & cleric. Ioan. Andr. in cap. religiosus. n. 6. ad fin de testam. in 6. in legitimo, & testamentario Bar. in l. solent. n. 3. de alim. & cibar. legat. & sing. 88 Rauen. sing. 10. Ang. Aretin. de testam. glo. 97. n. 5. Iacob. à Canib. de executor. vlt. vol. part. 2. in fine & §. repetitis n. 4. & 7. in testamentario, & dato ex inquisitione Iacob. de Arena. de commissar. n. 25. Burs. cons. 226. n. 154. vide infra tit. 12. cap. octauo & supra cap. 4 nu. 24. & seq. nec de exequendo cauere Soarez. communi opi. lit. E. n. 200.

Amp. non teneri eam petere ab illo cui negocium testator mandauit nisi expræsserit Rot. decil. 365. nu. 46. par. 5.

78 1. Lim. quãdo inops & suspectus esset l. liberto. §. Largius. de annu. leg. Spec. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua. n. 19. Bar. in d. C. solent nu. 3. Iacob. à Canib. supr. n. 8. vel non soluendo effectus Ang. Aretin. d. glo. 97. nu. 5. ante vel post mortem Rauen. d. sing. 10. & quando pauper fieret Bar. in l. liberto 21. §. largius de annu. legat.

79 2. Lim. in datiuo Bar. in d. l. solent. n. 3.

80 3. Lim. quando commodum à testatore percepit & mixtus esset l. si à pluribus. de leg. primo. & l. eum quidam. § si scriptus. eod. tit. Bar. d. n. 3. Iacub. a Canib. supra d. n. 8.

81 4 Lim. in cautione reddendi partes caducas vel pro non scriptas d. l. si à pluribus. idest cum iuramento cauendo l. pecuniæ. 2. responso. de alim. legat. Iac. à Canib. d. n. 8.

82 5. Lim. in cautione seu satisdatione implendi voluntatem, & indemnem hæredem conseruandi quam legatarius præstare tenetur l. si tibi. de legat. 3. l. quibus diebus §. fin. de condit. & demon. Iacob. à Canib. d. n. 8. si autem minister non nudus sit saltem simpliciter cauebit d. l. si plurib. vide supra cap. 4.

TIT. XI.
DE PLVRIBVS EXECVTORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Plures dati executores id omnes simul possunt quod vnus si solus datus fuisset, & simul omnes gerere debent amp. & lim. num. seq.*

2 *Plurium executorum vnus sine alio exequi non potest vbi simpliciter dati fuere amp. & lim. num. seq.*

3 *Pluribus vendendi bona & precium inter pauperes distribuendi potestate concessa vnus sine alijs executoribus seu delegatis ea facere nequit.*

4 *Monasterium vel opus pium facere iussis pluribus discordantibus episcopus eos compellet lim. num. seq.*

5 *Plurium executorum altero vita functo alium non potest episcopus substituere si superstites fideliter exequi possint lim. num seq.*

6 *Mortuo altero executorum eius loco alium Episcopus substituet si superstites negligerent vel suspecti essent.*

7 *Hæredibus pluribus dissentientibus illis Episcopus consentiet qui locis pijs prouidere velint.*

8 *Executoribus in bono concordantibus nullæ erunt Episcopi partes.*

9 *Executio si incerta sit, vnus sine alio simpliciter constitutorum non poterit exequi.*

10 *Plurium executorum aliqui exequi non possunt quando testator, eos omnes insolidum exequi iussit, vel duos aut tres, ita enim seruari debet.*

11 *Plurium executorum si maior pars impedita sit vel exequi nolit, pars minor exequi non poterit.*

12 *Discordantibus executoribus in pari numero nisi intra certum tempus concordauerint Episcopus exequetur infra nu. 18. & 41.*

13 *Conueniri omnes executores possunt etiam si vnus omnia bona habeat vel inter se diuisissent.*

14 *Executorum quibus testator distinctim tribuit potestatem alter superstes exequi non poterit, nisi defuncti loco subrogetur alter.*

15 *Defuncto altero executorũ si alium testator eligi iusserit, superstites sine eligendo nil possunt agere.*

16 *Executoribus omnibus vita functis, vel nullo dato episcopus succedet vel ab ipso constituetur.*

17 *Executores absentes per præsentes vocandi sunt & si non venerint præsentes exequentur.*

18 *Discordantibus executoribus in pari numero Episcopus vel iudex tertium eliget & à maiori parte gesta valida erunt; vel terminum Episcopus statuet, quo transacto ipse exequetur infra n. 41.*

19 *Executoribus pluribus non simul deputatis sed cum clausula qua constet noluisse testantem vnum sine alio exequi, altero absente, mortuo, vel impedito, aut exequi nolẽte cæteri exequi nõ poterunt sed Episcop. exequetur.*

20 *Executoribus duobus vel pluribus insolidum constitutis ita vt omnes concurrant, vnus sine alio nihil poterit lim. num. seq.*

21 *Executorum altero defuncto cæteri exequentur si ita dẽ mente testatoris constet.*

21 *Executorum plurium constitutorum simpliciter altero exequi nolente, alter exequi poterit.*

23 *Executorum altero decedente, si certis personis res certas reliquerit si alter soluerit, factum licet male tenebit, quamuis irrequisitis consortibus.*

24 *Execu-*

24 *Executorum simpliciter constitutorum altero vita functo superstes vel cœteri qui remanserunt exequi poterunt amp.& lim.num. seq.*

25 *Executore Titio cum Sempronio relictis, altero mortuo alter insolidum exequi poterit, & idem alio absente; secus si præsens esset.*

26 *Executorum suspectus exequi non potest quando alium eligendum testator disposuisset.*

27 *Executorum duorum altero contradicente vel mortuo superstes exequi potest.*

28 *Clausula quod vnus sine alio exequi non possit operatur vt vnus nil possit.*

29 *Omnibus, vel vni, potestate tributa potest vnus alijs etiã irrequisitis distribuere, & exequi lim.nu. seq.*

30 *Clausula quod si non omnes &c. operatur vt prius de voluntate & impotentia aliorum constare debeat, vt alij gerere possint validè.*

31 *Executorum aliquo impedito absente vel mortuo coeteri exequi possunt.*

32 *Executore Titio vnà cum Sempronio constitutis vno mortuo vel absente alter exequi potest; secus alio præsente.*

33 *Executor cui alter vices suas commisit in non requirentibus industriam exequi poterit.*

34 *Clausula quod maior pars executorum cum Titio exequi possit; vel omnes aliquibus mortuis superstites cum Titio exequi posse operatur.*

35 *Executoribus insolidum constitutis quilibet eorum exequi poterit, & melior erit conditio occupantis lim.n. seq.*

36 *Executores insolidum constituti licet insolidũ exequi possint non tamen vt duo Rei insolidum tenebuntur si non gesserint.*

37 *Executoribus omnibus in vita, & in morte potestate tributa; omnes insolidum exequentur.*

38 *Diuisa administratione nullus in portione alterius se ingerit nec iuri accrescendi locus fit; diuisione non facta locus est iuri accrescendi.*

39 *Executorum vnus iudicis authoritate ad pias causas agere potest.*

40 *Executorum numerum à testatore expressum exequi sat est, licet omnes non interuenerint.*

41 *Discordantibus executoribus quando maior pars præualeat sup.n.12.*

42 *Discordantium executorum coniunctorum testatoris sententia præfertur.*

43 *Discordia data paritate Episcopi declarationi stabitur qui coniunctiorum sententiæ adhærere poterit.*

44 *Legatum pro labore tribus executoribus relictum altero officium acceptare nolente coeteris insolidum accrescet.*

45 *Clausula quod vnus executorum sine alio nequeat administrare operatur vt altero mortuo absente impedito vel exequi nolente, alij nil possint, sed Episcopus exequetur amp.& lim.num seq.*

46 *Clausula per duos vel tres eorum insol dum exequi volẽs alio etiam absente, impedito, defuncto vel irrequisito duobus vita functis alium superstitem exequi non posse operatur.*

47 *Executoris vnius incepta, alius perficere potest si coeptas ne perficeret fuerit impeditus.*

TIT. XI. CAP. I.
DE PLVRIBVS EXECVTORIBVS.

1 Plures dati executores omnes simul id possunt quod vnus si solus datus fuisset, & simul gerere debent, cap.fin.de testam.in 6. Bal conf 77. lib. 4 quando scilicet simpliciter constituti fuere, & conf. 287.n.4.lib.4.Soc.conf.11.n.2.lib.1. Iaf in l. si quis à filio.§.si patri.n.10.de legat.1.Durant.de tut. caut 8. Gras.conf.118.n.6.inter conf. vlt. vol. & Tort. conf. 124.n.3.ibidem Capra.de executor.vlt vol.memb.6. n.179.vbi subdit quod omnes agere & conueniri possunt ac debent, cum sit commune negocium. de communi Cras.de executor.vlt.vol.Q.4.Burs.conf.229.n. 3.Pereg.conf.51.n.26.& seq lib.2.

2 1. Amp. vt vnus sine alio simpliciter constitutorum exequi non possit d.cap.fin.l. pluribus. de procurator. Iacob.de Arena.de commissar.n 48.Ioan.And.in c. religiosus.n.6.ad fin.de testam. in 6. Iacob. à Canib. de execut.vlt, vol.§. repetitis. n. 16. Papien. in forma libel.ad reden.ration.glo. ac executores. nu.3. in fine Bal.conf.123.n.3.lib.5.Alex.de Neuo.conf.74.nn.6. & quando omnes sunt præsentes & exequi possunt, ac volunt. Pute.conf 121.n.48.inter conf. vltim. volunt. n.53.Simo.de Pret.de vlt.vol.lib.5.dub.2. n.81. pag. 22.vide infra tit.12. cap.6. in fine & si vnus tantum citetur, processus nullus est quia non censentur insolidum constituti Franc. dec 622. Ricci. collect. decis. 769.Ronch.in l.9.n.248.& seq.de duo. reis.Cancer. var.resol.tom.1.c.7.n.27. siue particulares siue vniuersales sint, nisi aliud testator cauerit, maioremque partem citari debere ne processus nullus fiat.

3 1. Subamp. vt si testator iusserit res vendi, vel pecuniam commissarium arbitrio distribui inter pauperes, vnus sine alio distribuere nequeat adinstar coniudicum, vel coeligentium Spec.de instrum. editio. §. nunc vero.u.13.versic.si autem iussit Iacob. à Canib. d.§. repetitis. nu. 19. per cap. in Genesi. 55. de elect. Rim conf.435.n.1 & seq.

4 2. Subamp. quando testator aliquod monasterium, vel Ecclesiam fundari iussit, aliudue pium opus fieri, omnium consensus requiratur, quod si dissentiant aut differant, vno instante eos Episcopus compellet cap.nos quidem de testam. l. 1. C. de sacr. san. Eccles. Spec.d §.nunc verò.n. 13.vers.si verò.Iacob.à Canib. d.n.19.vbi subdit Episcopum alium substituere, vel paupe riori gratificari per d.cap. & cap.tua nos. & cap.Ioannes eod. tit. de testam.

5 1. Lim.nam altero eorum vita functo non potest Episcopus substituere alios, cum superstites id exequi fideliter possint. Spec. d. vers. si verò Gratian. discep. 811.n.2.vbi etiam nec se ipsum episcopum adiungere posse altero executorum absente mortuo, vel exequi nolente ex Ang. de Gamellio.de testam.glo.97.n.11. & idem in administratoribus probat Gratia. sup.n.3.

6 1. Sublim. vel potius secus else dicas si superstites negligerent, vel suspecti essent, tunc enim partes suas Episcopus interponere debet. d.cap.nos quidem, & c. tua nos.& cap. Ioannes de testam.Spec.d.n.13. vers. si autem negligentes.

7 1. Amp. vt hæredibus inter sese dissentientibus, Episcopus cum illis consentire possit, qui locis vel personis pauperibus prouidere velint l.2.de legat.2.l.legatum

tum §. 1. de legat. 3. Spec. d. n. 13. versic. & si illi.

8 2. Lim. vel potius secus esse dicas si in bono concordēt, tunc enim nullæ sunt Episcopi partes Spec. d. n. 13. in fine.

9 3. Subamp. vt si executio sit incerta adhuc vnus sine alio exequi nequeat ex pluribus simpliciter constitutis cap. 2. in fine. de testam. in 6. Bal. in l. nulli. in fine. C. de episcopo & cleric. Franc. cons. 116. nu. 21. inter cons. vlt. vol. & ibi. Marzar. cons. 120. n. 2.

10 4. Subamp. vt si testator iusserit omnes insolidū exequi, vel duos, aut tres, vnus exequi non possit Io. And. Lap. & Dominic. in c. fi. §. 1. de testa. in 6. Iac. de Arena. de commiss. n. 49. Iac. à Canib. de execut. vlt. vol. §. quæro 3. n. 7. in fine Mari. Angus. cons. 154. n. 13. 14.

11 5. Subamp. vt si quatuor constituti sint executores, pluresuè simpliciter, si maior pars impedita sit, vel exequi nolit, minor pars exequi non possit Iacob. à Canib. sup. n. 8. sed si medietas corū extet exequi possunt Castr. cons. 13. n. 3. lib. 1.

12 6. Subamp. vt si in pari numero discordes existant, concordare cogendi sint, quod si intra tempus præfixum non concordent, Episcopus exequetur arg. l. huiusmodi. in fine. de leg. 1. Bal. in l. id quod pauperibus n. 17. C. de episc. & cler. vel si extent consanguinei testatoris executores ipsi præferentur Roma. sing. 539. Ang. Aret. de testam. glo. 97. n. 12. in fine sub amp. firmat. infra n. 18. 41. & 42. Spino. de testam. glo. 28. n. 19. Meno. cons. 1267.

13 7. Subamp. etiā si vnus omnia bona habeat, adhuc omnes conueniri possunt, nec enim inter sese diuidere possunt, in præiudicium agere volentium Capr. de executor. memb. 6. n. 179. Cras. de executor. vlt. vol. Q. 4.

14 8. Subamp. vt altero executorum vita functo quibus testator disiunctim potestatem tribuit, alter superstes exequi non possit, nisi loco defuncti subrogetur alter Specul. d. §. nunc verò. n. 47.

15 9. Subamp. vt si testator vno defūcto alium eligi iusserit, nequeant alij duo superstites sine tertio eligendo quicquam gerere Cur. Iun. cons. 66. n. 3.

16 10. Subamp. vt omnibus executoribus mortuis Episcopus succedat, vel nullo dato, ab Episcopo detur Spec. sup. n. 48. Cur. Iun. d. n. 3.

17 11. Subamp. vt absentes per præsentes vocari debeāt si congruè fieri possit, & si congruo tempore expectati non venerint, præsentes gerere possint, non aliter Spec. d. §. nunc verò. n. 49. Soc. cons. 11. n. 2. lib. 1. Rim. cons. 435. n. 1.

18 12. Subamp. vt si discordes sint æquales numero, Episcopus vel iudex eos ut tertium eligant compellat, & quod maior pars fecerit obseruabitur, vel ipsis Episcopus terminum constituet, quo lapso ipse exequetur; aut illius distributio firma erit, quam confirmauerit Episcopus; quod si numero inæquales essent, quod maior pars fecerit sustinebitur, nisi pars minor aliud rationabile attulerit Spec. supra. n. 50. & supra n. 12. infra. n. 41. Spino. d. glo. 28. nu. 19. vbi à maiori parte gesta valere, & æqualium eliget Episcopus quos volet; sed si clericus & laicus adsint clericum eliget ac marem non fœminam, & si plures discordent Episcopum eos concordare alias ipse exequi faciet & Meno. cons. 1267.

19 13. Subamp. vt si executores non fuerint simul deputati, sed cum clausula qua constet noluisse testantem alterum sine alio exequi, tunc vnus sine alio vel mortuo, absente, nolente, vel impedito exequi non poterit, sed Episcopus exequetur cap. nos quidem. cap. si hæredes. de testament Capra. supr. n. 194.

20 14. Subamp. vt si testator duos vel tres insolidū exequi voluerit, si vnus tantummodo supersit, nil possit Lap. in cap. religiosus. de testam. in 6. Capr. sup. n. 195.

21 1. Lim. vel potius secus esse dicas quando testator per superstites exequi voluit Cur. Iun. cons. 66. n. 3.

22 1. Lim. quando plurium simpliciter constitutorum alter exequi nollet, tunc enim alter exequi posset. c. fin. §. si. ubi glo. & Doc. de testam. in 6. Spec. d. §. nunc uerò. n. 12. & 52. Feder de Sen. cons. 67. Paris. cō̃s 81. n. 21. lib. 2. Simon. de Pret de ult. uol. lib. 5. dub. 2. n. 55. & 101. Iacob. de Arena. de commiss. n. 49. Iacob. à Canib. de execut. ult. uol. §. repetitis. nu. 17. Tort. cons. 125. n. 5. inter cons. ult. uol. ubi altero nolente, uel impedito. Papien. In form. libel. ad rat. reddē. glo. ac executores. n. 3. in fine Soc. cons. 11. nu. 2. lib. 1. Rim. cons. 435. n. 1. Bal. cons. 287. n. 4. lib. 4. Capra. d. memb. 6. n. 182. Gras. cons. 118. n. 6. Inter cons. ult. uolunt. Simon. de Pret. supra. n. 82. Durant. de tuto. caut. 8. Cras. supr. Donat. à Fina. in enchirid. conclus. & regular. lib. 2. uerbo. executor. Gratian. discep. 812. n. 1. idem in administratoribus probans n. 3. Durant. de tut. caut. 8.

23 2. Lim. ut si testator altero decedēte res certas legasset personis certis; si eorum alter soluerit, aut inter eos distribuerit; licet male fecerit, factum tamen sustinebitur, quamuis non requisierit consortes. d. cap. fi. §. ubi glo. & Doc. de testam. in 6. Spec. d. §. nunc uerò. n. 13. Federic. de Sen. d. cons. 67. licet secus sit ubi executio incerta foret Bal in l nulli. n. 15. C. de Episc. & cleric. Iacob. à Canib. d. n. 17. & 18. Franc. d. n. 21. Ang. Aret. de testam. d. glo. 97. n. 11. Papien. d. n. 3. ad fin. Paris. d. cons. 81. n. 21. lib. 2. Simon. de Pret. d. dub. 2. n. 81. in fine & 82. Capra. supr. nu. 185. ex communi Ias. cons. 110. in fin. lib. 1. Cras. supr. Manz. cons. 120. n. 2. inter cons. ult. uol.

24 3. Lim. quando mortuus esset alter plurium simpliciter constitutorum; tūc enim superstes uel superstites exequi possent, agere, & conueniri Bal. cons. 77. & 287. n. 4. lib. 4. Castr. cons 13. n. 3. lib 1. ubi idem si tot obierint quot supersunt & cons. 218. n. 2. lib. 2. ubi altero uita functo alterum exequi; sed duobus ex tribus mortuis duos subrogari debere probat Papien. d. n. 3. in fi. Paris. d. n 81. Soc. cons. 11. n. 2. lib. 1. Rim. cōs. 129. n. 8. Capra. de executor. membr 6 n. 180. Ferret. cons. 189. n. 5. Paris. cons. 35. n. 18. & seq. lib. 4. Gras. cons. 118. n. 6. inter cons. ult. uol. Durant. d. caut. 8. de tutor. Simon. de Pret. sup. nu. 83. pag. 22. Crass. supra. Donat. à Fina. in enchirid. conclus. & reg lib. 2. uerb. executor. Gratia. discep. 811. n. 1. idem in administratoribus probās n. 3. Pereg. cons. 51 n. 26. & seq. lib. 2.

25 1. Amp. etiam si Titius unà cum Sempronio executor datus sit, quia altero mortuo, uel absente, habet locum ius accrescendi Bar. cons. 147. lib. 1. nu. 1. & 2. Ias. in l. re coniuncti. n. 254. de leg. 3. secus alio presēte Soc. d. cons. 11. n. 8. Gratia. discep. 811. n. 4. & 5.

26 1. Sublim. quando testator ius exequēdi altero mortuo in alium eligendum transferri uoluit, tunc ante illius electionem alter exequi non potest Bal. cons. 410. n. 3. lib. 2.

27 4. Lim.

27 4. Lim. vt licet quando vltra duos constituti fuere vnus sine alio exequi non possit, secus tamen est si duorum alter contradicat, tunc enim alter exequi potest, pro vt altero duorum mortuo superstes exequi potest Federi. de fen. supr. Simon de Pret. d. n. 81. quàuis tribus constitutis solus qui remāsit pia exequi possit; pro non pijs vero alij deficientium loco debeant subrogari Cast. cons. 218. in fi. lib. 2.

Contrarium vt indistinctè vnus alijs recusātibus vel exequi non valentibus exequi possit Franc. in cap. si §. sāci. n. 5. Anch. n. 8. Q 3 Gemi. n. 19. de testam. in 6. veriorem dicit Gratian. discep. 812. n 18. & seq.

28 1. Sublim. quando testator disposuit quod vnus sine alio exequi non posset, tunc alter tantum gerere non poterit glo. in cap. si § fina. in verbo. expræsserit. de testam. in 6 per illum tex. Iacob. de Arena. de Cōmiss. n. 49. Franc. cons. 116. n. 21. inter cons. vlt. vol. Gratia discep. 812. n. 16. & seq.

29 5 Lim. quando testator omnes, vel vnum executorū distribuere posse decreuit, tunc vnus alijs etiam non requisitis exequi poterit Soc. cons. 11. n. 2. lib. 1. Iacob. à Canib. d. § repetitis. n. 17. vbi quando testator dixit vnum sine alio exequi posse Oldendorp. de execut. testam tit. 2. vers. prędicta vbi quando testator dixit cōiunctim & diuisim Soc. cons. 11. n. 4. lib. 1. vbi si testator duos ex pluribus exequi posse disposuerit Ripa. in l hæredes mei §. peto n. 5 ad Trebel. Simon. de Pret. d. dubitat. 2. n. 82. Cancer. d. n 27.

30 1. Sublim. vel potius secus esse dicas quando testator disposuisset quod si non omnes & cap. vt in cap. prudentiam in princ. de offi. deleg. tunc enim prius constare debet de impotentia, & uoluntate aliorum, alioquin gesta corruerent Put. cons. 121. n. 44. & seq. inter cons. vlt. vol. Soc. cons. 11. n. 8. lib. 1. Simon. de Pret. d. n 82. post Bal. cons. 473. n. 2. lib. 2.

31 6. Lim. quando alter mala valetudine aliauè causa foret impeditus vt exequi non posset, vel abesset, aut mortuus, alij enim tunc vel alius exequi posset Iacob. de Arena. de commissar. n. 50. qui intelligit si diutina futura esset absentia l. si longius. de iudic. l. fin. C eod. tit. Bar. in l. nulli. in fi. C. de episc. & cleric. vbi Bal. nu. 15. Papien. d. glos. ac executores n. 3. in fine per d. cap. fin. de testam. in 6. dummodo absens requiratur, ac debito tempore expectetur. Soc. cons. 11. n. 2. lib. 1. Iacob. à Canib. de executor. vlt. vol. d § repetitis. nu. 17. post Spec. de instr. editio. §. nunc verò n. 49. Bal. cons. 77. & 287. n. 4 lib. 4. Ias. cons. 110. lib. 1. vbi quando abesset vel præsens exequi differret Durant. de tuto. caut. 8. Simon. de Pret. d. dub. 2. n. 82. Capra. d. memb. 6. n. 181. Cras. supra. Donat. à Fina. supra. Alex. de Neuo. cons. 74. n. 6. Capra. supra. nu. 183 Grass. d. cons. 118. n 6. Gratia. d. n. 1. idem probans in administratorib. n. 3. discep. 812. Pereg. cons. 51. n. 26 & seq. lib. 2. subdens episcopum tunc se non posse ingerere nisi malitiam vel negligentiam executoris supplendo sed absentem pro breui tempore expectari debere; posse verò Iudicem loco defuncti si expediat pupillo alium eligere Cancer. d. n. 27. & 34. & si testator dixisset omnes exequi debere, vel maiorem partem.

32 1. Amp. etiam si testator Caium vnà cū Titio executores constituerit, adhuc enim absente altero, officium alter exercere posset Ias. in l. re coniuncti n. 254. deleg. 3. secus alio presente Soc. d. n. 8. & sup. n. 25.

33 7. Lim. quando alter alteri vices suas commisisset circa rem industriam non exigentem, hic etenim tūc exequi posset. Iacob à Canib. d. § repetitis. n. 17. Ang. Aret. de testam. glo. 97. n. 17. Ang in l. in venditione. §. si quis. n. 4. de bon. autho. iud. possid per illum tex.

34 8 Lim. quando testator quatuor constituit executores ea ac lege vt omnes exequerentur, vel pars maior cum Titio eorum altero, tunc enim mortuis aliquibus poterunt superstites cum Titio exequi cap. fin. §. 1. de testam in 6. Calderi. cons. 45. Iacob. a Canib. d §. repetitis n. 8.

35 9. Lim. quando quemlibet in solidum constituit, tūc quilibet exequi poterit, & melior erit occupantis cōditio l. non distinguemus §. cum in plures. de recep. arbitr. Iacob. de Arena. de Commissar. n. 49. Papien. d. glo ac executores. n. 3. per d. cap. fi. de testam in 6. Bursat. cons. 299. n. 3. quamuis vnus insolidū pro alijs non teneatur. n. 4. & cons. 226. n. 154. potest enim & vni tantum potestatem tradere testator Soc. d. cons. 11. n. 8. lib. 1. & quando plures insolidum constituuntur, quemlibet gerere posse Spec. de instrum. editio. §. nunc verò. n. 47. Bal. cons 77. lib. 4. Capra. d. memb. 6. n. 196. Simon. de Pret d. dubitat. 2. nu. 83. lib. 5. & cœptum a præoccupante perfici debet si possit, alioquin ab altero perficietur Capra. supra. n. 197. Crass. supra Donat. à Fina. dicto verbo executor. Durant. d. caut. 8.

36 1. Sublim. & declara vt licet insolidum exequi possint non tamen vt duo Rei insolidum tenebuntur si non gesserint l. Reos. §. cum in tabulis. de duo. reis. pro vt è contra duo pluresuè insolidum teneri possunt ratione doli, & culpæ licet eis non esset commissa administratio insolidum l. 1. §. si apud duos. & l. si duo. deposi. Burs. d. n. 4.

37 10. Lim. quando duobus in vita, & in morte potestatem dedit, tunc enim omnes insolidum exequentur l. si legatario. 22. §. si à duobus. de fideicom. liberta. Iacob. de Arena. sup. n. 53.

38 11. Lim. vt licet quando diuisa fuisset administratio nullus in alterius cura ingerere se posset, nec iuri accrescendi locus sit Bal. cons. 77. lib 4. Bursa. cons. 299. n. 3. attamen ed diuisione non facta locus est iuri accrescendi absentibus vel mortuis alijs Ias. in l. re coniuncti. n. 254. de leg. 3. Paris. cons. 35 n. 19. lib. 4. Ferret. cons. 189. n. 5. Rim. cons. 129. n. 8. quamuis Cast. cons. 218. in fine lib. 2. velit alios subrogādos esse defunctorum loco.

39 12. Lim. quando articulus super quo unus litigaret ad pias causas tenderet, & causa spiritualis esset, tūc etenim vnus Iudicis authoritate agere posset Capra. d. memb. 6. n. 184. Simon. de Pret. d. dubitatio. 2. nu. 82. Donat. à Fina. supra.

40 13. Lim. quando à testatore forma tradita fuisset quod tres ex quatuor aut ex tribus duo omnia administrare possent, tunc enim numerus a testatore præscriptus sufficit, qui debet obseruari tamquam forma ab eo data, prout si unum gerere posse dixisset Bal. cons. 473. n. 2. lib. 2. per cap. cum plures. de offic. delegati. in 6. Soc. cons. 11. n. 4. lib. 1. Franc. cons. 116. nu. 20. inter cons. ult. uolunt. Simon. de Pret. d. lib. 5. dubitatio. 2. n. 82. & si cōstet noluisse testatorem fieri executionem per alterum tantum, tunc Episcopus adiūgetur ad pias causas. n. 83. ex Calcan. cōs. 104. ad finē.

41 14. Lim.

41 14. Lim. nam si plures concordent in administrando vel distribuẽdo, quod pars maior decreuerit sustinebitur, nisi pars minor aliquid rationabile opponat, super quo Iudex adiri debet; quod si in exequendo forent numero pares, tertium Episcopus adiunget, & quod cum illo factum fuerit, ratum habebitur Spec. de instr. editio. §. nunc verò, n. 50. Capra. d. membr. 6. n. 186. & sequen., qua executione intra annum minime facta officium ad Episcopum deuolueturnn. 190. subdens posse etiam Episcopum discordantem compellere vt eum alijs consentiat n. 192. & proxime dicetur & supra n. 12. & 18.

42 15. Lim. vt executoribus in distribuendo vel gerendo discordantibus, præferatur sententia coniunctorum testatoris, aut testatoris coniunctos eligentium Bal. in l. Imperator per illum text. de pact. vers. in textu ibi necessaria. Roma. sing 539. Alex. in l. iurisgentium. § hodie n. 5. Cur. Iun. n. 34 de pact. Ripa. in l. 1. n. 2. de priuil credito. Rol. cons. 16. n. 42. & 43. lib. 3. Simon de Pret de vltim. vol. lib 5 dubitat. 2. n. 84. & 85. pag. 22. quamuis Bal cons. 473. n. 2 lib 2. velit seruandam esse formam cap vltim. de ord iudic.

43 Aliequin data discordiæ paritate Episcopi declarationi standum foret, qui poterit coniunctorum declarationi adhærere Bal i l d l. Imperator versic. in textu ibi necessaria Alex. in d. § hodie. n. 5 Cur. Iun. n 35. sed si clericus & laicus concurrant, clerici consilium præferetur, consanguinei etiam & masculi Spino. de testa glo. 28. n. 19. Viui. dec. 314. nu. 15. Rom. sing 539.

44 16 Lim vt legatum pro labore tribus executoribus relictum, altero officium acceptare nolente, cœteris in totum accrescat l. 1. §. vbi autem C. de caduc. tollen. Cappel. Tholos. decis. 294.

17 Lim. vt licet vnus plurium sibi soluere non possit, si tamen vnus tantum datus sit, vel insolidum plures, sibi soluere potest, & si plures sint possessionem rei sibi legata capere posset Mareicot. var. lib. 1. cap. 1. n. 29. Gutier. in l nemo potest. n. 365. de leg. 1. Cancer. tom. 1. var cap. 7. n. 28.

18. Lim. quando de fauore animæ ageretur Tusc. lit. E. concl. 545. n. 8. Mang supra n. 8.

45 1. Sublim. & declara supradictas limitationes vt si testator expræsserit, quod vnus sine alio administrare non possit, tunc altero mortuo, absente, impedito aut exequi nolente, cœteri nequeant administrare; sed Episcopus exequi debebit Capra. de execut. vlt. vol. membr. 5. n. 194 & membr. 8. n. 122. Franc. cons. 116. n. 20. inter cons. vlt. vol. Franc. in cap. si. §. fanè versic. aduerte quia. de testam. in 6. Gratia. discept. 812. nu. 16. sed pijs legatis exceptis non posse alium addi & mandatum morte vnius consumi. Bal. in l. 4 nu. 2. C. quan. prouo. non est necc. & in l. nulli. in fi. C. de episc. & cleric. Feli. in cap. prudentiam. n. 11. de offi. deleg.

46 1. Amp. idem esse si testator dixerit velle per tres executores, vel duos ex eis insolidum alio etiam absente, impedito, uel defuncto, uel irrequisito, sui testamenti executionem fieri, tunc duobus uita functis qui solus superérit, exequi non poterit Capra. d. membr. 6. n. 195.

47 1. Lim. d. sublim. nam si unus inceperit alter perficere poterit, si ceptor fuerit ne perficeret impeditus l. si ideo. §. fi. de euictio. Spec. de instrum. editio. §. nunc uero. n. 51. Capra. d. membr. 6. n. 197.

TIT. XII.
DE POTESTATE EXECVTORVM VLTIMARVM VOLVNTATVM.

SVMMARIVM.

1 *Potestas executorum à testamento pendet amp. & lim. n. sequent.*

2 *Episcopi vel alterius in executione commissa subrogati potestas pendet à testamento lim. n. seq.*

3 *Testamenti forma si exequi non possit seruanda nõ est lim. num seq.*

4 *Executor cuius fidei conscientia, & industria fuit à testatore electa, alium executorem facere quomodo possit.*

5 *Executoribus commissum perpetuò duraturum mortuis executoribus industriæ quorum accessoria quadam commissa fuerant, Episcopus loci exequetur lim. num. seq.*

6 *Executio perpetuo duratura mortuis executoribus ad Iudicem laicum quo ad prophana deuoluetur, ad Episcopum quoad pia.*

7 *Forma testamenti non seruata ab executoribus gesta nulla sunt.*

8 *Potestas omnia faciendi quæ posset testator intelligitur tributa quoad testamento expressa.*

9 *Vendendi libero arbitrio executoribus tributo, vendere non poterunt nisi pro necessitate commissæ executionis.*

10 *Potestate sibi concessa executoribus abutentibus reclamari poterit.*

11 *Potestate concessa quoad mobilia, & immobilia; nihil executores quoad iura exequi poterunt.*

12 *Eligere si debeant executores in certa summa pauperes duos quõad alia testator intestatus morietur.*

13 *Potestas restituendi male ablata, excludit solutionem debitorum; & pecunias soluendi res exclu let & è cõtra.*

14 *Potestas executorum non extenditur ad res non hereditarias.*

15 *Consilium alicuius si executores requirere teneantur, illud etiam sequi debent amp. & lim. num. seq.*

16 *Consilium omnium requiri debet si ita testator inserit.*

17 *Consulendo obeunte antequam consulat Episcopus succedet.*

18 *Consulto male arbitrante ad arbitrium boni viri recurretur.*

19 *Voluntas testatoris per executores seruari debet tam in facto quam in modo.*

20 *Clausula prout videbitur & placebit executoribus de boni v ri arbitrio intelligitur lim num seq.*

21 *Clausula libuerit & voluerit liberã voluntatem denotat.*

22 *Facta per executores à testatore facta cẽsentur lim. n. seq.*

23 *Relictum ab executore videtur ab herede relictum; & quando executor heres sit.*

24 *Facta ab executoribus non videntur à testatore gesta ante hereditatem aditam, & non probata testamenti scientia.*

25 *Factum executoris suo proprio nomine non dicitur à testatore gestum.*

26 *Prohibita sunt plura executoribus vltimarum voluntatũ.*

27 *Illicita contra bonos mores & contra ius ac tertio præiudicialia non possunt à testatore committi nec exequi.*

28 *Exequi nil possunt executores ante aditam hereditatem.*

29 *Potestate sibi concessa etiam cum clausula vt videbitur &*

& placebit executores abuti non possunt.

30 Maritandis & dotandis pauperibus mulieribus, verba ista de virginibus non de viduis intelliguntur.

31 Habendi causa relictum puta Titiæ vt nubere possit si eius contemplatione puta ob seruitium reliquerit ea mortua antequam nubat euanescit si vero fauore animæ legauerit debet alteri solui.

32 Executor bona fide per hæredem in executione præuentus alterius exequi non poterit.

33 Potestas executoris ad legata non extenditur quorũ executio à lege facta extitit.

34 Executor hæreditatis bona gerere nequit alio hærede dato adquẽ onus illud spectat, nisi à testatore fuerit expressũ.

35 Soluere non potest primo venientibus executor sine cautione.

36 Emere nõ potest executor hereditaria bona nisi filius esset.

37 Executores verbis obliquis, vel circa res particulares matrem per pupillarem non excludunt; secus si verbis directis accipere bona possent.

38 Salarium sibi constituere non potest executor.

39 Executores fideicommissum vniuersale ex Trebelliano restituere non possunt.

40 Potestas executorum nulla in bonis alienis.

41 Trebellianicam & falcidiam non deducunt executores.

Trebellianicam quando præteritus qui ex clausula codicillari restituere debet deducere possit.

42 Pauperi non possunt executores plus dare quam ad eorum paupertatem subleuandam sufficiat.

43 Potestas executorum alijs casibus cessat vt ibi.

44 Executores legata distribuere possũt sine herede bona fide.

45 Executores sine mora & statim exequi debent amp. et lim. num. seq.

46 Nullitatis iudicio super testamẽto moto executoribus pro legatis pijs debet prouideri & pro litis prosecutione.

47 Pauperum electio post mortem alicuius facienda eo viuo fieri potest.

48 Contrarium tenent ibi citati.

49 Pauperes eligi non possunt viuo eo post mortẽ cuius pauperes eligi debent si de hoc extet mens testatoris.

50 Vxore vsufructuaria relicta saltem vsumfructum habere debet si bona sunt alteri ea mortua restituenda, & executores constituti

51 Executio vltimæ voluntatis non differtur dilatione pendẽte hæredi ad inuentarium conficiendum cõcessa, si de pia causa agatur.

52 Legata pia hereditate etiam non adita debentur.

53 Legatarij agere possunt executore differente vel ad pias causas exequi nolente.

54 Executores statim non tenentur exequi si mens testatoris extet pro dilatione.

55 Eligendarum rerum causa annus executoribus tribuitur.

56 Beneplacito & voluntati executoris facta commissione quandocumque exequi potest.

57 Hæreditate non dum adita non tenentur hæredes exequi amp. nu. seq.

58 Fideicommissarius non ante exequi tenetur quam sibi restituta fuerit hæreditas.

59 Legatarius agnito legato voluntatem defuncti exequi tenetur si onus commodo maius existat si testamenti commodi & oneris notitiam habuerit.

60 Executio ante diei euentum, vel conditionem purificatã facienda non est amp. nu. seq.

61 Executio ante diem tacitam facienda non est.

62 Tempus executoribus non currit quousque per alium bona possidentur.

63 Tempus executoribus non currit quousque aliquis est alendus.

64 Tempus alijs casibus executori non currit vt ibi.

65 Factum executoris factum testatori censetur.

66 Agere non potest merus executor pro legatis non pijs lim. nu. seq.

67 Executor legationis agere potest amp. & lim. nu. seq.

68 Executor contra executorem defuncti debitorem agere potest.

69 Agere contra debitorem executor potest cuius nomen legatum fuit.

70 Agere merus & mixtus executor potest vt hæres adeat.

71 Contrarium tenent ibi citati.

72 Agere non potest executor proprio sed officij nomine.

73 Agere ante diem vel purificatam conditionem executor nequit.

74 Agere executor potest ex potestate sibi à testatore tributa lim num. seq.

75 Agere contra hæredem quomodo executor possit.

76 Merus executor etiam agere potest.

77 Agere ex testamento executor potest cui relictum fuit, & si loco hæredis, vel fideicommissarij sit, vtiles actiones habet; conueniri etiam potest, alias condictionem ex lege habet.

78 Executor distribuit sibi ab hærede tradita.

79 Agere contra cohæredem potest hæres executor constitutus lim. num. seq.

80 Agere vt hæres executor cõtra cohæredẽ possit requisita.

81 Executor etiam merus super alimentis agere potest lim. n. sequent.

82 Executor merus non agit pro alimentis nisi caderent in piam causam.

83 Executores ad piam causam actionem habent ad relicta consequendum.

84 Executor merus agere non potest ad non pias causas sed iudicis officium implorare potest vt hæres vel possessor bona tradere cogatur pro executione facienda.

85 Executor contra debitores vtili actione & officio iudicis agere potest.

86 Agit executor causa legatorum pro anima testatoris.

87 Legatarius ab executore electus illico rei vendicationem habet.

88 Executor vniuersalis agere potest quia hæredis iure censetur.

89 Agere executor potest in testamẽto ad agendũ cõstitutus.

90 Executor non nudus minister sed & legatarius agere potest vt ibi.

91 Agere potest executor ex potestate sibi à testatore verbis amplis.

92 Executor pecunias ex venditione bonorum sine hæredibus inuestire potest.

93 Executor pro exoneratione conscientiæ defuncti agere potest contra hæredem etiam pendente termino inuentarij conficiendi. (agere nequit.

94 Conditione pendente, vel die nondum veniente executor

95 Hæreditate non adita vbi requiritur aditio agere non potest executor. (agere possit.

96 Hæreditatis aditio ab intestato requiritur vt executor

97 Executor legatum pro redemptione captiuorum nisi heredem constitutus faciat non consequetur.

98 Hæreditate nõ adita executor aget quando non est implendum

dum in persona hæredis, sed post mortem testator impleri iussit.

99 *Agit executor pro legatis pijs etiam non dum adita hæreditate, quæ pro eis non requiritur.*

100 *Executor vniuersalis vtilibus actionibus cõueniri potest amp. & lim. nu. seq.*

101 *Reconueniri potest executor & defendere eos tenetur pro quibus agit.*

102 *Conuenire hæredem potest quilibet de populo pro executione legatorum piorum.*

103 *Executor pro distribuendis iuribus quando eorum cessione liberetur.*

104 *Conueniri executor pro pijs legatis potest, alio etiam hærede instituto.*

105 *Conueniri executor potest petitione hæreditatis vel quorum bonorum vt ex possessione falcidia, & trebellianica detrahatur.*

106 *Executor conueniri potest ex suis promissionibus officio etiam finito.*

107 *Conueniri non potest executor nomine proprio sed vt pauperum administrator.*

108 *Conueniri ab hærede non potest executor vt indemnis conseruetur.*

109 *Conueniri potest legatarius executor licet non merus vt agat.*

110 *Executor mixtus à legatarijs & alijs conueniri potest vt ibi.*

111 *Agere debent omnes executores si plures sint, & conueniri; si forent insolidum constituti, vel alij obijssent, abessent, vel res certa alicui legata esset.*

112 *Agunt executores coram Episcopo loci domicilij testatoris, seu originis; & pro legato pio etiam coram Laico.*

113 *Contrarium nempe agere executores posse in loco in quo testator obijt tenent ibi citati.*

114 *Clericus & laicus pro legatis pijs corã Ecclesiastico conueniuntur.*

115 *Hæres conuenitur in loco domicilij nisi pro legatis pijs vel relictis pro honore & dignitate defuncti seruandis.*

116 *Conuenitur executor vt hæres, hærede non instituto.*

117 *Debitores conueniendi sunt vbi à testatore conueniri poterant.*

118 *Conueniri executores possunt in loco domicilij, vel vbi officium acceptarunt.*

119 *Ordine iuris seruato agunt & conueniuntur executores lim. nu. seq.*

120 *Executores & iudex de plano procedere debent.*

121 *Feriato tempore executores procedunt modò dies non sint feriati in honorem Dei.*

122 *Satisdare rem saluam fore & cauere de hæredibus restituendis singulis partibus pauperum; nisi in casibus de quibus ibi non tenetur executor.*

123 *Summarie proceditur in relictis ad pias causas.*

124 *Executor de manu hæredis capit nisi legatarius esset.*

125 *Adire nolente hærede, cogendus est.*

126 *Possessionis immissionem executor quilibet petere potest.*

127 *Agit & conuenitur executor nomine pauperum per ipsum executorem eligendorum.*

128 *Episcopus nil potest alio extante executore.*

129 *Executor ad opus pium faciendum qua actione agat.*

130 *Hærede negligente nubere puellas executor in possessionem mittetur.*

131 *Executor officium sine sumptu exercet.*

132 *Declarare testatoris voluntatem testamentarius executor potest.*

133 *Declaratione semel facta executor variare non potest lim. nu. seq.*

134 *Electione facta variare potest executor vt ibi.*

135 *Episcopus qui spurio testatoris hæreditatem dedit eam reuocare potest.*

136 *Executor irrequisito hærede exequi non potest.*

137 *Declaratio executoris ad debitum modum reduci potest.*

138 *Substituere alium executor potest lim. nu. seq.*

139 *Contrarium tenent ibi citati lim. nu. 145.*

140 *Substituere non potest executor si persona industria electa fuerit lim. nu. seq.*

141 *Substituere potest executor cuius industriæ commissio facta fuit si substituto aliquid certum & declaratum per executorem mandatum sit.*

142 *Substituere non potest executor cui vt per se ipsum faciat mandatum fuit.*

143 *Substituere nõ potest executor si personaliter facere iussus sit.*

144 *Substituere non potest in magnis negocijs executor licet possit in paruis.*

145 *Substituere potest executor quando pauperum electio spectat ad certas personas, & solum merum & nudum facti ministerium interuenit & quando rei certè loco certo erogatio facienda est.*

146 *Substituere executor potest in relictis ad pias causas.*

147 *Contrarium tenet Soc. ibi citatus.*

148 *Substituere pauperi electo alium pauperem executori permittitur.*

149 *Substituere potest legalis executor puta Episcopus.*

Mortuis omnibus alij possunt subrogari.

150 *Exigere merus executor potest eique soluens liberatur amp. & lim. nu. seq.*

151 *Agenti executori si se opponat hæres cogetur ab Episcopo.*

152 *Exigere potest executorum alter ab altero.*

153 *Executoris conditione in peius mutata debitor ei soluens satisdationem habere debet vt liberetur lim. nu. seq.*

154 *Soluens executori cuius conditio viuo testatore & scienter mutata fuit liberatur.*

155 *Exigere non potest executór hæredem cogere quoniam executori cedendo actiones liberatur, quamuis executor non liberetur cedendo actiones.*

155 *Agere nolẽtibus hærede vel executore cogentur vt ibi.*

156 *Soluens testamentario executori liberatur. lim. nu. seq.*

157 *Soluere debitor hæreditatis executoris hæredi non potest.*

158 *Solui non potest executori si contradicat hæres ex iusta causa.*

159 *Hæres requiri debet in executione vel distributione per executores facienda amp. & lim. num. seq.*

160 *Hæres præuenire potest executores si certi sint quibus dari debet.*

161 *Hæres requiri debet etiam si testator liberam executoribus potestatem tribuisset.*

162 *Hæres per executores requiri non debet si testator illis hærede contradicente etiam exequendi potestatem concesserit lim. nu. seq.*

163 *Hæredi executor tenetur qui rem minus iusto pretio vendidit.*

164 *Requiri non debet hæres per executorem in legatis pijs.*

165 *Legata potest executor bona fide absque hærede distribuere.*

166 *Venditio facta per executorem hærede irrequisito tenet, licet executor hæredi ad interesse teneatur.*

167 *Requiri non debet hæres quantitate à testatore taxata, & arbitrio dato circa personas eligendas, vel circa distributionem.*

168 *Exequi velle hæres nequit, si executoré testator dederit.*

169 *Executor vniuersalis nullo requisito exequitur amp. nu. seq.*

170 *Executor vniuersalis nullo dato hærede institutus & substitutus censetur.*

171 *Executor particularis ad certum certis distribuendum non requirit hæredem lim. nu. seq.*

172 *Executor particularis sine testatoris permissu rem distribuendam non potest propria authoritate capere.*

173 *Hæres per executores cogi potest vt eis det distribuendū.*

174 *Executores meri procuratorem ante litem contestatam constituere non possunt nisi vt ibi sed actorem constituūt & num. seq.*

175 *Executor merus ad negocia procuratorem constituere potest.*

176 *Executor merus ex potestate sibi à testatore tributa procuratorem ante litem contestatam constituere potest.*

177 *Procurator ante litem contestatam ad pias causas executor constituit.*

178 *Procurator ab executore constitui potest vt certis distribuat, non vt procurator suo arbitrio distribuat.*

179 *Procuratorem ante litem contestatam constituit executor quando verba dispositiua in eum directa à testatore fuissent.*

180 *Procuratorem ante litem contestatam legatarius & qui loco hæredis habetur constituunt.*

181 *Delegare alteri officium suum merus testamenti executor minime potest lim. num seq.*

181 *Merus executor alteri suum officium delegare potest in casibus de quibus ibi.*

183 *Delegare non potest executor sua conscientiæ commissa.*

184 *Delegare non potest executor cuius electa industria fuit.*

184 *Industria alicuius ex quibus colligatur electa.*

185 *Executores vltimarum voluntatum transigere & compromittere nequeunt lim. nu. seq.*

186 *Transigere executor vniuersalis potest si res dubia sit & probationes desint; & etiam compromittere.*

187 *Compromittere ac transigere cum decreto executores possunt vbi decretum requiritur, si loco hæredum sint, & pauperum administratores.*

188 *Compromittere, & transigere executores possunt testatoris permissu, legatariorumque consensu.*

189 *Vendere possunt executores testamenti insolutum dare & obligare, præsertim si eis concesserit testator amp. & lim. nu. seq.*

190 *Contrarium tenent ibi citati.*

191 *Possessionem transferre potest executor.*

192 *Executor vendens hæredem pro euictione obligat, secundum consuetudinem loci promittens.*

193 *Vendens executor dominium & possessionem in emptorem transfert nisi hæres contradicat, hoc enim casu emptori hæredem conueniendi pro possessione obtinenda potestatem tribuet executor.*

194 *Tractio insto insolutum tradita in dubio censentur.*

195 *Vēdere executores possunt Christi pauperibus instiutis.*

196 *Executor vendere potest etiam si non fuerit ex trebelliano facta restitutio.*

197 *Permutare & executores possunt.*

198 *Vendendi licentia concessa, censetur executori hipothecata ut vendere possit.*

199 *Executor vendere potest ex licentia sibi à testatore tradita decreto iudicis omisso amp. & lim. nu. seq.*

200 *Vendere executor potest ex testatoris licentia sine decreto etiam si testamentum irritum sit.*

201 *Vendendi potestatem executori testator adultus concedere potest.*

202 *Venditio ex licentia testatoris sine decreto nisi hæredi minori vtilis non valet ab executore facta.*

203 *Contrarium tenet Simonc. ibi citatus.*

204 *Venditio sine decreto ab executore in vim generalis licentiæ a testatore ei traditæ fieri nequit, sed specialis requiritur.*

205 *Contrarium tenent ibi citati.*

206 *Vendere immobilia minorum non possunt executores sine decreto sine testatoris licentia.*

207 *Vendere executores non possunt habita fide de pretio amp. & lim. nu. seq.*

208 *Confessio recepti precij per executorem facta non præiudicat, nisi numeratio probetur.*

209 *Executor vendens habita fide precij pro nummo dominium non trāsfert.*

210 *Vendendi libera voluntate vel potestate executori concessa, vendere poterit habita fide de precio dummodo bona fide gerat & dummodo magnum pro modico non vendat, nec precij solutio differatur vltra diem solutionis legatorum amp. nu. seq.*

211 *Vendendi licentia seu potestas vendendi sicque viri boni arbitrio executori tributo precij fidem habere executor poterit.*

212 *Venditio per executores facta quando legatarius satisfactum foret, vel fuisset in instrumento dictum quam pecuniam recepit in præsentia mei notarij & c. valida est.*

213 *Hærede irrequisito executor vendere nequit nec dominium transferre lim. nu. seq.*

214 *Contrarium tenent ibi citati.*

215 *Vendendi licentia à testatore executoribus tributa vendere possunt quamuis non possit hæres a possessione expelli, sed contra illum pro ea obtinenda agi debeat.*

216 *Contrarium probat Gomez. supra.*

217 *Hærede absente non requisito executor vendere potest.*

218 *Vendere potest executor hærede pupillo irrequisito.*

219 *Venditionem nulliter ab executore factam a iudice cōfirmari peti potest.*

220 *Vendere executor sine hærede nolente consentire non prohibetur.*

221 *Vēdere nō potest executor nisi pro necessitate amp. n. seq.*

222 *Executor habens liberum vendendi arbitrium vendere non potest nisi pro necessitate.*

223 *Merus & nudus executor nisi ex testatoris concessione vendere nequit.*

224 *Vendere non possunt executores sine subhastatione lim. nu seq.*

225 *Executor mixtus absque subhastatione vendit.*

226 *Subhastatio in venditione executoris non requiritur vendendi licentia eidem à testatore concessa.*

227 *Executor vendere non potest forma a testatore sibi tributa minime seruata lim. nu. seq.*

228 *Venditio cum consensu aliorum per executorem uerum facta tenet.*

229

229 *Vendere iusto pracio executor debet alioquin venditio corruet.*

230 *Hæres vendicare potest rem pro debito ab executoribus distractam de quo non constet.*

231 *Vendere non possunt executores ante aditam hæreditatẽ etiam si essent executores ab intestato.*

232 *Vendere vniuersalis executor potest non particularis nisi ei à testatore fuerit permissum lim. nu. seq.*

233 *Executor particularis ex licentia sibi à testatore concessa vendere potest.*

234 *Vẽdere potest executor si nullus fuerit hæres institutus.*

235 *Vendendi licentia à testatore concessa, non potest executor dominium et possessionem in emptorem transferre penes hæredem existentem sed pro ea contra illum agere emptor debet.*

236 *Vendendi licentia à testatore executori in casu concessa quo vendi non possit, executor cõtra hæredem aget pro pijs legatis tantum.*

237 *Venditio per executorem illegitimè facta non tenet, sed non retractabitur nisi in subsidium executore soluendo non existente.*

238 *Pacto retrouendendi in venditione pupilli fauore apposito per executorẽ vendere nõ potest in pupilli præiudiciũ.*

239 *Vendendi licentia à iudice tradita non continet permutationem, neque insoluti dationem, quamuis eam contineat à priuato tributa.*

240 *Executor qui vti vir bonus gerere debet, res quaslibet vendere non potest & si liberam potestatem habeat, intelligitur dummodo bona fide faciat.*

241 *Hæres venditionem impedire potest pecunias necessarias offerendo.*

242 *Executor non potest bona testatoris emere nisi filius sit.*
Pauperibus substitutis an pupillaris facta censeatur.

243 *Vendere potest executor ex libera alienandi potestate sibi concessa.*

244 *Vendere executor potest alijs casibus vt ibi.*

245 *Executor vendere volens rem eligit ac pracium limitat amp & lim num seq.*

246 *Vendit executor siue vt vir bonus constitutus, vel liberam habeat potestatem.*

247 *Solemnitates statuti executor seruare non tenetur quas proprio nomine contrahens seruare teneretur.*

248 *Venditione per executores facta in casu nõ permisso bonæ fidei emptor publicianam & vsucapiendi conditionẽ habebit, nec ab eo res poterit auocari, si pracium in vtilitatẽ hæreditatis fuerit conuersum, nisi eidẽ restituatur.*

249 *Pracio & modo ac tempore vendendi executori à testatore præscriptis non requiretur hæredis citatio, licet requiratur vbi à lege vendendi potestas competeret quam tunc hæres pracium offerendo impediet.*

250 *Hæredem absentem vel adesse nolentem, vocare executor minime tenetur.*

251 *Vendere non potest executor nisi sub hasta lim. nu. seq.*

252 *Contraria opinio communis est.*

253 *Subhastatio à testatore potest executori remitti.*

254 *Executores quibus vendendi licentia vt bonis viris concessa fuit, non possunt nisi bona fide & vt viri boni arbitrio vendere.*

255 *Restitutio male ablatorum est actus iustitiæ & omni iure facienda est.*

256 *Restitui debet siuè naturaliter & ciuiliter vel naturaliter tantum debeatur.*

257 *Restitui debent turpiter data vel recepta lim. nu. seq.*

258 *Turpiter data post delictum nõ restituuntur secus ante.*

259 *Iudici dans pecunias vt iustam sententiam proferat quã alioquin proferre nollet non peccat.*

260 *Legatum integre solutum quod erat defalcandum restitui debet.*

261 *Confitens recepisse spe futuræ numerationis in foro poli non tenetur soluere quod non recepit, & si soluat ei restitui debet.*

262 *Condemnatione iniusta solutum restitui debet.*

263 *Malafide præscriptum restitui debet lim. nu. seq.*

264 *Præscripta retineri possunt si bona fide iure canonico foueatur amp. nu. seq.*

265 *Restituenda non sunt bona fide præscripta si ea completa mala fides superueniat.*

266 *Mutuum filiofamilias factum ob charitatem, restitui debet.*

267 *Contrarium tenent ibi citati.*

268 *Pactum nudum obligat in foro poli.*

269 *Pupillus sine tutore contrahens obligatur naturaliter & in foro poli lim. nu. seq.*

270 *Contrarium tenent ibi citati.*

271 *Pupillus sine tutore se obligans non tenetur nisi locupletior factus sit.*

272 *Contrarium tenent ibi citati.*

273 *Pupillus tutore carens & curatore minor non obligantur naturaliter sine eis contrahentes.*

274 *Contrarium tenent ibi citati.*

275 *Infans vel infanti proximus naturaliter non obligatur lim. nu. seq.*

276 *Infans obligatur naturaliter si malitia ætatem suppleat.*

277 *Contrarium tenent Sanch. ibi citatus.*

278 *Pupillus cum tutore contrahens nec naturaliter obligatur lim. nu. seq.*

279 *Pupillus cum tutore contrahens, alio tutore authore obligatur.*

280 *Pupillus effectus locupletior tutori obligatur.*

281 *Pupillus ex dolo tutori obligatur.*

282 *Pupillus authore tutore sine decreto nõ obligatur si alienet res immobiles vel mobiles quæ possunt seruando seruari.*

283 *Pupillus & adultus cui à iudice administratio interdicta fuit ex causa naturaliter non obligatur.*

284 *Pupillus ex mutuo naturaliter non obligatur.*

285 *Contrarium tenent ibi citati.*

286 *Lege resistente contractui naturalis non oritur obligatio amp. nu. seq.*

287 *Iuramentum non firmat contractum cui lex resistit.*

288 *Retentio non datur ex naturali obligatione lege resistente contracta.*

289 *Ludo amissa an retinere minor possit si amissa soluere iurauerit.*

290 *Restituere quis tenetur à minore accepta sine tutore vel curatore vt ibi.*

291 *Compensatione occulta minor vti potest vt ibi lim. n. seq.*

292 *Minor compensatione vti non potest si restitutio in integrum sibi competat.*

293 *Ludo amissa à lege prohibita minor retinere potest.*

294 *Negans contraxisse coram iudice, cum minore qui probare non possit quomodo non teneatur.*

295 *Lædere alium non possunt Ecclesia, nec personæ Ecclesiastica.*

296 *Aduocatus, medicus & huiusmodi vltra debitam mercedem recepta restituere tenentur.*

296 *Iudex iniuste iudicans restituere tenetur.*
297 *Aduocati quæ facere & cauere debeant.*
298 *Negotiatione illicita quæsita restitui debent.*
299 *Foro poli restituere tenetur qui & in foro fori.*
300 *Ludo quæsita restitui debent vt ibi.*
301 *Ludi mala & miraculum quod Lucæ successit.*
302 *Ludus à lege ciuili vetari potest.*
303 *Hipocrita & ceretanus restituere tenentur.*
304 *Constitutio iniqua Principis contra ius naturale vel Diuinum iusta causa cessante sperni potest, & eius causa recepta restitui debent.*
305 *Inuentario non confecto vltra vires hæreditatis recepta restitui debent.*
306 *Testamento minus solemni relicta solui debent.*
307 *Naturali obligatione remanente sublata ciuili sententia, vel præscriptione præstari debent naturaliter debita.*
308 *Pœna legalis non debetur ante sententiam nisi ipso iure imposita sit lim. nu. seq.*
309 *Pœna legalis etiam lata sententia non debet offerri nisi petatur.*
310 *Pœna legalis in foro poli non debetur nisi ex parte alterius sit restitutio damni.*
311 *Pœna legalis quando in foro poli debeatur.*
312 *Filius seruus & socius male parta restituere tenentur amp. num. seq.*
313 *Filius restituere quando teneatur notabilem summam ablatam patri.*
314 *Hæres vsurarij ab Episcopo cogi potest ad restitutionem.*
315 *Restitutio statim fieri debet cũ primũ potest amp. n. seq.*
316 *Restituere potens non est absolutus si non restituat.*
317 *Hæredes ad restituendum testamento grauare non sufficit lim. nu. seq.*
318 *Executor excusatur si modicum moretur ex causa lim. nu. seq.*
319 *Executor tutus non est exequi differens pro hæredis vtilitate.*
320 *Restitutio non mathematice sed moraliter facienda est.*
321 *Restituendi oportunitate carens non tenetur elicere positiuè restituendi propositum.*
322 *Hæredes & vxor ad quos malè parta per virum patrũuè peruenere etiam pro alimentis restituere tenentur. lim. nu. seq.*
323 *Hæredes & vxor à restitutione excusantur si necessitate coacti aliter viuere non potuissent.*
324 *Clerici ex illicita negociatione quæsita vel aduocatione, restituere tenentur.*
325 *Dos ex male partis genere data restitui debet simul ac sciuit.*
326 *Restitutio rei damnificatæ non sufficit cum supplemento valoris.*
327 *Restitui debet omne lucrum post moram contingens.*
328 *Damnum dolo, vel lata culpa illatum in foro poli restitui debet. lim. num. seq.*
329 *Leui & leuissima culpa in foro poli tenetur, qui id intendit lim num seq.*
330 *Culpa leui & leuissima omittendo consistente intendens non tenetur ad damnum.*
331 *Damnum primum dumtaxat præstatur.*
332 *Vasa mala cõmodans non tenetur si dixerit vt videret.*
333 *Damni non præuisi nec intenti illati nõ tenetur qui causa fuit rei illicitæ operam dando lim. nu. seq.*
334 *Damnum nec præuisum nec intentum refici debet si probabiliter euenturum poterat præuideri.*
335 *Damnum consentienti illatum non reficitur.*
336 *Aduocati & similes quando de leui teneantur.*
337 *Damno positiue cooperans restituere tenetur si contra iustitiam egerit.*
338 *Mandans restituere damna tenetur amp. & lim. nu. seq.*
339 *Princeps subditis mandans ipsis & damnificato damnũ restituere tenetur.*
340 *Mandans non tenetur mandato reuocato si illud innotuit mandatario lim. nu. seq.*
341 *Consulens reuocato consilio non releuatur.*
342 *Mandans non tenetur quando mandatarius excessit fines mandati.*
343 *Mandans non tenetur quando mandatarius alia causa motus deliquit.*
344 *Consulens, rogans, hortans, & instruens, damnum inferri restituere tenetur amp. & lim nu. seq.*
345 *Consulens tenetur etiam si ante factum conatus fuisset consilium reuocare, nisi consilium falsum fuisset.*
346 *Consulens tenetur etiam si consilium ab alio datũ fuisset.*
347 *Consulentibus pluribus quatenus teneantur.*
348 *Consulens minus malum pro maiori vitando non tenetur si aliàs maius malum non potuisset euitari.*
349 *Damni excessus causa de illo dumtaxat tenetur excessu.*
350 *Consulens ad dãna non tenetur quæ consulens passus fuit.*
351 *Consulens si imperitus & idiota fuerit damna restituere non tenetur.*
352 *Consulens non tenetur vbi damnum sine consilio successisset.*
353 *Consentiens si tamen efficaciter suo cõsensu ad damnum concurrerit & non aliter tenetur lim. num seq.*
354 *Suffragio vltimo loco dantes postquam ex alijs datis cõdemnatio processerat non tenentur lim. vt ibi & nu. seq.*
355 *Suffragia posteriora dantes dubitantes an post numerum sufficientem dederint tenentur.*
356 *Suffragia priora dantes etiam si certo nossent alios in eãdem sententiam venturos restituere tenentur.*
357 *Suffragia dare renunciantes inde aliquod damnum secuturum præuidentes restituere tenentur.*
358 *Laudans & inducens malefactorem ad damnum alteri inferendum restituere debet, licet secus sit si dumtaxat laudaret.*
359 *Receptans malefactorem vel prædam restituere tenetur lim. num. seq.*
360 *Receptãs ob consanguinitatem humanitatem vel necessitatem hospitij nihil ad malum præstans, nec restituere punirique minime potest.*
361 *Auxilium post delictum præstans nõ tenetur restituere.*
362 *Receptans furtum non tenetur nisi receptatio furti causa fuerit sine qua non.*
363 *Participans in damno alterius si in opere intrinsecè malo fuerit particeps, restituere tenetur secus si iusto metu coactus lim nu. seq.*
364 *Ratificans damnũ suo nomine illatũ restituere nõ tenetur.*
365 *Impedire damnũ obligatus ex iustitia totum vel partem restituere prout tenebatur & poterat obstringitur.*
366 *Obstare manifestare & clamare, & impedire ex officio de iustitia obstrictus causa iusta cessante omittens restituere tenetur lim num. seq.*
367 *Impediens malo animo obstare volentem furi obligatũ sola charitate non tenetur restituere.*
368 *Accepta à fure post furtum commissum ne fur manifestetur non restituuntur lim num. seq.*
369 *Accepta à fure ne manifestetur quãdo sint restituenda.*

370 Impedire omittens extrema necessitate pressum non tenetur restituere.

371 Effectu non secuto consulens mandans & alij de quibus supra restituere non tenentur.

372 Restituere tenetur is cui testator iussit.

373 Emens alienum scienter restituere tenetur amp. & lim. nu. seq.

374 Emens à fure scienter furti tenetur ac restituere debet amp. nu. seq.

375 Emens scienter alienum sine precio non tenetur rem domino restituere.

376 Pignori aliena scienter recipiens restituere tenetur.

377 Furti poene incursus requirit scienter emptum, & celationem furti & animum lucrandi.

378 Emptor rei furtiuæ bona fide consumptæ non tenetur restituere nisi quatenus locupletior effectus sit.

379 Emptor alienæ rei præcium quod ex venditione percepit restituere non tenetur sed id pluris si quid perceperit.

380 Emens alienum pro domino precio sibi restituto sine eo restituere non tenetur.

381 Contrarium tenent ibi citati lim. nu. seq.

382 Emptori rei furtiuæ præcium solutum non repetit dominus rei qui illud ei soluit.

383 Emens à fure si domino restituat præcium à fure repetet.

384 Emptor rei furtiuè pro domino publicè protestans præciũ repetet.

385 Emptor rei furtiuæ à domino præcium repetit si ei vtilis emptio fuerit.

386 Emptor rei furtiuæ præcium à domino consequitur si difficilius domino fuisset illius recuperatio.

387 Emens à latronibus vel hostibus præcium recuperat.

Furtum factũ à debitore an puniatur vbi etiam de clerico res furatas retinente.

388 Emens rem furtiuam præcium repetet in vtilitatem domini conuersum.

389 Emptori præcium si dominus soluerit pro re sua ei vendita per furem recuperanda, non repetet.

390 Emptor rei furtiuæ præcium recuperat ex statuto lim. num. seq.

391 Iudeus pignori aliena recipiens domino non tenetur restituere non obstante priuilegio.

392 Clerici & extranei non ligantur priuilegijs quod iudæi foenerantes nequeant à dominis rerum sibi hipothecatarum conueniri.

393 Emptor rei furtiuæ dubitans esse furtiuam non tenetur domino restituere.

394 Hæres non excusatur à restitutione ex ignorantia furti vel vitij sui authoris.

395 Restitutio si dominus ignoretur factis debitis diligentijs pauperibus fieri potest & restituens liberatur lim. num. sequent.

396 Compositione facta cum Papa restituere obligatus liberatur & n. 801.

397 Restitutio expensis debitoris facienda est, nisi eas creditor facturus fuisset.

398 Creditori etiam excomunicato restitutio facienda est.

399 Turpiter recepta ob maleficium ex materia non vendibili, vel iniqua conuentione non domino sed pauperibus vel fisco restitui debent.

400 Iudici datum per fouentem iustitiam si tamen pro iustitia administranda dederit repeti potest lim. nu. seq

401 Iudex qui non habet salarium de publico mercedem tãtum legibus taxatam petere potest.

402 Iudex qui recepit pro iniusta sententia ferenda ad damna parti tenetur.

403 Testis restituere tenetur quod pro testimonio perhibendo recepit lim. num. seq.

404 Testis non restituit quod pro falso deponendo recepit, licet parti ad damna & interesse teneatur.

405 Testis pro labore et expensis factis in ferendo testimonio iustam mercedem petere potest ac recipere.

406 Notarij & alij publica officia exercẽtes mercedem lege constitutam recipere possunt, non tamen vltra.

407 Inuentor alienæ rei sine mercede restituere tenetur lim. num seq.

408 Inuentor alienæ rei pro labore in perquirendo recipere potest.

409 Inuentor alienæ rei ex promissione vel consuetudine recipit.

410 Inuentor alienæ rei sponte data recipere potest.

411 Restitutio Communitati facienda est pro damno ei illato.

412 Inuentori pauperi ab Episcopo vel confessario applicari potest.

413 Restituere tenetur gratis facere legis præcepto obligatus lim. nu. seq.

414 Gratis ex officio facere obstrictus non tenetur restituere quod pro mercede laboris recepit.

415 Maleficium ne fiat si quid recipiatur restitui debet lim. nu. seq.

416 Contrarium tenent ibi citati.

417 Maleficium & opus illicitum ne fiat alia virtute quam iustitiæ recepta non restituuntur.

418 Metu qui caderet in constantem virum acquisita restitui debent.

419 Stuprans damna illata stupratæ restituere tenetur.

420 Læso qui in integrum restituitur restitutio læsionis facienda est.

421 Vendens precio iusto sciens decretum minoris præcij secutum vel naues venturas restituere tenetur.

422 Contrarium tenent ibi citati.

423 Fur rem extantem alioquin eius æstimationem restituere tenetur amp. & lim. nu. seq.

424 Fur re perempta tenetur etiam si eodem modo penes dominum perijsset.

425 Contrarium tenent ibi citati.

426 Fur non tenetur ad interesse quantiplurimi nisi dominus si tunc habuisset rem furto subtractam fuisset venditurus.

427 Fur expensas vtiles & necessarias in re furata factas deducere potest.

428 Fur non tenetur ad rei præcium nisi eo tempore quo illam dominus vendidisset, vel consumpsisset.

429 Fur non potest violenter re furtiua nisi incontinenti spoliari.

430 Furtum rei leuis alioquin veniale multis casibus mortale efficitur vt ibi.

431 Furans rem suam vel sibi debitam restituere non tenetur.

432 Malæ fidei possessor fructus restituere tenetur amp. & lim. vt infra.

433 Fructus restituere tenetur malæ fidei possessor cui mala fides superuenit pro tempore malæ fidei.

434 Fructus percipiendos fur malæ fidei possessor restituit.

435 Fructus ex re meliorata perceptos à mala fidei possessore an restituat.

436 *Possessor malæ fidei quas expensas deducat.*

437 *Fructus quos inhoneste dominus percepisset malæfidei possessor non restituit.*

438 *Malæfidei possessor rem & prætium in foro poli restituere tenetur non pœnam.*

439 *Eligens dignum omisso digniore mortaliter peccat; indignum omisso digno idem & ad restitutionem tenetur.*

440 *Contrarium tenent ibi citati amp & lim.num seq.*

441 *Patre meliorante dignum filium digniore omisso, dignus digniori restituere non tenetur.*

442 *Dignum digniori præferri faciens non tenetur restituere amp & lim.num seq.*

443 *Digno dari impediens vt æque digno detur non tenetur restituere lim num. seq.*

444 *Dignum impediens vt digno detur dolo vel fraude restituere tenetur.*

445 *Digniorem impediens dolo & fraude restituere tenetur amp.& lim num.seq.*

446 *Digniorem præcibus omitti faciens restituere tenetur.*

447 *Digniorem omitti faciens qualiter restituere teneatur.*

448 *Digniorem omitti faciens restituere tenetur si iustitia commutatiua offensa fuerit.*

449 *Impediens à consecutione hæreditatis legati & eiusmodi dolo cui fraude restituere tenetur.*

450 *Seruus à domino fugiens redire tenetur lim. num. seq.*

451 *Christianus ab infidelibus captus euadens redire non tenetur.*

452 *Aliena sine vitio possidens simul ac iniuste possidere nouit restituere tenetur amp.num.seq.*

453 *Aliena possidens statim cum nouit aliena ea restituere cum fructibus tenetur.*

454 *Furtiuæ rei emptor vel aliter acquirens domino si extet restituere tenetur, si autem perempta illius æstimationem amp.& lim.num.seq.*

455 *Emptor rei furtiuæ à domino rei præcium consequi non potest.*

456 *Emptor furtiuæ rei in his quæ vsu consumuntur si fur soluendo existat non tenetur æstimationem soluere vbi nec in aliam speciem transformatam.*

457 *Contrarium tenent ibi citati.*

458 *Emens bona fide à fure si scientia superueniat potest rei domino dicere moue litem quia per sentētiā decidi volo.*

459 *Emi res furtiua potest per dubitantem rem esse furtiuam modo nō sit dubius an eā emere possit sine peccato.*

460 *Emens modico præcio rem furtiuam pro domino quam alioquin dominus non habuisset, tunc dominus rei præcium restituet.*

461 *Thesaurus arte magica inuentus totus Principis est sed vide ibi.*

462 *Restitutionis præceptum obligat ad mortalem culpam quia iustitiæ est.*

463 *Possessor bonæfidei statim cum rem à se possessam alienam scit illam domino restituere tenetur lim.num.seq.*

464 *Possessor bona fidei si bona fide alienauerit vel consumpserit suam esse credens non tenetur nisi quatenus locupletior sit effectus lim.num.seq.*

465 *Locupletior factus aliquis non præsumitur qui bona fide consumpsit.*

466 *Contrarium tenent ibi citati.*

467 *Possessor bonæfidei non tenetur de interitu lim.n.seq.*

468 *Possessor bonæfidei de interitu tenetur si fuerit in mora restituendi.*

469 *Emptor bonæfidei qui eodem præcio vel minoris vendidit, non tenebitur aliquid restituere, nisi id plus quod consecutus esset.*

470 *Possessor bonæfidei non restituet rem quam alteri donauit cui aliam non donasset nisi eam habuisset amp.n.seq.*

471 *Donatarius rei sibi à bonæ fide. possessore donatæ si eam ludo amiserit restituere non tenebitur nisi tantumdem ex suo lusisset si ea res sibi donata non fuisset.*

472 *Furtiuam rem cum amicis comedens catenus restituere tenetur quatenus ex suo impēdisset amp num.seq.*

473 *Furtiuam rem apud amicum comedens non tenetur restituere vltra eius valorem si plus comedisset.*

474 *Vsurarium contractum bona fide iniens, si postea iniustum nouerit rem cum eo in quo detur effectus fuit restituere tenebitur.*

475 *Hæreditatis possessor bona fide quas expensas deducet.*

476 *Dubitans alienam rem esse postquam bona fide eam acceptat si debita adhibita diligentia non inueniatur dominus nō restituit nisi in alieni dominij magis inclinet, hoc enim casu aliquid restituere debet.lim.num seq.*

477 *Dubius in acceptione rei malafide si facta debita diligentia dominum non inueniat partem restituet ad ratam dubij.*

478 *Dubitans rem esse suam quam à bonafide possessore abstulit debet restituere totum.*

479 *Occupans rem à nullo possessam si dubitet cuius sit sua an aliena pro ratione dubij aliquid restituere tenetur.*

480 *Diligentia adhibita melior est conditio possidentis.*

481 *Adulter damna marito post triennium & hospitali refundet lim.num.seq.*

482 *Adulter dubius an sua vel mariti proles existat restituere non tenetur.*

483 *Damnum inferens totum si solus partem si cum alijs intulerit restituere tenebitur lim.num seq.*

484 *Dubitans an damnum dederit non tenetur restituere. lim num.seq.*

485 *Damnum à pluribus illatum si à quo ignoretur quisque ad ratam dubij.*

486 *Dubitans ante damnum restituere tenetur cōstito damnum processisse.*

487 *Volenti iniustum sibi fieri restitutio facienda non est.*

488 *Damnum communitati restitui debet in eius bonis illatum nisi leue sit.*

489 *Damnum illatum à seruo dominus non reficit nisi ditior effectus.*

490 *Pater non tenetur resarcire damnum à filio illatum sine sui culpa.*

491 *Damnum in re fructifera in spe existente illatum quatenus reficiatur.*

492 *Procurator ad emendum equum 100. si 90. emerit, 10. restituet lim.num.seq.*

493 *Procurator opera & industria plus minusue emens aut vendens restituere non tenetur.*

494 *Accepta pro faciendo opere debito ex iustitia danti restituetur lim num.seq.*

495 *Iudex restituere non tenetur ab eo datum cuius non interesset vel liberè donatum.*

496 *Quæstores ab his quibus ex officio pecunias soluere tenentur nil capere possunt.*

497 *Executores vltra mercedem sibi debitam nil capere possunt nisi pro maiori labore.*

498 *Opere illicito pro faciendo ante recepta restitui debent, secus si postea etiam promissione præcedente amp.& lim. num.seq.*

499 *Pater, vir, & dominus in illicitè quæsitis à filio seruo & vxore nullum ius habent.*

500 *Peccati vitandi causa quid accipi potest.*

501 *Causa turpi quæsita restitui debent si lex capientem in capacem reddat.*

502 *Contractu malo ex aliqua circumstantia capta restitui debent.*

503 *Periculo eripiens rem alienam domino restituere tenetur, detracta æstimatione laboris.*

504 *Possessor malæ fidei de interitu tenetur etiamsi eodem modo res penes dominum perijsset amp. & lim. n. seq.*

505 *Periculum rei spectat ad possessorem malæ fidei etiam si dubitetur an eodem modo penes dominum perijsset.*

506 *Periculum non est furis post oblatam domino & per eũ penes furem dimissam rem furatam.*

507 *Periculum domini est si certum sit eodem modo penes dominum perituram lim. nu. seq.*

508 *Periculum furis est post moram, puta si rem eo tempore destruxit quo penes dominum non perijsset.*

509 *Possessio malæfidei restituere debet cui abstulit eiusuè successori ius aliquod in ea habenti lim. nu. seq.*

510 *Emptor malæ fidei restituere domino tenetur nisi alioquin pracium recuperare non posset.*

511 *Furi auferens, vel mala fide superueniente possessori bonæ fidei res domino restitui debet intellige vt ibi.*

512 *Restituenda hæredibus si pro anima defuncti erogari iterum restituere tenetur lim. vt ibi.*

513 *Distribuẽs in ea opera in quibus alij distributionẽ dominus commiserat non tenetur iterum dare.*

514 *Bonæ fidei possessor si mala fides superueniat ei à quo habuit restituere tenetur, vt praciũ recuperet lim. n. seq.*

515 *Contrarium tenent ibi citati.*

516 *Bonæ fidei possessor titulo lucratiuo si mala fides superuenisset restituere domino tenetur.*

517 *Multo qui bona fide aliena deferenda recepit domino restituere potest.*

518 *Emens à fure domino restituere debet amp. et lim. n. seq.*

519 *Emens bona fide si vendiderit furtiuam contractum rescindere tenetur & pracium emptori restituere & rem domino reddere amp. nu. seq.*

520 *Emens rem falsam & vendens recuperare & pracium restituere debet.*

521 *Vendens equum furtiuum quando pracium emptori restituere non teneatur.*

522 *Venditor bonæ fidei alienæ rei tenetur id plus pracij restituere quod recepit.*

523 *Emptor & venditor rei alienæ augmentum pracij cum re domino restituere non tenetur.*

524 *Contrarium tenent ibi citati.*

525 *Restitutio ex delicto vel re accepta quomodo facienda.*

526 *Restitutio à possessore malæ fidei fiat indistinctè, à bonæ fidei possessore si habeat, vel quatenus ex ea ditior sit effectus amp. & lim. nu. seq.*

527 *Damnum fieri præcipiens restituere tenetur si ei cui iussit præsit & in eo authoritatem habeat amp. nu. seq.*

528 *Exequens post iubentem damnum reficere tenetur.*

529 *Aggressores plures damnum reficere tenentur licet alter dumtaxat percusserit.*

530 *Mandans & consulens tenetur post præcipientem & alij successione vt ibi.*

531 *Restituto tota à causa principali cæteri omnes liberantur amp. num seq.*

532 *Restituente integre causa secunda, damnum passus nil vlterius petere potest, sed causa secunda indemnis à prima conseruari debet amp. nu. seq.*

533 *Restituẽte aliquo ex pluribus vnius causæ, ratas ab alijs consequetur.*

534 *Restituente aliquo vnius causæ plurium causa priori nõ soluente ratas ab eiusdem causæ complicibus cõsequetur.*

535 *Restituente vno si alter ex tribus damnum dantibus soluendo non sit medietatem à consocio consequetur soluẽdo existente.*

536 *Damno condonato primæ causæ sequentes libere euadũt.*

537 *Creditoribus restitutio fieri debet prius rei suæ domino amp. & lim num. seq.* (rata debet.

538 *Dominos plures adesse si dubitetur cuilibet restitui pro*

539 *Venditor ratione pracij non soluti præfertur.*

540 *Contrarium tenent ibi citati.*

541 *Venditori merces restituuntur emptore non soluendo existente.*

542 *Contrarium tenent ibi citati.*

543 *Venditor in re vendita præfertur si ex statuto dominium translatum non sit.*

544 *Debita certa prius incertis soluenda sunt.*

545 *Contrarium tenent ibi citati.*

546 *Debita ex contractu oneroso prius lucratiuis soluãtur.*

547 *Legata prius quam hæredis debita solui debent.*

548 *Hipothecarijs creditoribus prius soluitur postea personalibus.*

549 *Hipothecariorum creditorum priori soluitur nisi posterior ad emendam vel reparandam rem mutasset, vel huiusmodi.*

550 *Emptorum plurium priori res tradi debet.*

551 *Creditor in bonis defuncti creditori hæredis hipothecario præfertur.*

552 *Debitor non seruans ordinem soluẽdi de quo supra mortaliter peccat contra iustitiam, nisi iuris vel facti ignorãtia, vel materiæ paruitas ipsum excuset.*

553 *Debita pœnalia ex maleficio postponuntur debitis non pœnalibus.*

554 *Debitum ex rapina, furto præfertur, furtum vsuræ coeteris paribus.*

555 *Debitum ex contractu licito vsurario præponi debet.*

556 *Ordo à statuto datus seruari debet in solutione.*

557 *Ordinem restituendi non seruans grauiter peccat & restituere tenetur.*

558 *Creditoribus ex cõtractu vel delicto pro rata solui debet.*

559 *Creditores personalem tantum habentes æqualiter admittuntur.*

560 *Exigens prius suum creditum in actionem personalem habentibus alijs non tenetur restituere nisi ius prælationis haberent lim num. seq.*

561 *Creditori posteriori soluens dum non soluẽdo extit absque debitoris petitione peccat lim. nu. seq.*

562 *Contrarium tenent ibi citati.*

563 *Debitor soluere potest pauperioribus creditoribus aliorũ prælatione cessante.*

564 *Contrarium tenent ibi citati.*

565 *Funeris expensa moderata coeteris creditoribus defuncti præfertur lim n. seq.* (ex graui necessitate.

566 *Funeris impensa fieri non potest ex bonis creditorũ nisi*

567 *Medici pharmacopolæ & huiusmodi mercedẽ & praciũ recipere possũt à debitore nõ soluẽdo existẽte lim. nu. seq.*

568 *Medici & pharmacopolæ mercedem ac pracium vltimæ infirmitatis tantum coeteris anteriorem habent modo nõ habeant expræssam anteriorem.*

569 Vxor non tenetur restituere nisi id pluris consumpti ex bonis viri quam sibi deberetur.

570 Donatio facta per debitorem soluendo existentem tenet, nec restitui debet quamuis donans postea non soluendo fieret.

571 Debitor potest diligentiori licet posteriori creditori soluere lim.num.seq.

Creditori vnius negocij licet posteriori creditori alterius negocij prius solui debet.

572 Venditum alij, sibi ab eodem vendi sciens & emens ante traditionem primo factam in foro poli restituere tenetur.

573 Famulus domino seruiens non soluendo existenti nil recipere potest nisi ex eo tantum dominus acquisierit lim. num.seq.

574 Famuli salarium à domino petere & capere possunt non soluendo existente si decenter sine eis viuere nõ poterat.

575 Famuli salarium recipiunt vt ibi.

576 Debitor statim restituere tenetur quod modo sine sui notabili damno facere non potest & in futurum fore credit vt numquam restituere possit si ex delicto restituere debeat.

577 Contrarium tenent ibi citati.

578 Lucri magni priuatio non est iusta causa impedienda restitutionis.

579 Debitor religionem ingredi nequit satisfacere impotens. amp & lim.num.seq.

580 Debitor nec ex voto ante emisso ingredi potest non satisfacto creditoribus lim.num.seq.

581 Debitor in seculo manens si dubitet an satisfacere possit ingredi tenetur si votum debita praecessisset.

582 Debitor obsequij puta faciendi scripturam ingressu religionis liberatur lim num.seq.

583 Debitor post ingressum promissa religioni compatibilia implere tenetur amp.num.seq.

584 Contrarium tenent ibi citati.

585 Debitor religionem ingressus debitum satisfacere debet.

586 Contrarium tenet Sanch. ibi citatus.

587 Religionem ingredientis professio valet satisfacere creditoribus non valentis.

588 Motus Pij. V. quoad debitores ingredientes religionem quando cesset.

589 Peccatum committi operans operari debet vt resipiscat.

589 Religionis ingressum impediens exitumuè procurans restituere tenetur.

590 Reuelans secretum peccat vt ibi.

591 Famam iniustè auferens restituere tenetur amp.& lim. num.seq.

592 Detractorem audiens & quodammodo ad detrahendũ mouens restituere debet.

593 Fama etiam ijs restitui debet quibus ab eo cui crimen narratum fuit reuelatum fuisse dubitatur lim.n seq.

594 Fama nõ debet ei restitui cui reuelauit audiens si de audientis taciturnitate diffamans non verebatur.

595 Famam restituere debet qui verum dixit honorando & laudando.

596 Famam falso auferens restituere debet falsum dixisse, narrando, & etiam iurando.

597 Fama priuatim restituere debet qui priuatim abstulit.

598 Famam auferens omne damnum restituere debet.

599 Detractor qui impedivit alterum acquirere quatenus restituere teneatur.

600 Contumelia afficiens, susurrans, deridens, restituere tenetur.

601 Famam alibi auferens, seu diffamans animo nocendi alibi publicè infamatum restituere tenetur.

602 Famam alteri auferre malo an mo suam tuendo aliquis non potest lim.num.seq.

603 Infamans alium non animo nocendi sed suam famã tuendi non tenetur restituere lim.num.seq.

604 Infamans alium vt non teneatur restituere requisita.

605 Compensatio detractionis vnius cum alterius fieri potest lim.num.seq.

606 Compensatio non fit cum fama auferenda.

607 Fama ablata potest condonari & etiam reciprocè.

608 Infamatorem infamans ad sui defensionem non peccat.

609 Famæ restitutio impossibilis non obligat.

610 Fama non est restituenda si diffamatio inefficax fuit.

611 Fama non restituitur si absque periculo vitæ restitui nequit.lim.num.seq.

612 Bona ordinis inferioris quando superioris ordinis præpolleant.

613 Delectans diffamationis qualiter peccet.

614 Fama non est restituenda quando infamatus suis bonis actibus famam recuperauit.

615 Fama restitui non debet quando illi quibus falsum etiam narratum fuit obliti fuissẽt puta lapsis.20.vel 30. annis.

616 Famam nõ restituit quis cum notabili suæ famæ iactura.

617 Famam hæres infamantis non restituit.lim.num.seq.

618 Contrarium tenent ibi citati.

619 Hæres infamantis damna restituere tenetur.

620 Hæredibus infamati an fama restitui debeat.

621 Iudicium temerarium quando ad restitutionem obliget.

622 Infamans in materia leui & vti apta ad infamandum dicens probabilibus non habuit, non tenetur restituere.

623 Crimen alienum ab alijs auditum narrans alijs quatenus teneatur.

624 Infamia alterius tribus casibus detegi potest sine peccato & iniustitia.

625 Famæ restitutio quando in pecunia facienda.

626 Famæ ablatores sibi ipsis ad inuicem infamiam illatam remittere possunt.

627 Fama cum fama compensari potest lim.num.seq.

628 Compensatio famæ cum fama inter diffamatos fieri non potest sine mutuo consensu.

629 Compensari pecunia fama nequit sine consensu creditoris pecunia.

630 Compensatio famæ quando fieri non possit.

631 Compensatio famæ si fieri nequeat, non est pecunia compensanda alio damno secluso.

632 Contrarium tenent ibi citati.

633 Vxor notabilem quantitatem viro auferens restituere tenetur amp.& lim.num seq.

634 Vxori donata viri contemplatione viri sunt & ea restituere vxor tenetur.

635 Vxor communia cum viro alienans restituere tenetur.

636 Vxor donare potest quæ solitæ sunt eiusmodi conditionis bonorum viri elargiri absque restitutione.

637 Vxor potest ex bonis sui viri etiam inuiti extrema necessitate laboranti donare.

638 Vxor potest subuenire filijs & alijs egenis lim.num.seq.

639 Vxor viro mortuo in suam partem imputat expensas pro filijs & alijs egenis factas vt supra.

640 Vxor aliquid occultare potest pro viri magno damno, euitando.

641 Vxor ex certa portione à viro sibi prouictu assignata, parcè viuens residuum retinere potest.

642 *Vxor viro amente vel absente eleemosinas erogare potest.*

643 *Vxor pro victu vestitu & medicamentis necessarijs ex viri bonis capere potest.*

644 *Vxor viro decocto etiam sibi & familiæ pro alimentis, capere potest.*

645 *Vxor quæ congruam dotem dedit de lucro laborum disponere potest.*

646 *Religiosi post votum paupertatis vltra necessaria nil sibi vsurpare possunt lim. num. seq.*

647 *Religiosus qui suam indigentiam superiori narrauit pro victu, si non dederit necessaria capere potest.*

648 *Moniales esculenta & poculenta donare possunt.*

649 *Famuli certo tempore conducti contra iustitiam peccant sine causa recedentes.*

650 *Famuli auferentes aliquid domino in quantitate notabili an peccent.*

651 *Damnum à pluribus datum quatenus reficiendum.*

652 *Pluribus damnum dantibus insolidum tenentur.*

653 *Vulnerato lethaliter mortem accelerans quatenus teneatur.*

654 *Damnum ab vno datum quod ab alijs datum fuisset dãs reficere tenetur.*

655 *Vsurarius tenetur vsuras restituere amp & lim. n. seq.*

656 *Vsurarius qui potest restituere interim absolui non potest.*

657 *Vsurarius deducto ne egeat in foro poli restituere tenetur, in foro fori autem intotum.*

658 *Vsurarius restituere non tenetur quod eum vsuris lucratus fuit lim. num. seq.*

659 *Vsurarius restituere tenetur factus si rem fructum ferentem extorsisset.*

660 *Vsurarius restituere non tenetur in casibus, de quibus ibi.*

661 *Vsurarius non tenetur restituere si vsuræ fuerint remissæ, quamuis de non petendo pactum non sufficeret.*

662 *Infidelibus bona nisi in certis casibus nequeunt auferri.*

663 *Eleemosina de illicitè quæsitis fieri non potest licet secus sit vbi non sunt restituenda.*

664 *Gabellæ illicitè extorta restitui debent.*

665 *Falsum deponens testis omnia damna parti restituere tenetur.*

666 *Filij debitoris non soluendo existentis qui victum sibi parare possunt etiam alijs seruiendo sine dedecore tenentur creditoribus alimenta restituere.*

667 *Emens à debitore tradita ei pecunia quam consumpturum scit in præiudicium creditorum, & vendens sciens se ad soluendum impotentem nisi necessaria ad victum vendit restituere tenetur.*

668 *Debitore non soluendo existente nil ab eo capi potest nec ab vsurario.*

669 *Legatum debitor non soluendo existens repudiare nequit in foro poli, & restituere tenetur amp. & lim. n. seq.*

670 *Legatum repudiari consulens nisi bona fide tenetur restituere lim num seq.*

671 *Legatum seu hæreditatem per debitorem repudiatam acceptans nisi debitorem ad repudiandum induxerit repudiantis debita soluere non tenetur.*

672 *Legatum debitori factum repudiare non potest debitoris hæres.*

673 *Occisi iniustè damna hæredi refici debent amp. & lim. num seq.*

674 *Homicida damna reficere tenetur licet vnum pro alio occiderit.*

675 *Homicida damna & lucrum cessans soluere tenetur ac restituere si iniuste occiderit, vel vulnerauerit.*

676 *Occidens inuasorem non tenetur restituere.*

677 *Occidens non tenetur soluere totum lucrum quod fecisset occisus, sed spem lucri.*

678 *Vita hominis & membri abscisio non recipiunt æstimationem.*

679 *Occidens pro funeris impensa nil restituere tenetur nisi ob lucrum cessans & damnum emergens.*

680 *Occisi pro anima restitui nihil debet ad reparandum vitę damnum de iustitia, sed de æquitate.*

681 *Occidens eum qui paulo post necandus erat morte iusta mortaliter peccat non tamen restituere tenetur.*

682 *Homicida qui pœnam talionis soluit alia pœna non tenetur.*

683 *Contrarium tenent ibi citati.*

684 *Homicida à restituendo liberatur si læsus eiusue hæredes omnia damna remiserint lim. n. seq.*

685 *Homicida ex remissione delicti damnorum restitutionem non euadet.*

686 *Homicida casualis restituere non tenetur lim. n. seq.*

687 *Homicida casualis tenetur quando vbi medici non adfuissent vulnus illatum fuisset.*

688 *Homicida non tenetur nisi ad expensas necessarias.*

689 *Homicidij operi periculoso nauans quatenus teneatur.*

690 *Adultera virum occidens adulter quando non teneatur.*

691 *Ebrius homicidium committens quatenus restitutioni sit obligatus.*

692 *Hæredibus necessarijs tantum restitutio facienda est.*

693 *Condemnatus falsis testibus an per homicidam indemnis conseruari debeat.*

694 *Honoris restitutio non fit in mutua prouocatione, nec aliter vt ibi.*

695 *Restitutio est ad salutem necessaria amp. & lim. num. seq.*

696 *Restitutio rerum suo tempore facienda est iusto titulo acceptarum vt ibi.*

697 *Peccato mortali existens iustus fieri non potest & salutem per gratiam consequi sine animo restituendi cum poterit.*

698 *Restituere obstrictus quoties peccet.*

699 *Hæredi iniungere an sufficiat ut restituat quod defunctus restituere debebat.*

700 *Restitutio ex acceptione, vel re accepta quatenus facienda.*

701 *Restitutio pro bonis naturalibus animi & acquisitis & spiritualibus quomodo facienda.*

702 *Iniuriæ illatæ æstimatio restitui debet amp. & lim. num. seq.*

703 *Iniuria quoad odium & rancorem in foro poli remitti debet non quoad damna & interesse.*

704 *Hæredibus occisi etiam diuitibus damna refici debent.*

705 *Hæredes occisoris damna et interesse restituere tenētur.*

706 *Satisfactione iniuriæ oblata non potest in iudicio agi nisi vt ibi.*

707 *Iniuriæ plena remissio interesse petitionem tollit.*

708 *Homicida qui modum inculpatæ tutelæ non excessit non tenetur damna & interesse restituere.*

709 *Homicida non tenetur ad damna si mors culpa medici, vel vulnerati processit.*

710 *Homicida tenetur tantum ad expensas vtiles & necessarias.*

711 Homicida quas expensas & damna praestet.
712 Hæres extraneus ad damna & interesse agere non potest.
713 Contrarium tenent ibi citati.
714 Iniuriarum actio cessat vt ibi.
715 Operæ occisi nobilis prætendi non possunt.
716 Occisor non tenetur se iudici offerre pro satisfactione damnorum.
717 Hæredes occisi pro honore defuncti petere nil possunt.
718 Accusator iniustus criminis occulti quod in iudicio probari non potest mortaliter peccat & famam restituere tenetur.
719 Honor ablatus restitui debet ex necessitate salutis amp. & lim.num.seq.
720 Honor per vindictam non reparatur.
721 Honor restitui debet illis qui vni illata iniuria affecti fuere.
722 Restituere & ij tenentur, qui contumeliæ causam dedere. lim.num.seq.
723 Iniuriæ seu contumeliæ cuilibet, verbis potest satisfieri.
724 Honoris restitutio fit honoris exhibitione.
725 Honoris restitutioni veniæ petitione satis fit lim.n.seq.
726 Veniam superior petere non tenetur.
727 Veniæ sola petitio quando non sufficiat.
728 Venia via non sumitur si possit aliter honori satisfieri.
729 Honoris restitutio pecuniæ medio fieri potest.
730 Honoris ablati restitutio cessat si fuerit condonata.
731 Hæredibus iniuria affecti non est restituendus honor nisi & ipsi iniuria sint affecti.
732 Gabella fraudata restitui debet amp. & lim.n.seq.
733 Gabellæ restitutio antiquissimæ fieri debet etiam si causa non constet.
734 Pœna fraudatæ gabellæ non soluitur nisi secuta sententiæ executione.
735 Tributa iniusta non obligant in foro poli lim.num.seq.
736 Iniusta tributa solui debent ratione scandali.
737 Gabellæ nouæ imponi non possunt nisi pro necessitate publica amp.num seq.
738 Gabellæ à subditis nouiter exactæ eis non præiudicant.
739 Gabella non debetur causa cessante nisi noua causa superueniat.
740 Clerici non tenentur soluere gabellas nisi vt ibi.
741 Conditione & causa finali data vel donata cessante restitui debent.
742 Sanctitate vel paupertate ficta accepta pauperibus restitui debent lim.vt ibi.
743 Reus in iudicio quando veritatem fateri teneatur.
744 Vendens plus iusto prætio restituere tenetur lim. n.seq.
745 Contrarium tenent ibi citati.
746 Emens scienter plus iusto prætio non petit restitui.
747 Contrarium tenent ibi citati.
748 Emens minoris rei valore à sciente non tenetur restituere.
749 Emens ad rem actionem minus iusto prætio potest acquirere.
750 Emens minus iusto sine dolo non tenetur restituere.
751 Contrarium tenent ibi citati.
752 Venditor rei vitium sciens in substantia vel scientia superueniente restituere tenetur.
753 Emens ab ignorante iustum prætium illud ei manifestare tenetur.
754 Emptor iusto prætio soluto ad aliud non tenetur.
755 Prætio taxato iusto à Republica plus vendi non potest.
756 Simoniacè data restitui debent lim num.seq.
757 Simonia mentalis non obligat ad restitutionem.
758 Simonia conuentionalis ex neutra parte completa non obligat ad restitutionem.
759 Clerici inhabiles si beneficium obtinuerint restituere tenebuntur amp & lim.num seq.
760 Residere obstrictus ad beneficium si non resideat non lucratur fructus.
761 Clericus plura beneficia habens etiam simplicia si vnum vel duo ad sustentationem sufficiant restituere tenetur.
762 Clericus crimen committens quo ipso facto beneficio priuatus sit fructus restituere debet.
763 Clerici beneficiati restituere tenentur ecclesiastica bona quæ post sufficientem sustentationem male dispensarunt.
764 Beneficiati qui post sex menses ab accepto beneficio officium non recitant fructus restituere tenentur.
765 Clerici restituere debent fabricæ illius Ecclesiæ in qua beneficium obtinent.
766 Pensionarij restituere tenentur si quotidie B. M. V. officium non recitent vel horas in choro.
767 Ministri stipendium accipientes restitutioni obnoxij sunt pro rata muneris non functi.
768 Curati, pro horis, & sacrificijs prætermissis sunt obligati restituere.
769 Beneficium quo dignus est ficta sanctitate accipiens non obligatur restitutioni.
770 Fructus non sunt à clericis restituendi nisi pro rata defectuum.
771 Clericus pauper fructus quos restituere deberet superioris licentia retinere potest.
772 Bellum iustum quod sit, & an eo capta restitui debeant.
773 Tempore transacto habens ex contractu mutui vel alio restituere tenetur.
774 Restitutio ei facienda est cui res ablata fuit amp. & limit.num.seq.
775 Restitutio danti fieri debet licet custodiam vel vsum haberet.
776 Restitutio danti facienda est licet dubitetur cuius sit.
777 Conditionaliter vel ad certam causam data pecunia quæ defecit danti restituetur.
778 Hæredibus eius à quo recepit vel domino restitui debet.
779 Solui creditori creditoris an possit infra.num.917.
780 Restitutio domino facienda est rei ab eo vel aliunde habita.
781 Restitutio patri & monasterio facienda est rei à filio vel monacho receptæ.
782 Restitutio si causa fuerit ad effectum perducta cui facienda vbi ei locus sit.
783 Simoniacè data Ecclesiæ restituenda sunt.
784 Restitui iure naturæ ei debet à quo res accepta fuit non sic humano iure.
785 Restitutio si dominus ignoretur vel absit qualiter fiat.
786 Restitui cui debeat causa alteri nocendi datum.
787 Empta ab iniusto possessore cui restitui debeant & prætium recuperari.
788 Contrarium prætium scilicet non recuperari.
789 Emens à fure ei non domino de rigore iustitiæ restituere tenetur lim num.seq.
790 Emens à fure ei restituere non potest in casu de quo ibi.
791 Restitutio rei ab iniusto possessore habitæ domino in foro fori facienda est.

792

792 *Dubius emptor an venditor dominus sit nisi animo restituendi domino inuento tuta conscientia emere non potest.*

793 *Restitutio domino facienda non est quando in eius perniciem cederet.*

794 *Restitutio cui facienda sit si non reperiatur is à quo habita fuit, nec rei dominus, vel absit.*

795 *Inuenta quomodo restituenda.*

796 *Restitutio in loco acceptæ rei facienda est lim. num. seq.*

797 *Possessor bonæfidei rem alienam vbi est restituere tenetur.*

798 *Restitutio ex contractu ibi facienda est vbi conuenit, vel debitor conueniri potest.*

799 *Restitutio si dominus à loco recesserit cuius expensis facienda.*

800 *Nuncio rem deferendam tradens quando liberetur.*

801 *Compositio cum Papa inita quando debitorem liberet & n. 396.*

802 *Debitor bonæfidei omnia sua bona restitutioni obnoxia habens quæ retinere possit.*

803 *Venditio pro maiori præcio quam res valeat data ad soluendum dilatione vel minors, anticipata facta solutione non valet lim. num. seq.*

804 *Contrarium tenent ibi citati.*

805 *Venditio immobilium pro maiori præcio data dilatione tenet.*

806 *Contrarium tenent ibi citati.*

807 *Venditio dilata precij solutione pro maiori præcio valet ratione periculi & laboris suscepti.*

808 *Venditio ad tempus si de præsenti non fuisset inuentus emptor verisimiliter pro maiori pratio non improbatur in consistentibus pondere numero vel mensura.*

809 *Contrarium tenent ibi citati.*

810 *Venditio in nundinis carius facta quam præsente pecunia valet.*

811 *Venditio dilata solutione si non fuerit excessus rigorosus iustus rei valor, aut infimus iustus valet.*

812 *Venditio facta pro maiori præcio soluendo tempore matrimonij mortis vel huiusmodi emptoris valet.*

813 *Venditio maiori præcio propter dilatam solutionem causa lucri vel damni augeri vel minui potest si hoc emptori significetur.*

814 *Venditio emptori mere voluntario maiori præcio dilata solutione fieri potest.*

815 *Intentio venditoris vel alterius non deprauata non arguit contractum illicitum lim. vt ibi.*

815 *Valor rei tantus censetur quanti vendi potest scienti qualitatem & valorem rei eiusdem.*

816 *Vendere maiori præcio mercatori ad tempus licet easdē merces negociaturo intellige vt ibi.*

817 *Vendere mercator potest suas merces cariori præcio data dilatione si paratus erat pecunia præsente vendere & præcium in alijs mercibus inuestire ex quibus verisimiliter lucrari potuisset vt ibi.*

818 *Emptor pacisci potest de reficiendis damnis patiendis & ideo fideiussorem velle.*

819 *Venditor iustum precium consequi impeditus suam iniustam vexationem redimere potest.*

820 *Venditor carius data dilatione vendere potest si tempore solutionis sit incertum futurum præcium.*

821 *Vendi carius potest data dilatione si res empta in melius per emptorem mutetur.*

822 *Vendi carius ob dilationem res potest quando ad tempus quo plus valitura res esset per venditorem seruatura foret lim. num. seq.*

823 *Venditio frumenti pro valore mensis Maij, vel interim valet ob fortunæ æqualitatem etiam respectu temporis inter contrahentes requisitæ.*

824 *Venditor merces seruaturus illas hoc pacto distrahere potest vt cum sibi libuerit præcium commune eligere possit modo à semel electo non variet lim. num. seq.*

825 *Venditor seruaturus merces ad Kalend. Martias non potest pacisci de præcio Kalendis octobris vendens, quo fuerint Kalendis Maij.*

826 *Venditio non rescinditur in foro fori veriori ad tempus facta viliorive anticipata solutione nisi vt ibi.*

827 *Vendi plus potest data dilatione ratione periculi cui venditor subijcitur.*

828 *Contrarium tenent ibi citati.*

829 *Vendere carius ad tempus permittitur tribus concurrentibus vt ibi.*

830 *Emere vilius anticipata solutione permittitur si probabiliter dubitetur plus minus ve traditionis tempore res ualitura.*

831 *Venditione data dilatione maiori uel minori anticipata solutione præcio facta non est usura nisi ratione excessus iusti præcij & ideo præcium iustum solui debet non autem excessus ubi alij casus restitutionis faciendæ.*

Fures plures quatenus teneantur & liberentur.

832 *Restituere impotens excusatur lim. num. seq.*

Fur non tenetur ad pœnam quadrupli.

833 *Restituere impotens non excusatur si is cui restitui debet in extrema necessitate fuisset.*

834 *Restitui res debet si extet necessitate cessante.*

834 *Restituere impotens tenetur si ad pinguiorem fortunam deuenerit.*

835 *Necessitas magna à restitutione excusat debitor tamen à superfluis cauere tenetur.*

836 *Restituere pro parte debet qui pro parte restituere potest.*

837 *Restituere obligatus, non potest parentes creditori præferre nec filios nec uxorem nisi ut ibi; extraneos autem nullo pacto præferre potest.*

838 *Restituere impotens non excusatur si ab alijs necessaria subministrentur.*

839 *Castrum non restitui ab occupatore non refectis expensis factis ne ab inimicis caperetur etiam si dominus pro suo interesse eas fecisset lim. num. seq.*

840 *Castrum uasallus quando repetat expensis non restitutis.*

841 *Castrum custodire obligatus non repetet expensas.*

842 *Adultera uxor confiteri non tenetur alterum filiorum ex adulterio susceptum lim. n. seq.*

843 *Uxor adultera tenetur fateri filium adulterinum si absque periculo uitæ hoc possit etiam cum iactura famæ, si reuelatio utilis sit.*

844 *Adultera si possit restituere sine uitæ periculo, & incursu infamiæ id facere tenetur, alioquin id facere proponet cum potuerit.*

845 *Usurarius mentalis sponte data restituere non tenetur si de libera datione constet amp. num. seq.*

846 *Mutuans ea spe ut debitore eo animo omnino libero dāte percipiat alias non mutuaturus, si spes ista principalis nō sit, sed impulsiua causa mutui restituere nō obligatur.*

847 *Usuras non restituit creditor habens animum non restituendi iam receptas si debitor remittat.*

848 *Fur extrema necessitate constitutus restituere non tenetur lim. num. seq.*

849

849 *Fur extrema necessitate cessante si ad pinguiorem fortunam deuenerit restituere tenetur.*
850 *Contrarium tenent ibi citati.*
851 *Furari non licet in graui necessitate.*
852 *Adulterium & fornicatio non excusatur ob necessitatē.*
853 *Furari non licet eadem necessitate grauato.*
854 *Meretrix quæstus sui corporis causa factos restituere non tenetur lim.num.seq.*
855 *Meretrix restituere debet datum maius debito pracio aut à non valente dare quamuis plus meretrice quæ meretrix non est accipere queat.*
856 *Concubitu à lege vetito promissa merces peti non potest,*
857 *Iniuria defendens mercedem petere potest amp.n.seq.*
858 *Damnum reficere non tenetur qui illud non impediuit cum commodè posset nisi vt ibi.*
859 *Furis indicati causa mercedem indicans petere potest, vt ibi.*
860 *Inuasum defendere quando aliquis teneatur.*
861 *Hæredibus occisi quando non sit facienda restitutio.*
862 *Solemnitatum defectu contractu nullo quæsita modo nō desit consensus non sunt restituenda.*
863 *Contrarium tenent ibi citati.*
864 *Ludo quæsita fraude cessante non sunt restituenda amp. & lim.num.seq.*
865 *Sponsione lucrata per habentem partes ludi potiores non restituuntur si fraus alia cesset.*
866 *Ludo amissa contra legem an soluenda sint.*
867 *Ludo quæsita ab inuoluntario per ludentem tracto restitui debent vt ibi.*
868 *Gabellas non soluens non tenetur in foro poli restituere si pœnalis lex sit.*
869 *Contrarium tenent ibi citati lim.num.seq.*
870 *Gabellam iniustam fraudans non tenetur restituere.*
871 *Gabella non soluitur per prohibitū de Prouincia ad Prouinciam sub pœna transmittere si propterea nullum vectigal impositum sit.*
872 *Venatione prohibita capta non sunt restituenda limit. num seq.*
873 *Venatione capta restitui debent si lex ferarum acquisitionem impediret.*
874 *Venator tenetur fundi domino damna reficere.*
875 *Venari prohibens non tenetur damna reficere nisi vt ibi.*
876 *Venari & piscari impeditus vltra præcium ad alcam et iactus retis æstimationem agere potest.*
877 *Pisces in piscina existentes, & animalia viuarij restitui debent.*
878 *Repræsaliæ an iustæ & permissæ sint & quando pro eis iuretur in litem de tuto.tit.13.n.229.vers.75.*
879 *Nobilis pauper restituere non tenetur.*
880 *Iustitiam legalem violans seu generalem restituere non tenetur nisi vt ibi.*
881 *Reus delictum negans pœnam soluere non tenetur nisi vt ibi.*
882 *Frumentum extra territorium portans contra legem Principis non tenetur restituere.*
883 *Restitutionis obligatio cessat culpa lethali venialiue cessante.*
884 *Occidens hominem ignoranter feram esse putans etiam si illicitæ rei operam daret non tenetur restituere limita. num.seq.*
885 *Occidens aliquem vehementi motus passione quando restituere teneatur.*
886 *Damnum veniali tantum culpa illatum non est totum restituendum.*
887 *Damnum contra intentionem illatum non est totum restituendum.*
888 *Bellans subditus quando damna reficere teneatur.*
889 *Restituere in foro poli non tenetur qui nec in foro fori.*
890 *Restituere accepta pro opere licito faciendo ad quod recipiens non tenetur ex præcepto iustitiæ non obligatur accipiens.*
891 *Restituenda non sunt recepta pro opere debito ex charitate faciendo.*
892 *Restitui non debent recepta post opus illicitum etiam ex præcedenti pacto.*
894 *Restituenda non sunt in littore maris reperta.*
895 *Vas conflatum ex aliena materia eam longe superans, materiæ domino restituendum non est.*
896 *Nuncij culpa à creditore deputati cui debitor ex delicto eam consignauit si res perijsset debitor non tenetur, licet secus sit si ipse nuncium deputasset lim.n.seq.*
897 *Nuncij culpa mutuanti creditori non nocet si à debitore missus sit lim.n.seq.*
898 *Nuncio à creditore vel eius ordine electo periculum creditoris est.*
899 *Nuncij debitoris culpa non obest debitori si res commodata, vel deposita eadem remissa sit vt ibi lim.num.seq.*
900 *Nuncij culpa rei commodatæ vel depositæ debitori culposo nocet amp.num.seq.*
901 *Famulo creditoris tradens debitor non liberatur vt ibi. lim.num. seq.*
902 *Famulo creditoris rei eadem sine delicto restituenda si tradita sit quem debitor fidelem alias fuisset expertus liberatur debitor .lim.nu.seq.*
903 *Famulo alio quam conuento transmittens debitor non liberatur.*
904 *Confessario datum vt domino restituat an debitor liberetur.*
905 *Possessor bonæfidei fructus industriales restituere non tenetur amp.& lim.num seq.*
906 *Fructus non restituit bonæ fidei possessor quos sui culpa non percepit.*
907 *Possessor bonæ fidei restituet fructus perceptos ex locatione torquis furati.*
908 *Possessor bonæ fidei restituit fructus naturales & mixtos extantes si extent; sin secus eorum valorem quatenus locupletior est effectus lim.num.seq.*
909 *Possessor bonæ fidei pro parte fructuum restituenda expensas laboresque deducet.*
910 *Possessor bonæfidei qui fructus triennio possedit non restituit etiam dies vltima triennij cœpta dumtaxat sit. limi.num.seq.*
911 *Possessio triennij continui probari debet ne possessor bonæfidei restituere fructus teneatur absque eo quod fructus consumpti fuerint lim.num.seq.*
912 *Fructus præscripti censentur fundo præscripto.*
913 *Possessor bonæfidei qui intra triēnium fructus consumpsit conueniri potest ad præcium per annos 30.*
914 *Contrarium tenent ibi citati.* (scribit.
915 *Possessor bonæfidei sine titulo fructus triennio non præ-*
916 *Contrarium tenent ibi citati.*
917 *Creditori creditoris soluens liberatur.*
918 *Bona fide possessa restitui debent vbi sunt quando aliena noscuntur non tamen transmittentur possessoris expensis lim num.seq.*
919 *Possessor bonæfidei cognoscens alienam rem esse si*

aliò

aliò transtulerit quas expensas facere teneatur.

920 *Restitutio in loco facienda est vbi dominus eam possedisset si ex acceptione iniusta procedat amp. & lim. num. seq.*

921 *Restitui res debet iniustè ablata vbi dominus eam possedisset expensis auferentis, etiam si maior expensa re ipsa exigeretur.*

922 *Contrarium tenent ibi citati.*

923 *Expensas dominus facere tenetur ex domicilij mutatione.*

924 *Expensas restitutionis facere tenetur is qui in mora restituendi versatur.*

925 *Restituere obligatus ex contractu vel quasi vbi conuenisset tenebitur restituere aliàs in loco contractus.*

926 *Creditor à debitore non soluendo existente recipiens non tenebitur restituere nisi alijs esset hypothecatum, quamuis fraudis creditorum scientia superueniat lim.n. seq.*

927 *Creditor gratuitò à debitore in fraudem creditorū ignoranter recipiens tenetur si intra annum creditores auocent.*

928 *Contrarium tenent ibi citati.*

929 *Restitutio alijs casibus facienda non est vt ibi.*

930 *Restitutio in tempus magis oportunum differri potest ad creditoris vel alterius damnum euitandum amp. & lim. num. seq.*

931 *Debitor non potest restituere si videat creditorem in perniciem tertij abusurum nisi vt ibi.*

932 *Debitor restituere tenetur etiam creditori in sui solius damnum abusuro.*

933 *Debitor differre potest solutionem si maius damnum pateretur quam creditor ob dilatam restitutionem.*

934 *Restitui non debent ordinis inferioris bona cum notabili iactura bonorum superioris ordinis vel medij amp. & lim. num seq.*

935 *Restituere non tenetur aliquis cum detrimento valetudinis notabilis famæ, vel vita.*

936 *Debitor qui sine famæ, aut corporis detrimento restituere non potest per se vel alium restituere tenetur si potest euitare pericula.*

937 *Restitutio differri non potest ex æquali damno ob dilationem creditoris ac debitoris.*

938 *Restituere cum infamia tenetur de furtis alijs infamatus.*

939 *Accusator falsus suam falsitatem detegere tenetur si accusatus ita à morte liberetur.*

940 *Restitutio non requiritur quando rationabiliter eam dominus nolle debet.*

941 *Restitutio differri potest quando debitor à proprio statu iustè acquisito caderet lim. num. seq.*

942 *Vsurarij filius restituere tenetur tametsi statum mutare cogeretur lim. num. seq.*

943 *Filius vsurarii non tenetur restituere statum mutando nisi ad eam iniustè peruenisset.*

944 *Possessor bonæ fidei non tenetur cum status mutatione restituere.*

945 *Filius spurius vel vsurarij bona fide in statu nobili constituti, statum mutare non tenentur, nec restituere ij compareti.*

946 *Cedens bonis solutionē differre potest amp. & lim. n. seq.*

947 *Cedens bonis abscondere potest quantum pro sui suorumque status conseruatione sufficiat.*

948 *Cedens bonis restituere tenetur ad pinguiorem fortunā perueniens amp. & lim. num. seq.*

949 *Cedens bonis si ei dedecus non sit artem exercere tenetur vt restituat.*

950 *Cedens bonis ignominiose restituere tenetur si diu et euadat.*

951 *Cedens bonis compositione cum creditoribus facta, dolo & fraude cessantibus ab alia restitutione liberatur; nec in libris scholaris executio fieri poterit.*

952 *Cedens bonis habens iustam causam solutionem differendi si ex delicto debitum procedat ad interesse tenebitur lim. num. seq.*

953 *Debitor ex contractu ad interesse mora cessante non tenetur lim. num. seq.*

954 *Debitor non potest restitutionem differre pro suo damno euitando, cum damno creditorum.*

955 *Fraudem committens non est tutus in foro poli.*

956 *Compensans restituere non tenetur lim. num. seq.*

957 *Compensatio non potest in plus fieri quam compensanti debeatur.*

958 *Compensatio cessat si via iuris suum consequi posset sine impensa aut molestia notabili.*

959 *Compensatio non potest fieri cum re alterius.*

960 *Compensatio non potest fieri si scandali timor subsit.*

961 *Compensatione propria authoritate facta pars moneri hoc debet.*

962 *Compensatio cessat in delictis.*

963 *Contrarium tenent ibi citati.*

964 *Compositione facta cum Papa restituere debitor non tenetur.*

965 *Præscripta bona fide non sunt restituenda. lim. num. seq.*

966 *Restitutio in integrum minoribus & pijs locis datur aduersus præscriptionem.*

967 *Mala fides superueniens completa præscriptione an operetur restitui præscripta debere.*

968 *Duellantes sese necantes restituere non tenentur amp. num. seq.*

969 *Prouocatus non tenetur restituere etiam si prouocantem occiderit modum excedendo.*

970 *Confessarius restituere tenetur si sua culpa, vel malitia pœnitentem vt restitueret non monuerit lim. num. seq.*

971 *Confessarius non tenetur restituere in casu de quo ibi.*

972 *Exemplo malo alium ad crimen inducens restituere non tenetur amp. & lim. num. seq.*

973 *Intercedens suo malo exemplo inducere ad malum sine opere non tenetur restituere.*

974 *Exemplo malo Episcopo, vel iudice ad malum inducentibus, restituere tenentur.*

975 *Contrarium tenent ibi citati.*

976 *Impediens aliquem à consecutione boni sine vi vel fraude quod ei ex iustitia non debetur etiam nocendi animo, restituere non tenetur lim. num. seq.*

977 *Impediens consecutionem boni dolo & fraude restituere id tenetur in spe consideratum.*

978 *Impediens boni acquisitionem ex iustitia debiti sine vi & fraude restituere tenetur.*

979 *Suadens ne quis alium hæredem faciat vel testamentum reuocari faciens vi vel fraude restituere tenetur.*

980 *Beneficium digno conferri impediens restituere tenetur. lim. num. seq.*

981 *Impediens indignum assecutione beneficij etiam fraude non tenetur.*

982 *Dignum assecutione beneficij impediens vt digniori conferatur non tenetur.*

983 Dignum impediens vt indigno beneficium conferatur vi vel fraude adhibita restituere tenetur.
984 Competitores impediens ne beneficium consequantur singulis pro rata distribuere debet amp. num. seq.
985 Competitoribus restituere tenetur qui sine vi & fraude alteri conferri operatur.
986 Venari vel piscari impediens restituere tenetur.
987 Eleemosinas pauperibus impediens restituere debet.
988 Retrahens bonum aliquod procurantem vi fraude vel aliter, restituere tenetur.
989 Digniori dari impediens vt digno detur quatenus restituat.
990 Debitor non tenetur restituere facta transactione cum creditoribus.
991 Iniuria volenti illata restitutio cessat.
992 Fortuito casu re pereunte sine culpa vel mora auferentis restitutio silet amp. num. seq.
993 Debitor ex contractu re pereunte post moram quando eodem modo penes dominum perijsset non tenetur in foro poli, secus si ex delicto.
994 Bello prædata vel empta quando non restituantur.
995 Participi delicti non restituetur.
996 Vxor & familiæ ex illicitè per virum quæsitis viuentes an restitutioni obnoxij sint.
997 Naturalis obligatio ex consensu minus solemniter præstito retentionem tribuit.
998 Electus minus solemniter beneficium retinere potest. lim. num. seq.
999 Electus minus solemniter dolo dante causam electioni, beneficium retinere nequit.
1000 Furiosi & dementes non peccant nec restituere tenentur, licet eorum curatores male habita restituere teneantur.
1001 Confitens spe futuræ numerationis quod non recepit, lapso biennio restituere non tenetur quod non recepit.
1002 Condemnatus iniustè solutionem offerre non tenetur.
1003 Hæres vsurarij etiam non facto inuentario vltra vires hæreditarias non tenetur.
1004 Hæres falcidiam & trebellianicam retinere potest etiã si testator legata integra solui mandasset.
1005 Mutuum odio creditoris vetitum filiusfamilias restituere nõ tenetur, nisi pecunia mutuata esset penes ipsum.
1006 Mulier Velleiano tuta & minor qui naturaliter obligatur an restituere obstricti sint.
1007 Pœnas delictorum vltro quis non tenetur offerre amp. & lim. num. & seq.
1008 Pœna ipso iure imposita nisi coactè non est soluenda.
1009 Contrarium tenent ibi citati.
1010 Pœna non est sponte soluenda ex delicto etiam notorio.
1011 Pœnam soluere tenetur reus pro delicto condemnatus.
1012 Pœna non à lege sed partium conuentione procedens, soluenda est lim. num. seq.
1013 Pœnã facto adiecta non quantitatis dationi apposita conuentione partium solui debet, lim. num. seq.
1014 Pœna à non soluto fœnerari excepto mutuo addita debetur.
1015 Pœna per debitorem non est offerenda.
1016 Pœna 30. annis præscribitur.
1017 Pœna pro ea parte tantum debetur quatenus interest, & contrauentum fuit.
1018 Pœna non debetur si debitor soluere fuerit impotens.
1019 Pœna contra iustitiam puta quadruplum excedens non debetur.
1020 Pœna legalis à lege subrogata loco inæstimabilis interesse prout si restitutionis impossibilis foret debetur.
1021 Pœna ex parte soluentis tantum non recipientis debetur vt ibi.
1022 Pœnam creditor exigere potest tuta conscientia.
1023 Pœna testamento apposita contrauenientem afficit.
1024 Pœna legalis debetur si mens testatoris appareat.
1025 Acquisitione vetita ex rei natura non in criminis pœnam, pœna debebitur.
1026 Restitutio an confessionem præcedere debeat.
1027 Restituere nemo tenetur nisi qui contra iustitiam peccauerit.
1028 Restitui nil debet nisi quod acceptum fuit amp. & lim. num. seq.
1029 Æstimatio rei quando loco rei restitui possit.
1030 Valor rei restitui potest vbi res nequit reddi.
1031 Damnum emergens et lucrum cessans ex iniusta acceptione restitui debet lim. num. seq.
1032 Restitui quod debet vltra interesse damni & lucri in pœnam succedit, nec ante sententiam debetur.
1033 Reus inquisitus negans restituere non tenetur.
1034 Vendens ad tempus redimere statim potest iusto prætio quo numerata pecunia venderetur licet carius vendidisset.
1035 Periculum rei venditæ ex pacto ad venditorem spectare potest & alijs casibus secus est venditione perfecta.
1036 Creditor subripiens pro suo credito certo restituere non tenetur amp. & lim. num. seq.
1037 Restituere non tenetur qui sine culpa nocet amp. n. seq.
1038 Restitutio in foro poli ex sola lata culpa oritur.
1039 Restitutionis obligatio in foro poli ex lata culpa vt oriatur requisita.
1040 Creditor subripiens restituere tenetur nocens quatenus locupletior est effectus.
1041 Nocendi intentio obligat ad restitutionem.
1042 Damnum directè inferens etiam si venaliter tantum peccauerit restituere tenebitur.
1043 Damnum suis animalibus datum quatenus reficiatur.
1044 Restituere nõ tenetur legis vel iudicis authoritate possidens lim. num. seq.
1045 Restituere tenetur legis vel iudicis authoritate possidens, si ius concessiuum & applicatiuum sit vt ibi.
1046 Sententia declaratiua non liberat à restitutione lim. n. seq.
1047 Sententia priuatiua quatenus à restitutione excuset.
1048 Ignorans inuincibilis restituere non tenetur.
1049 Officia creditori præstita prætio æstimabilia à debiti restitutione eximunt.
1050 Debitor non tenetur se vendere pro ære alieno soluendo.
1051 Soluens posteriori creditori qui pecuniam bona fide cõsumpserit operatur ne à prioribus creditoribus posterior conueniri possit, lim. num. seq.
1052 Contrarium tenent ibi citati, amp. & lim. num. sequent.
1053 Distingue primo vt ibi.
1054 Distingue 2. vt ibi.
1055 Distingue 3. vt ibi.
1056 Pecunia posteriori creditori soluta ab anteriori si extet creditore hipothecario recuperari potest.
1057 Contrarium tenent ibi citati.
1058 Creditores anteriores solam personalem habentes à posteriore

teriore solutam non auocant pecuniam.

1059 *Soluta posteriori creditori pecunia potest per anteriorem reuocari limita.num.seq.*

1060 *Solutum posteriori creditori non auocatur per anteriorem si debitor sit soluendo.*

1061 *Socio facta solutione pro sua & aliorum parte, cæteris suam partem dare compelletur.*

1062 *Creditor prior personalem habens siue hipotheca priuilegiatam præfertur secundo habenti solam personalem non priuilegiatam lim.num.seq.*

1063 *Contrarium tenent ibi citati.*

1064 *Creditor prior personalem priuilegiatam habens nõ reuocat à secundo non priuilegiatam habente, si debitor soluendo sit.*

1065 *Contrarium tenent ibi citati.*

1066 *Priuilegiatam obligationem habere non dicitur qui anteriorem habet hipothecam sed illi de quibus ibi.*

1067 *Priuilegium & hipotheca æquiparantur.*

1608 *Hipothecata re vendita, vel præscripta, vel perempta hipothecarius creditor anterior ad præcium aget.*

1069 *Hipothecarius anterior non agit in casu de quo ibi.*

1070 *Hipothecarius anterior non auocat præcium quando res posteriori creditori assignata per eum bona fide distracta fuit.*

1071 *Creditor anterior à posteriori qui dolo, & mala fide consumpsit reuocat.*

1072 *Creditor anterior hipothecarius auocat à posteriori non hipothecario sibi solutum.*

1073 *Contrarium tenent Ceph. ibi citatus.*

1074 *Fiscus à secundo creditore auocat pecuniam sibi solutam.lim.num seq.*

1075 *Fiscus si soluere teneatur non auocat à posteriori creditore.*

1076 *Pupilli bona cum fisco contrahentis non sunt fisco hipothecata nisi quantum ad pupillum peruenerit.*

1077 *Pœnis in fiscalibus ante sententiam fiscus non habet hipothecam, nec sententia creditoribus anterioribus præiudicat.*

1078 *Fiscus creditori priuato succedens non vtitur suo priuilegio.*

1079 *Fiscus nisi facta excussione non auocat à creditore posteriore ei solutum.*

1080 *Fiscus non auocat à creditore ex causa onerosa sibi soluta.*

1081 *Contrarium tenent ibi citati.*

1082 *Creditores anteriores auocare possent præcium hoc pacto ex rebus venditis extractum vt prioribus creditoribus solueretur.*

1083 *Creditoribus parem diligentiam adhibentibus, posteriori solutum anteriores auocabunt.*

1084 *Creditores vnius Prouinciæ creditoribus alterius in illa præferuntur.*

1085 *Mulier pro dote præuia excussione in bonis viri creditoribus à viro soluta vendicare seu auocare potest.*

1086 *Pecunia à debitore decocto soluta non soluendo existente per anteriores auocari potest amp.num.seq.*

1087 *Pecunia soluta posteriori ab institore vel mandatario debitoris si debitor soluendo non sit auocatur per anteriorem.*

1088 *Hæres cum inuentario debitori posteriori soluens liberatur, sed à posteriori creditor anterior auocabit soluta, non tamen liberatur anteriores adesse sciens.*

1089 *Mobilia in solutum posteriori tradita si extent per priorem reuocari possunt amp. & lim.num.seq.*

1090 *Mobilium præcium anterior à posteriori creditore vẽduorum recuperat.*

1091 *Mobilia à posteriori creditore recepta, & bona fide consumpta anterior creditor non auocabit.*

1092 *Mercium venditarum vel bona fide distributarum nõ datur prioribus creditoribus reuocatio.*

1093 *Creditor secundus restituere debet quod fraudolenter recepit.*

1094 *Creditorum priuilegiatorum titulis diuersis vigilantes præferuntur.*

1095 *Creditoribus posterioribus soluere cum priores adesse sciuisset non potest debitor.*

1096 *Soluens posteriori in obligatione generis non liberatur ab anterioribus.*

1097 *Data res in solutũ posteriori creditori per anteriorem auocari potest.*

1098 *Creditor anterior auocat posteriori solutum duobus casibus vt ibi.*

1099 *Creditor anterior solutum posteriori vendicabit debitore non soluendo effecto.*

1100 *Creditor anterior cui ex iudicis sententia pecunia soluendæ erant, eas à posteriore auocabit.*

1101 *Pecunia procuratori posteriori soluta nondum reddita domino per anteriorem creditorem auocari poterit.*

1102 *Creditor anterior à posteriori solutum auocabit in casu l.fin. § etsi præfatam. C. de iur. deliberan.*

1103 *Creditor posterior sciens anteriores adesse eis in foro poli recepta restituere debet.*

1104 *Correorum alter partem exigens consocijs participare tenetur.*

1105 *Creditor anterior à posteriori non auocat soluta non excusso debitore lim. nu. seq.*

1106 *Excussio non requiritur si agatur contra nomen principalis debitoris per creditorem intellige vt ibi.*

1107 *Creditori posteriori solutum non auocat anterior non habens hipothecam & priuilegiatam nisi vt ibi.*

1108 *Creditor anterior etiam priuilegiatus non auocat à posteriori creditori solutam pecuniam ex causa onerosa.*

1109 *Contrarium tenent ibi citati.*

1110 *Solutio anteriori vel æquali facta creditori non auocatur. lim. num.seq.*

1111 *Solutio æquali creditori facta per debitorem, ne reuocetur requisita.*

1112 *Creditori posteriori solutum non reuocatur si ita statuto caueatur.*

1113 *Creditori posteriori anteriore præsente solutum non reuocat anterior.*

1114 *Creditore anteriore conducere, & reuocare volente à posteriori creditore priuilegiato vt puta contra mulierem cui dos soluta fuit, vel contra fiscũ, cessat reuocatio.*

1115 *Vxor non potest repetere merces à viro venditas.*

1116 *Creditorum banchi si posterior exegerit cæteris communicare non tenebitur nisi vt ibi.*

Restitutio cessat, alterius partis læsione cessante.

Meretrix restituere an teneatur & qua ea sit.

1117 *Executores malè ablata liberè & incerta distribuere possunt amp. & lim.num.seq.*

1118 *Executor retinere potest vt restituat si quid deberi, certum sit.*

1119 *Executor non potest soluere debita ex contractu lim.n. seq.*

1120 *Executores soluere possunt ex ordine testatoris amp.n. seq.*

1121 *Debita naturalia executores soluere possunt lim.n.seq.*

1122 *Debita naturalia elisa executores soluere minime possunt.*

1123 *Foris facta idest iniuriosa debita si testator solui executoribus mandauerit executor soluere potest ea quæ tẽpore obitus testatoris soluenda erant.*

1124 *Debita præscripta si alia non extent executor qui debita soluere potest exoluet lim.num.seq.*

1125 *Debita præscripta non potest soluere executor si alia extent.*

1126 *Debita potest executor soluere à quibus testator iniustè fuit absolutus.*

1127 *Restitutio male ab incertis vno loco ablatorum ac distributio alibi fieri potest.*

1128 *Soluere si testator iusserit omnibus probantibus se creditores, ea probatio cum illis sufficiet quæ & cum defuncto suffecisset.*

1129 *Legatario rei legatæ instrumenta executor tradere tenetur n si maior pars apud hæredem manere debeat.*

1130 *Debita ad soluenda datis executoribus de quibus debitis intelligatur.*

1131 *Executor ad male ablata distribuenda si infidelis sit ad solum Episcopum distributio spectabit.*

1132 *Episcopus solus exequi posses stante constitutione sinodali qua es & absolutio & distributio reseruatur.*

1133 *Executor de fraude suspectus sine Episcopo exequi non potest.*

1134 *Hærede irrequisito executor distribuere nequit lim. n. seq.*

Contrarium tenent ibi citati.

1135 *Hæres sine executoribus distribuere potest, & bene agens liberatur.*

1136 *Hæres requiri non debet si quantitas certa, à testatore taxata sit & arbitrium versetur circa personas eligendas vel inter eas distributionem faciendam.*

1137 *Executoris fide digni iuramento creditur.*

1138 *Executores non facta à testatoris quantitatis taxatione quatenus distribuere possint.*

1139 *Vsurarum pro restitutione quas probationes exigent executores.*

1140 *Male ablata incerta quatenus executores distribuere possint.*

1141 *Executor erranter promittens aut soluens repetere potest.*

1142 *Debitis pro soluendis datus executor pœnam soluere minime potest.*

1143 *Venalia bona executores bona fide exponere possunt. amp.num.seq.*

1144 *Emere executores palam bona distribuenda possunt.*

1145 *Legata soluere executores possunt seruata forma de qua ibi.*

1146 *Executores sibi ipsis soluere possunt.*

1147 *Legatarios in possessionem bonorum legatorum immittere possunt lim.num seq.*

1148 *Hæredem non inducet executor in possessionem nisi legatarius censeretur puta in re certa institutus.*

1149 *Distribuere executor datus vbi sibi videbitur & placebit vel ad suum arbitrium ad pias causas distribuere debet amp. & lim.num.seq.*

1150 *Prior electus ad distribuendum inter pauperes, fratres suos eligere potest.*

1151 *Executor in scholarem pauperem distribuere potest.*

1152 *Executor personarum permissarum magis pauperem, & magis idoneum eligere potest.*

1153 *Executor qui carceratos liberare debet, vel in pias causas distribuere carceratos ex maleficio pœna pecuniaria liberare potest.*

1154 *Executor qui debet egentibus distribuere ex eis egeno distribuere potest.*

1155 *Pauperibus legatum confraternitatibus & pijs locis distribui potest.*

1156 *Pauperibus relictum hospitali, vel hospitalium plurium pauperiori debetur.*

1157 *Pauperes nobiles eligi possunt qui forte pro dote filiarum indigeant lim.num.seq.*

1158 *Pauperes nobiles eligi non possunt si exiguum sit distribuendum.*

1159 *Pauperibus relicta vel pro dotandis mulieribus dari possunt nuptæ absque dote, vel incongrua; nisi pro virginibus maritandis relicta forent.*

1160 *Executoris dicto statur circa personas in secreto sibi expressas pro certa quantitatis distributione facienda. lim.num.seq.*

1161 *Contrarium tenent ibi citati.*

1162 *Executores non possunt secreto à testatore sibi dictum vt sese declarent asserere.*

1163 *Eligi per executores non possunt à iure probibiti vt incestuosi &c. l.m.num.seq.* (scribet.

1164 *Spurius cui Episcopus omnia bona dedit 30. annis præ-*

1165 *Executor si totam relictam summam non impendat in causam à testatore expressam, nisi testator dixerit in alium vsum conuerti nolle quia tunc hæredi dari deberet, in alios vsus per executores erogabitur.*

1166 *Executor non potest inimicis testatoris distribuere.*

1167 *Executor alijs distribuere nequit vt ibi.*

1168 *Pauperes etiam exteri per executores eligi possunt. amp. & lim.num.seq.*

1169 *Contrarium tenent ibi citati.*

1170 *Nobilis pauper & minus pauper eligi possunt.*

1171 *Pauperes fœminas potius quam masculos executores eligere debent.*

1172 *Pauperes si maritandæ sint pauperibus pro augmento earum dotis distribui potest sine quo nubere nõ possẽt.*

1173 *Legata certa summa monasterio, & residuo pauperibus distribuendo, eidem monasterio pauperiori post mortem testatoris effecto distribui potest.*

1174 *Prior eligere potest suum fratrem pauperem.*

1175 *Vsurarum restitutio quibuscumque pauperibus fieri potest, quarum, & quomodo.*

1176 *Eligi possunt singulares personæ, & monasterium & collegium.*

1177 *Pauperi dare iussus pauperibus distribuere potest.*

1178 *Filius & alter executoris coniunctus ex ordinata charitate si pauper sit ab executore eligi potest lim.n.seq.*

1179 *Filium vel coniunctum eligere non potest executor si fraudis suspicio subsit.*

1180 *Pauperes testatoris præferendi sunt.*

1181 *Executor filios eligere nequit si ita vsumfructum haberet.*

1182 *Spurius testatoris ab executore eligi non potest lim. vt ibi.*

1183 *Pauperes alterius loci eligi nequeunt vbi testator de certo loco limitatè disposuit.*

1184 *Executores se ipsos in pauperes eligere non possunt lim. num.seq.*

1185 *Executores se ipsos in magna necessitate constitutos eligere possunt lim.num.seq.*

TIT. XII. CAP. I.
DE POTESTATE EXECVTORVM VLTIMARVM VOLVNT.

1 OMnis potestas executorum à testamento oritur, ac pendet, quod omnino seruare tenentur. cap. fi. in fi. vbi glo. de testa. in 6. l. 1 §. si plures de exercit. actio. Bal. in l. si pupillorum § si Prætor. in fine de reb. cor. & in l. id quod pauperibus. nu. 14. C. de Episcop. & cleric. Lap. allegat. 87. nu. 1. Anchar. cons. 84. nu. 2. Iacob. à Canib. de execut vltim. voluntat. part. 2. nu. 14. in fine & nu. 15. & in §. consentaneum nu. 1. Oldendorp. de execut. testam. tit. 6. Ang. Aret. de testam. glo. 97. n. 3. Franc. cons. 116. nu. 20. inter cons. vltimar. voluntat. Rim. cons. 435. nu. 17. Simon. de Pret. de vltimar. volunt. lib. 5. dubit. 2. nu. 29. pag. 17. Marcabr. ab Anguil. cons. 56. nu. 55. Bursat. cons. 226. nu. 153. alioquin nulla esse probant ab executoribus gesta Rim. cons. 129. nu. 5. Seraph. decis. 842. nu. 3. vbi citat Castr. cons. 177. nu. 1. lib. 2. & decis. 1048. vbi cum libera constitutus sit etiam inuitis hæredibus pecunias vtiliter in stabilia conuertere posse nisi penes hæredes compelli deberent iudicis officio implere. Rot. dec. 179. coram Ludouis. vbi contra mentem testantis nil posse vide supra tit. 10. cap. 11 Ricci. collect. decis. 1201. vbi satisfacere sibi posse & mobilibus deficientibus immobilia alienare posse Gratia. discep. 812. nu. 11. Seraph. decis. 842 nu. 3. vbi à iure & a testamento pendere. & Scain. decis. bono. 44. nu. 47. & sequent. & si sit pluribus pijs locis distribuendum.

2 1. Amp. in Episcopo vel alio subrogato in executione commissa Franc. in cap. contra eum de reg. iur. in 6. Felin. in cap. cum dilecta nu. 7. amp. 7. de rescrip. Ruin. cons. 48. num. final. lib. 2. Simon. de Pret. supra n. 36.

3 1. Lim. d. amp. quando quod testator iussit per executorem fieri ad certum tempus restrictum fuit, & industria quodammodo executoris electa declarando vt per Bal. cons. 123. ad fin. lib. 5. & fieri non possit amplius, tunc enim substitutus, vel subrogatus non habet quid secundum formam præscriptam exequatur l. in testamento ita quidam. de conditio. & demõstrat. Simon. de Pret. d. dubitat. 2. n. 37. & 38.

4 1. Sublim. nam potest executor, cuius fides, consciẽtia, & industria a testatore fuit electa, alium executorem facere ei aliquid committendo certum, & a se declaratum Rim. cons. 336. nu. 44. Simon. de Pret. d. dubitat. 2. nu. 39. & subdelegare non posse quia electa censetur personæ industria Bal. in l. epistolam. C. de Episc. & cleric. Franc. in cap statutum. §. assessorum. de reser. in 6. Rot. decis 18. de conces. preben. Felin. in cap. quoniam. 2. §. is autem nu. 5. de offi. deleg. Anch. in cap. fi. nu. 8. de testa. in 6. Maran. de treg. & pace Q. 74. num. 3. Gratia. discep. 812. nu. 12. præsertim si testator disposuerit nullum alium ingerere se posse n. 22.

5 2. Sublim. nam quod præcipuum est in re cõmissa, & perpetuò duraturum mortuis executoribus, industriæ

quorum accessoria nõnulla fuerant cõmissa ad Episcopum loci exequendum transeat successiuis temporibus secundum formam testamento præscriptã Cast. cons. 177. lib. 2. Cur. Iun. cons. 66. Simon. de Pret. d. dubitatio. 2. n. 40.

6 1. Lim. d. sublim. non procedere nisi in legatis pijs, in prophanis enim, Iudex secularis exequetur Bal. in l. fin. §. sed & si quis n. 13. comu. delegat. Simon. de Pret. d. n. 40. vel Episcopus secundum Abba. in cap. si hæredes. n. 7. de testam. Simo. de Pret supra.

7 2. Amp. vt forma testamento tradita non seruata, nulla sint ab executoribus administratá l. diligenter. manda. auth. hoc ius porrectum in fine. C. de sacro. sanct. Eccles. Ias. cons. 200. in princ. lib. 2. Paris. cons. 19. n. 59. lib. 2. & cons. 57 n 47 lib. 4. Tiraq. in tract. le mort. saisit. leuis. par. 7. declaratio. 5. n. 4. vbi non posse manũ testatoris bonis apponere vltra disposita in testamento. Simon. de Pret. d. n. 40.

8 3. Amp. vt habens potestatem à testatore omnia faciendi, quæ testator ipse si viueret facere posset; intelligatur quoad contenta in ipso testamento, ac pro eorum executione Ruin. cons. 84. ad finem. lib. 2. Simon. de Pret d dubitatio 2. n. 34.

9 4. Amp. vt etiam concesso libero vendendi arbitrio, vendere non possint nisi pro necessitate commissæ executionis Bal. in l. magis puto. §. non passim. de reb. eor. Simon. de Pret. supra. n. 35. Bursat cons. 28. n. 13. & dicit Bal. in l. fi. §. sin autem legata C. de bon. quæ libe. executores debere seruare ordinem in vendendo pro legatis soluendis, nec vendere posse vltra necesse, nec de præcio fidem habere. Mangil. de euict. Q. 192.

10 5. Amp. vt si executores circa distributionem, vel personarum electionem tradita potestate abutantur, à malè gestis per eos reclamari possit Bal. in l. final. in princ. n 7. cõmu. delegat. Paris. cõs 45. n. 18. 19. lib. 3. Menoch. de arb. cas. 182. n. 34. & seq. Simon. de Pret. d. n. 35.

11 6. Amp. vt potestate circa mobilia, & immobilia tributa, nil possint circa iura executores etiam in pia causa l. a Diuo Pio. §. in venditione de re iud. Alex. cõs. 45. num. 8. lib. 1. quamuis secus foret si testator circa omnia bona sua potestatem dedisset l. quoties. §. final. de vsufr. Ang. cons. 328. n. 1. Simon. de Pret. de vltim. volunta. lib. 5. dubitatio 2. n. 78.

12 7. Amp. vt si executores duos pauperes in certa summa tantum eligere debeant; in cœteris testator intestatus obijsse censeatur. Ang. cons. 358. n. 2. & 3. Simõ. de Pret. d. dubitatio. 2. lib. 5. n. 105.

13 8. Amp. vt constituti ad restituendum malè ablata; debita ex contractu soluere nequeant; nec deputati ad soluendum pecunias, poterunt res soluere; nec è contra Bal in d. l id quod pauperibus. n. 21. C. de Episco. & cleric. Iacob. à Canib. de executor. vltim. volun. in §. consentaneum. num. 19. licet datus ad iniuriam emendandam debita soluere possit Burs. cons. 28. n. 3.

14 9. Amp. vt circa res non hæreditarias nihil possint executores Bal. in d. l. id quod pauperibus. n. 23. Iaco. à Canib. d. n. 19.

15 10. Amp. vt si consilium alicuius requirere executores teneantur illud etiam sequi debeant l. si quis arbitratu. de verb. oblig. Iacob. à Canib. d. n. 19.

16 1. Subamp. vt si plurium consilio requisito exequi debeant, consilium omnium requirere teneantur l. quid tamen. de recep. arbitr. cap. cum terra. de elect. c. tua. de testam. Iacob. à Canib. supra. n. 19 fall. 1.

17 1. Lim. & declara vt si consulendus antequam consulat obierit, Episcopus succedat Iacob. à Canib. d. n. 19. fall 2.

18 2. Lim. nam si consultus, malè fuerit arbitratus, ad arbitrium boni viri recurrendum sit l. fin. C. de contrahen. emptio. l. hæc venditio. col. fi. ff. eod. Iacob. à Canib. supra. fallent. 3. intelligens si dubium sit male arbitratum, secus si certum foret per l. quidam. §. Papinianus. de administ. tuto. l. vt gradatim. §. 1. de muner. & honor. c. cum olim. ad fin. de arbitr. cap. licet. post medium de regular. & transeum. ad relig. & in §. quæro. 3. n. 13.

19 11. Amp. seruari debere tam in facto quam in modo Lap. alleg. 87. n. 1.

20 12. Amp. vt verba potestatis executori concessæ, prout videbitur, & placebit, intelligantur arbitrio boni viri Paris. cons. 45. n. 16 & seq. lib. 3. subdẽs quod si male fuerit arbitratus detur ad superiorem recursus vide infra lim. 3. principalem.

1. Lim. non tamen importare necessitatem personæ in quam directum est verbum videbitur Rot. dec. 365. n. 5. par. 5. diuers. nec grauar ad gesta iustificanda.

21 2. Lim. vel potius secus dicas quando testator dixisset, libuerit & voluerit, hæc enim verba liberam denotant voluntatem distribuendi ad libitum executoris Paris. cons. 26. n. 26. & seq. lib. 4. & si voluntati, iudicio & beneplacito sit remissum rationabiliter gessisse sat est Rota. dec. 365. n. 4. par. 5. diuers.

22 13. Amp. & declara vt quod executores faciunt testator fecisse videatur l. vnum ex familia. §. 1. de leg. 2. Bar. cons. 142. n. 3. lib. 1. Simon. de Pret. de vlt. volunt. lib. 5. dubitat. 2. n. 29. & seq. pag. 17. Lambertẽg. de contract. glo. 1. n. 4. & possunt vsufructuariæ concedere possessionem bonorum Alex. cons. 56. in fi. lib. 3. Pic. in l. Titia §. Titia. n. 137. de leg. 2. & idem de hæredibus probant, & si vsufructuarius fuisset executor cõstitutus posset propria authoritate possessionem capere Dec. cons. 243. sub n. 3. Eug. cons. 100. n. 26. Mona. dec. bonon. 16. in fi. loquens de locatione sine pensione.

23 Et ab executore relictum, videri ab hærede relictum de communi Gomez. de legat. n. 54. versic. ex quo infertur. Cur. Iun. cons. 327. n. 17. & seq. vbi etiam factũ executoris videri factum hæredis, & hæredis locum tenet testamento datus hærede non dato, vel scripto repudiante Surd. cons. 274. n. 28.

24 1. Lim. 13. amp. non procedere ante aditam hæreditatem, & vbi non probaretur scientia testamenti Marcabr. cons. 21. n. 19. & sequen. vide supra. tit. 10. cap. 8.

25 2. Lim. non procedere quando constaret actum ab executore gestum suo nomine proprio fuisse factum. l. Titium. §. alteri. de administr. tutor. Marcabr. supra. n. 30.

26 3. Lim. nam plura sunt quæ sunt executoribus prohibita de quibus in seq. limitationib. & datus ad nominandũ personam puta ad cõmẽdam datus non cẽsetur ad erectionem commẽdæ nisi constet de mente testatoris, vel simpliciter datus sit Rota. dec. 94. par. 2. recentior vide infra n. 137.

27 1. Lim. principaliter in illicitis, contra bonos mores,

res, & contra eius, ac tertio præiudicialibus quæ nõ possunt à testatore committi, nec exequi l. seruo alieno. §. fin. de leg. primo. l. quidam in suo, de condit. institution. Luc. de Pen. in l. 1. col. 4. in fine versic. voluntas namque C. de expens. ludo. lib. 11. Iacob. a Canib. de executor. vltim. volunta. part. 1. nu. 2. Couar. in c. tua. n. 6. de testam. Simon. de Pret. de vlt. volunt. lib. 5. dubitat. 2. n. 38. pag. 17. Tiraq. in tract. le mort. saisit le vif. pract. 7. declarat. 5. n. 9. Gulielm. de Bened. in cap. Rainutius. de testa. versic. si absque liberis. 2. in tract. de legat. n. 126.

28 2. Lim. vt ante aditam hæreditatem nihil exequi possint Spec. de instrum. editio. §. nunc verò. n. 22. & 60. Bar. in l. alio. n. 7. de aliment. legat. Bal. in auth. hoc amplius. n. 17. C. de fideicom. Ang. Aretin. de testam. glo. 97. n. 4. Surd. conf. 274. n. 17. vide supra. tit. 10. cap. 8.

29 3. Lim. vt quamuis à testatore constituti sint ad distribuendum prout eis videbitur & placebit, potestate sibi concessa abuti nequeãt; sed viri boni arbitrio vti teneantur l. fideicommissa. §. sic fideicommissum. de leg. 3. Bar. conf. 194. n. 3. in fi. Ias. in l. si sic. nu. 4. & seq. de leg. primo Paris. conf. 45. nu. 16. & seq. lib. 3. Mantica. de vltim. vol. lib. 8. tit. 5. n. 8. & idem si conscientiæ & discretioni eorum sit facta cõmissio, nempe vt viri boni arbitrio intelligi debeat Paris. supra. n. 24. Manti d. n. 8. attamen si testator voluit ad volũtatem executorum distribui, poterunt etiam indignos eligere. Bar. in l. captatorias de legat. primo Manti. d. n. 8. in fi.

30 4. Lim. vt legatum pro maritandis & dotandis pauperibus mulieribus de viduis non intelligatur testatorem sensisse Bal in proem decret. n. 25. Ias. in l. duobus. §. si ei qui. n. 2. de iur. iur. Manti. supra n. 21. & de illis intelligatur quæ ex laboribus viuunt si alimenta non habeant Bal. in l. paupertas per illum text. & glo. ibi de excusatio. tutor. Ias. in l. si constante. n. 151. sol. matr Mantica. supra. n. 22. & pro Virginibus maritandis relicta, monasterium ingredientibus tradi nõ possent element. contingit. de religios. domi. Bal. in auth. nisi rogati. n. 11. versic. quæro numquid monasterium. ad Trebel. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. n. 79. ante finem alias n. 93. de constitutio. Natt. conf. 296. n. 1. & 3. attamen quando testator voluit dari aliquid in subsidium maritandi hæredum filias, tunc etiam monasterium ingredientibus dari debet Natt. supra. Mantica. supra.

31 5. Lim. vt licet si testator aliquid dari dispofuerit Titiæ vt nubere posset extinguatur legatũ si Titia priusquam nubat moriatur, si eius contemplatione reliquerit, puta propter seruitutis remune rationem, attamen si fauore animæ reliquisset, alteri solui deberet Abb. in cap. nos quidem in fine. de testam. Manti. supra. n. 23.

32 6. Lim. vt executor bona fide ab hærede in executione præuentus, vlterius exequi non possit Bal. in l. nullin. 6. C. de Episc. & cleric. Imo. in l. quidam. 99. n. 6. de leg. primo. Tiraq. in tract. le mort. saisit part. 7. declarat. 5. n. 5.

33 7. Lim. executorum potestatem non extendi ad legata quorum executio a lege facta fuit Bar. in l. talis scriptura. 30. §. fin. in fine de leg. primo. vt puta si testator leget rem suam propriam Rim. conf. 435. n. 6.

34 8. Lim. nõ posse administrare bona hæreditatis alio hærede dato ad quem illud onus spectat, nisi fuerit à testatore expressum l. alio. vbi Bar. de alim. legat. Burs. conf. 133. n. 7.

35 9. Lim. vt si datus sit executor ad faciendam solutionem pro damnis datis emendandis, non possit soluere primo venientibus absque cautione. Rol. de inuentar. pag. 130. n. 1.

36 10. Lim. non posse emere bona hæreditatis nisi filius esset Luc. de Penn. in l. 1. in fine. C. de expens. Ludo. lib. 11.

37 11. Lim. vt constituti per verba aliqua vel circa res particulares matrem per pupillarem non excludant Alex. conf. 45. n. 8. & seq. lib. 1. tametsi secus sit, si verbo directo accipiant omnium bonorum esset iisdem tributa potestas conf. 51. n. 21. lib. 7. Simon. de Pret. de vlt. volunt. lib. 5. dubitatio. 2. n. 103. pag. 23.

38 12. Lim non posse sibi salarium constituere glo. & Doc. in l alio. de alim. legat. Ang. Aretin. de testam. glos. 97. n. 21. posse tamen sibi constitui a iudice petere pro successiua gestione Munnoz. de ratiocin. cap. 27. n. 48. deberi autem si sit ei relictum vel rusticus sit, aut suis negocijs nauare solitus aut consuetudine præscripta Gutier. de tutel. par. 3. cap. 45. n. 25. & seq. & dari eidem posse Spino. de testa. glo. 28. n. vlt in fi.

39 13. Lim. non posse executores fideicommissum vniuersale ex Trebelliano restituere Bal. in l. id quod pauperibus. n. 29. C. de Episc. & cleric. Ang. Aret. d. n. 21.

40 14. Lim. nullam executores in bonis alienis potestatem habere Bal. in d. l. id quod pauperibus. nu. 23. nec in quæsitis hæredi eorum contractu Alex. conf. 27. n. 2. lib. 3. nec hæredibus & substitutis præiudicare etiã si liberam habeant potestatem Rot. dec. 179. coram Ludouis.

41 15. Lim. non posse executores Falcidiam, & Trebellianicam restituendo & soluendo deducere, quoniam restitutio directo fit, & quia beneficio legis habetur, prout non detrahitur quando pater sit hæres propter filium Bal. vbi supra. n. 30. nec à filio præterito grauato restituere ex clausula codicillari si ei legitima debeatur nisi posthumus sit Rim. Iun. conf. 78. 10. & seq. & n. 16.

42 16. Lim. plus pauperi dare non posse quam ad eius paupertatem subleuandam sufficiat Bal in l. 1 n. 31. C. de sacrosan Eccles. & conf. 162. n. 2. lib. 5. Mant. de vlt. vol. lib. 8. tit. 5. n. 5.

43 17. Lim. alijs modis ut in sequentibus cap. huius tituli. & declara ut si ad pias causas distribuere debeãt; pro liberandis carceratis ex maleficio possint pecuniariam pœnam soluere. Loazes in l. filiusfamilias. §. Diui. n. 143. de legat. 1. nec potest confitendo hæredi præiudicare Rot. dec. 604. n. 3. par. 1. recentis. & alimenta naturalibus præstabit contra prohibitionem testatoris Bal. in l. id quod pauperibus n. 38. C. de Epi. & cleric. Soarez. tit. de todo, home. nu. 14. Surd. decis. 155. n. 10. ubi si in pios usus sit relictum in funus pauperum expendere posse oratorium sine Episcopi consensu in sua domo religiosi executores erigere nequeunt. Rom. conf. 235. n. 4.

TIT.

TIT. XII. CAP. II.
DE LEGATORVM DISTRIBVTIONE SINE HÆREDIS REQVISITIONE.

44 Executores fine hærede possunt bona fide legata distribuere cap.tua. de testam. Specul. de instrumento. edition.§.nunc verò aliqua.n.23.Bartolin.conf.82.o. 8.inter conf.vltim.volunta.vide infra cap.13.& cap. 17. vbi late quando hæredes requirendi vel non sint per executores antequam vendant vel distribuant; & si fideicommissarius executur datus sit ad distribuendum propria authoritate possessionem capere potest, licet si plures essent vni tantum id non permitteretur nisi insolidum constitutis Pereg. art. 47. o. 46. Fusar. Q.605.n.21.& seq. Medic.exam.130.110.& seq. late agentes quibus casibus fideicommissarius de manu hæredis capere teneatur.

TIT. XII. CAP. III.
QVANDO EXEQVI DEBEANT.

45 Executores fine cunctatione id est dilatione vel mora exequi tenentur! cum quidam ita vbi Bar. & alij. de legat.2 l.nulli.§. fin autem C. de Episco. & cleric. licet glo.ibi verbo. cunctatione exponat idest dubitatione; & male Spec. de instrum. editio §. nunc verò n.40.Iacob.a Canib.de executor.vlt.vol. §. consequenter.n.18 Boer.dec 39.n.15.ante fin.Rebuf.de sentent.prouisional.n.69.de communi Paris.conf 26. n. 20.lib.4.Simon.de Pret.de vlt.volunt.lib.5.dubitatio. 2.n.62. & 63. siue de electione incertarum personarū de certis, vel de alia executione agatur pag. 20. vide infra tit.14. non parum enim executionis dilatio animæ testatoris nocet, ac celeritas prodest Riccard. lib 4.sentent.distinct.35.art.5.Tiraq.in tract.le mort. saisit leuif.in 7 par.declarat. 5.n. 10. & in foro poli annum non habere tradit Diana par.3.tract.5.resol. 59.Barbos de iur.Eccle.vniuer lib.3.c.27.nu. 30. & annus a lege datus potest à iudice limitari n.38.39.

46 1. Amp. vt si testatoris consanguinei dicant testamentum nullum, sed executores testamenti contradicant, pendente iudicio nullitatis debet executoribus prouideri pro pijs legatis soluendis, ac litis prosecutione vt iudicatum refert Rebuf.de sentent. prouisional.n. 70. & tunc legatarij de restituendo cauebunt, si restitutionem fieri debere contigerit l.1.& toto tit. si cui plus quam per leg.Falcid. Rebuf.supr.n.71.Ricci.collect.dec.769.versic.septimo.

47 2. Amp. vt si testator post mortem alicuius vt puta vxoris, pauperes eligi ac distributionem fieri iusserit, vxore adhuc superstite executio, & distributio fieri possit.Bal.in l.post mortem.col.fin.sub n. 10. C. de fideicommis. Anchar.conf.202.o.4.& 122.n.4. Abbas. conf.11.n.1.lib.2. veriorem dicit Dec. in l. cum tempus.n.3.de reg.iur.Grat.conf.124.n.20.lib.2. Couar. to cap.tua.o.5.de testament.Padill.in l. vnum ex familia in princip.n.12.de legat.2.Gomez.in l 17.Tauri.n.7.Vasq.de success.creatio.par.1.§.7.n. 19. Spino. de testam.glo.28.o.71.Valasc.dec. 102.n. 27. vbi testatur ita in praxi seruari & Manti. de vltim. volunt. lib.8. tit.5.n.20.& Gonzales.reg 8.Cancellar. glo. 2. n.48.& sequent. vbi iuribus & rationibus hanc partē optime comprobat & vide infra cap.26.Fraoch. dec. 706.Ricci.collect.dec 769.versic.quarta.

48 Contrarium tenent glo.& Bar.in d. l. post mortem. n.2. vbi Ang. n. 2. infinitis vicibus practicasse inquit de communi Iaf.n.7.per l.cum pater §.a filia.de lega. 2.Bal.conf.118.n.1.lib.5.Dec.vbi supra.& conf.416. n.22.Paris.conf.23.n.17.lib. 3. de communi duabus rationibus Simon. de Pret.supra n. 76. præcipue vero quia tunc mandati forma non seruatur post Roma. cōf.452.n.1.& 2. Alex.in l.Iliputatio ista.§ si quis dolum n.47.de verbor.obligation. & de magis communi testatur in conf 81.n.14.lib. 6. de communi Bero. in cap. 1. n. 254.de constitutio.& Cras.de execut.vlt. vol.Q.7.n.9.Viu.communi opi.976 n.3.vbi de communi omnium Gutier.pract.QQ.c.29.n.3.11.Ceual. Q.686.n.3.Gratia.discep.73.n.2.secus dicentes si fauore hęredis dilatio concessa esset & dicit. Alba.conf. 69.tempus certum à testatore expressum non currere nisi mortuo testatore.

49 1. Lim. primam opinionem non procedere quando adesset mens contraria testatoris Coua.in cap.tua.n. 5. de testam.Mantica.supra.

50 2. Lim. vt si vxor vsufructuaria relicta sit in vita sua alio post mortem eius hærede instituto, & executoribus constitutis, vxor saltem iudicis officio habere debeat vsumfructum Bal.in l.id quod pauperibus.n. 27. C.de Episc.& cleric.

51 3. Amp. non differri executiones ad pias causas tēpore inuentarij faciendi hæredi concesso pendente. Cin.& Bal.in l.nulli.n.9. C. de Episc. & cleric. Balb. dec.402.

52 4. Amp. vt pia legata non adita etiam hæreditate debeantur Lup.in rub.de donatio.inter vir.& vxor.§. 65.o.19.vide infra.cap.4.& tit.14.c.1.& 14.n.18.

53 5. Amp. vt executore differente vel nolente exequi ad pias causas, legatarij agere possint l. si pluribus. de leg.primo. Rim conf.435.n. 26.& excluso executore vel debente eligere legatarios piæ causæ pecuniarum ad hæredem legantis deuolui licet non quo ad opus ædificationis puta sex mensibus elapsis,nec moram purgare poterit in iudicio conuentus Pereg.cōf. 40.n.5.& seq.lib.3.& n.9.10.

54 1. Lim. quando adesset mens testatoris pro dilatione Ang. Aretin.de testament glo 97.n. 4. vbi tamen tunc legatum cum fructibus solui, nisi testator hæredis fauore dilationem apposuisset,puta dicendo hęres dato post annum ex Bar.& in l. talis scriptura in fine. de legat.primo Paris.conf.23.n.& seq. lib. 3. Simon. de Pret.d.dubitatio.2.n.64. Durant. de tuto. caut. 6. vbi etiam posse cauere ne vnquam currat, & si quando voluerit exequi legata solui iusserit tempus,viuente executore non currere tempus Vasq.de suc. creat.§. 4.n.3.Gutier.prac.QQ.lib.2.Q.43.ex communi,Barbos.supra.n.25.

55 2. Lim. in electione rerum pro quibus executori datur annus ad eligendum.l final.§.sed & si quis.cōmu. delegat. Doc.omnes.in d.l.cū quidam.Simo. de Pret. supra.n.65.

56 3. Lim. quando testator executionem remisit voluntati, & beneplacito Commissarij, tunc enim quandocumque in vita exequi potest, nec nisi morte potestas expirat Bal.conf.297.& 301.lib.2.Paris.conf.23. n.18.lib.3.Simon.de Pret.d.dubitatio.2.n.66.Burat. d.caut.6.n.2.

57 4. Lim.

57 4. Lim. vt hæredes qui tenentur exequi testatoris voluntatem siue ex testamento siue ab intestato, non prius teneantur illam exequi quam adierint hæreditatem l eamque. C. de fideicom. exceptis casibus quibus non adita hæreditate legata debentur vt per Cor. & Ias. ibidem. & primo hæres. secundo substitutus & fideicommissarius vniuersalis legatarius veniens ab intestato, deinde fiscus si adierint §. si verò expræssum auth. de hæred. & Falcid. auth. hoc amplius. C. de fideicom. Spec. de instrum. editio. §. nunc verò. nu. 22. Cor. cons. 324. col. 5. n. 8. versic. & puta. lib. 4. Natt. cons. 231. in fi. Simon. de Pret. de vltim. vol. lib. 5. dubitatio. 3. n. 2. & seq. pag. 27. & in alijs executorib. Coua. in cap. nos quidem nu. 3. de testam. Barbos. de iur. Eccle. vniuers. lib. 3. cap. 27. n. 29.

58 1. Amp. vt fideicommissarius non ante exequi teneatur, quam sibi fuerit hæreditas restituta Aretin. in l. non amplius §. cum bonorum sub nu. 3. col. 2. versic. est tamen inter de legat. primo. Soc. Iun. in l. t. n. 226. & 230. eod. tit. Simon. de Pret. supra. n. 80. & sequent. vel habita pro restituta per legem nu. 98. & sequent. præterquam piæ causæ fauore de communi Alex. cõs. 4. n. 16. lib. 2. & Simon. de Pret. supra.

59 2. Amp. vt legatarius cum legatum agnouerit teneatur volũtatem defuncti exequi etiam si onus commodo maius existat, ita demum si sciuerit in testamento cõtenta legatum & onus & non aliter l. cum ab vno. de leg. 2. l. si is qui. l. pater. de acquiren. hæred. Bal. cõs. 204. lib 4. Crau. cons 174. n. 9. Simon. de Pret. supra. n. 106. & seq. de quo dixi in tract. de pactis omnium contractuũ tit. de pactis realib. passiuis. Si maius onere commodum sit legatarij erit, si verò executori relictum foret, hæredis erit Rota. dec. 25. par. 1. recentis. vbi etiam legatarium cognosci ex verbo lego, vel relinquo rei certæ adiecto, & si cui relictum sit cum onere implendo sed dec. 531. par 2. merum dicit executorem esse ac opere impleto hæredi quod superest restitui si onus præcedat legatum, nisi res legata valde excederet onus nec id plus sit in ambiguo. & dec. 425. vide supra tit. 1. n. 3.

60 5. Lim. quando dies vel conditio per testatorem apposita fuit, illæ enim attendi nec ante executio facienda est l. tali. de iur. dot. l. quidam testamento. §. si scriptus delegat primo. Iacob. à Canib. d §. consentaneũ. n. 18. & intra tempus à testatore expræssum alius se nequit ingerere Barbos. de iur. Eccl. vniu. lib. 3. cap. 27. n. 25. ex communi & si testator, si fieri in primo termino non posset illum prorogasset, probari debet intra primum terminum perfici non potuisse.

61 1. Amp. in die tacita in facto contenta puta Ecclesiæ ædificatione tunc enim non currit annus Bal. in l. id quod pauperibus. n. 11. C. de Episc. & cler. Iacob. a Canib. d. n. 18. dicam infra tit. 14. cap. 1.

62 6. Lim. tempus non currere quousque bona per aliũ possideantur glo. in l. mãcipia. C. de seruis fugiti. Ang. Aretin. de testam. glo. 97. n. 21.

63 7. Lim. non currere tempus executori quousque aliquis alimentari debet Bal. in d. l. id quod pauperibus n. 12. quem refert & sequitur Ang. Aret. d. n. 21. in fi.

64 8 Lim alijs modis vt infra tit. 14. cap. 1. nec exequi possunt nisi adita hæreditate ex testamento Oldr. cõs. 108. versic. circa secundum, nisi plena facultas eis tradita sit Lap. alleg. 92. n. 5. Zuccar. dec. Luca. 17. n. 18. & 22.

9. Lim. tempus non currere ignoranti vel legitime impedito Coua. in c. nos quidem. n. 3. 4. de testam Barbos. d. cap. 27. n. 38. licet fauore conscientiæ defuncti secus probet.

TIT. XII. CAP. IV.
DE FACTO EXECVTORIS QVOD TESTATORIS CENSEATVR.

65 Factum executoris à testatore factum videtur, gestumque à testatore censetur l. vnum ex familia §. 1. de legat. 2. vide supra cap. 1. amp. 13. huius tituli.

TIT. XII. CAP. V.
DE ACTIONE EXECVTORIBVS COMPETENTE.

66 Merus executor testamentarius agere nõ potest pro legatis nõ pijs l. Lucius §. Meuia. ad Trebel. vbi Doc. nec contra hæredem, neq; contra alium possessorem Sali. in l. nulli. n. 9. C. de Episc. & cler. Rom. in l. si postulante §. Titius n. 4. ad Trebellia. Iacob. à Canib. de execut. vltim. vol. §. consultis. n. 2. & in mero Oldendor. de execut testam. tit. 6. Tiraq. in tract. le mort. faisit leuif. part. 7. in §. declarat. n. 11 & Durant. de tutor. caut. 9. n. 1. post Specul de instrum. editio. §. nunc verò n. 16. vbi etiam nec exigere posse dicunt. Couar. in c. Ioannes. n. 5. de testam. vide infra cap. 8. pro pijs autem potest Alex. cons. 170. n. 2. lib. 2. nec contra debitores. Seraph. dec. 842. Surd. de alim. tit. 8. priu. 32.

67 1. Lim. vel potius secus esse dicas quando executor aliquod commodum habiturus est, & qui potius legatarius dicitur, & legati particeps, vt puta si testator dixerit Titio centum relinquo de quibus volo quod distribuat inter pauperes pro anima mea, vel Falcidiã deducere posse voluit, tunc potest suum commodum ab hærede petere sicut legatarius actione ex testamẽto, hipothecaria, & rei vendicatione, contra quemcumque possessorem, & contra hæredem Spec. in tit. de instrumento. editio. §. nunc verò aliqua n. 16. Imol. in clement. 1. n. 25. de testamen. Bal. in l. id quod pauperibus. n. 18. & 19. C. de Episc. & cleric. & Iaco. à Canib. de executor. vltim. volunta. § consultis n. 17. Roma. in l. si postulante. §. Titius. n 4. ad Trebel. Papien. in forma libel. ad redden. ration. tut. glo. ac executores nu. 4. vbi dicit quod si sint executores generales aut singulares meri & puri nullum commodum sentientes, quod tunc habeant conditionem ex l. nulli. C. de Episcop. & cleric. si autem mixti sint, habeant actionem ex testamento contra hæredem; & contra debitores hæreditarios Lap. alleg. 91. nu. 6. Salic. in d. l. nulli n. 9. vbi Addent. Iacob. à Canib. supra. n. 11. Oldendorp. de execut. testamen. tit. 6. Dec. cons. 91. n. 1. in fine Capra. de executor. vltim. volunt. membr. 6. n. 1. & sequent Couar. in cap. Ioannes. nu. 5. de testam. & de magis communi tam in mixto quam mero Cras. de exec. vlt. vol. Q. 8. & in legatario grauato distribuere legatum Alex. cons. 170. nu. 2. Surd. d. priuil. 32.

68 1. Amp. vt contra executorem etiam debitorem defuncti agere possit Ioan. de Plate. in l. 1. n. 2. C. ne fisc. rem. lib. 10. nisi executores fuissent hæredes instituti Castr. in l. qui proprio. §. si duobus. n. 3. de procur. Dec. cons. 91. n. 3. merus autem executor non agit contra

alium

alium executorem Surd.d.priu.32.n.3.4.si ad esset hęres, alias posse probat.

69 2.Amp. vt etiam contra debitorem cuius nomen legatum fuit vtilibus actionibus experiri possit Spec. d. §.nunc verò. n.33.nec tunc debitori satisdare tenebitur nisi dubitetur an executor sit, & etiam à debitore conueniri potest vt defendat non vt satisdet n.34.nec indemnem conseruet n.35.

70 3.Amp. vt etiam contra hæredem agere possit vt adeat tam mixtus quam merus executor de communi Cras.d.Q.8.& quod merus agere possit non actionem ex testamento, sed officium iudicis implorando vt hęres, aut bonorum possessor compellatur ad bona tradendum pro executione facienda Coua. in cap. Ioannes.n.5.de testam.de communi Gomez.de lega.n.12.

71 Sed contra hæredem nec merum nec mixtum executorem agere posse ex communi probat Capra. d. membr. 6. n. 11. licet ab eo recipere possit, & distribuere vt l. Lucius §.Meuia.ad Trebel.subdens nō posse agere contra hæredem etiam si fuisset à testatore constitutus ad complenda omnia legata à testatore relicta Durant.de tuto. cat.9. nisi testans concesserit.

72 1.Sublim. & declara prædicta vt quando executor agere potest, ei non detur actio nomine proprio, sed executorio, ac officij l. Diuus.ad leg.Falcid. Bal.in l. id quod pauperibus. n.18.19. C. de Episco. & cleric. vbi etiam dicit executori non mero dari actionem ex testamento.Imo.in clem.1.n.24 de testam.

73 2. Sublim. vt ante diem vel conditionē purificatam agere nequeat Bal.cons. 118.n. 1.lib.5.

74 2.Lim. quando testator expræsè concessisset petendi potestatem vt puta si Titium eius hæredem instituens, Caio, mille legasset dicendo quæ petere posse volo, & petita exactaque distribuere, tunc enim agere posset Spec.de instrum. editio §. nunc verò. nu. 17. Imo.in clem.1.n.15.de testam.Capra.d.membr.6.n. 12.Durant.de tuto.& execut. caut.9. Simon. de Pret. de interpr.vlt.volunt. lib.5. dub.2. nu.51.52. pag.19. Iacob.a Canib.supra.Coua.in cap.Ioannes.n 5. de testam. Seraph.dec.842.n.3.vbi quando facultas verbis amplis concessa fuisset.

75 1.Sublim. vt licet contra debitores agere possit executor ex potestate sibi a testatore concessa;non tamen agere posse contra hæredem quia nō subest materia ex qua actio contra hæredem possit oriri, nisi quoad vt legatarijs soluat tamquam eorū procurator Capr. sup. n. 13. & sequent.

76 Contrariam tamen opinionem vt etiam merus agere possit magis communem ait Cras.supra. d Q.8.

77 3.Lim. nam si executori relictū sit habet actionem ex testamento & si loco hæredis vel fideicommissarij sit, habet vtiles actiones, & etiam conueniri potest; alioquin condictionem ex lege Spec.d.§.nunc verò. n. 18.& 28.Capra.cons.54.n.5.& agere posse etiam si restituere alteri debeat sibi verbis dispositiuis legatū de communi.d.memb.6.n.5.& habere tacitam hipothecam ex Peguer.dec.131.Ricci. collect. dec. 769.

78 4.Lim. vt ab hærede sibi tradita executor distribuere possit Spec.supra n.17.Capra. d.membr.6.n.11.

79 5.Lim. quando alter hæredum executor deputatus fuisset puta si testator dixerit volo quod per talem ex meis hæredibus legata soluantur, tunc enim ipse contra hæredem agere poterit familiæ erciscundæ iudicio vt legata percipiat, ac legatarijs actione ex testamento tenebitur l.si à pluribus.de legat.1.Capr. d.memb.6 n.19. Donat. a Fina. in enchirid.conclus. & regul.lib. 2. verbo.executor.

80 1.Sublim. non procedere nisi testator hęredem non solum executorem, sed etiam præceptorem reliquisset, secus si ipsum simpliciter executorem constituisset l.si à pluribus.l. quidam.§.si scriptū de legat. primo.Capra.d membr.6.n.20.

81 6. Lim. in executore etiam mero & nudo super alimentis constituto, hic enim agere potest Bal. in l. nulli.n.2.C.de Epis.& cleric.Roma in l.si postulante. §.titius.n.4.ad Trebellia.Capra.vbi supra. n.21. glo. citans in l.si quis Titio de leg.2.Donat. a Fina.supra. Iacob.à Canib.d.§.consultis.n.7.& hęredē conuenire potest vt alimenta soluat Surd. de alim. tit.8. priuil. 32.n.2.Intrigl.sing.96 n.36.lib.3.

82 1.Sublim. non procedere nisi alimenta caderent in piam causam l.alio.de alimen.legat.Capra. sup.n.22.

83 7.Lim. in executoribus ad pias causas constitutis, hi enim actiones habent ad relicta consequendum l.nulli.l.si quis ad declinandam C. de Episc. & cleric. vbi glo.Spec.de instrum.editio.§.nunc verò. n.16.17. Iacob.de Arena.de commissar.n.26.Bar.in d §. Meuia. & in d.l.si quis ad. n.4.5.Bal.in d.l.nulli.n.2.& in l.id quod pauperibus. n.18. C. de Episc. & cleric. Roma. in d.§.Titius.n.4.Alex.cons.170.n.2.lib.2.& cons.51. n.2. lib. 7. & in l. Centurio. n.78. vbi tamen secus in alijs non pijs de vulg. & pupilla. substitut. Iacob. à Canib.d.§.consultis.n.8. Ang. Aretin. de testam. glo. 97.n.8.de communi testatur Capra d.memb.6 n 25. & seq.Couar. in cap. Ioannes nu.5. de testam. Tiraq. de priuil.pię caus.priuil.81.vbi tamen in non pijs subdit contra hæredem agere non posse Valasc. decis. 68.n.6.Donat.a Fina. d versic.executor. & infra lim. 10.Seraphin.decis.842.n.3.Dec.cons.91.n.2.Durant. de tuto.& execut.caut.9.Gratian.discep.812. nu. 23. Papi.in forma.lib.ad rat red.glo.ac executores. n. 5. Surd.d.priuil.32. & contra hæredes etiam agere potest executor ad pias causas Burat. dec. 14. n. 1. ex cōmuni Rot.Rom.

84 8.Lim. vt licet in relictis ad non pias causas merus executor contra hęredem vel alium possessorem agere non possit l. Lucius.§ Meuia ad Trebel. Spec. d. §. nunc verò . n. 16 & alij supra in conclusione citati attamen officium Iudicis implorare potest vt hæres, vel quilibet bonorum possessor ad ea bona tradenda cogatur pro executione facienda Bal.in l.nulli. nu. 2. C.de Episc.& cleric.Couar. in cap.Ioannes.n.5.de testament.præsertim si agatur de honore testatoris seruando, tunc enim etiam in non pia causa dabitur officium Iudicis, Capra sup.n.38.Ang. Aret. de testam. glo.97. nu.8. Lup. in rubric. de donation.inter vir. & vxor §.65 n.18.19.Donat. à Fina. vbi supra.Seraph. dec.842.n.3.Surd.d.priuil.32.

85 9.Lim. vt licet non possit agere contra hæredes vt debitores ad soluendum compellat, contra eosdem debitores tamen agere, ab eisque exigere poterit l. nulli.C.de Episc. & cler. §. si quis autem. Authent. de Eccles.tit. Iacob. à Canib. supra. nu.8. & 9. Iacob. de Arena.de Commissar.n.28.& seq. vtili quidem actione, & iudicis officio. Capr.d.membr. 6. n. 42. & seq. Donat. à Fina.supra.

86 10. Lim.

86 10. Lim. quando testator executori legasset vt pro eius anima distribueret, vel quando centum pro anima reliquit, tunc enim actione ex testamento poterit experiri l. alio. de alim. legat. Iacob. de Arena. supra. n. 29. & seq. vbi idem si executor monachus esset, & quando partem legati pro se retinere potest Papien. d. glo. ac executores. n. 4. vbi etiam pauperibus institis executores agere posse n. 6. Rot. dec. 773. n. 1. & 2. par. 2. recent. vbi etiam contra hæredem agere posse præsertim si verba ad executores sint relata.

87 11. Lim. vt legatarius ab executore electus statim habeat rei vendicationem, quia à testatore videtur electus l. cum quidam. & l. vnum ex familia de legat. 2. Bal. in l. id quod pauperibus n. 32. C. de Episcop. & cleric.

88 12. Lim. in vniuersali qui loco hæredis habetur & ideo nomine suo agere potest & ante litem contestatam procuratorem constituere Alex. cons. 51. sub nu. 20. lib. 7. Capra. de executor. d. membr. 6. n. 46. & seq. & Donat. à Fina. d. verbo. executor.

89 13. Lim. in constituto in testamento ad agendum & petendum post mortem testatoris, quia si in rem suam constitutus sit non potest hæres eius mandatum reuocare l. illam de donation. pro vt nec si in rem tertij cõstitutus sit l. cum pater. §. Meuio. de leg. 2. quamuis reuocari posset si in rem hæredis constitutus esset, & hæreditate iacente agere non posset, nisi hæredem ratum habiturum caueret Bal. in d. l. id quod pauperibus. nu. 37. C. de Episcop. & cler.

90 14. Lim. vt si aliquis sit executor non nudus minister qui magis debet legatarius dici, verbi gratia, testator ita dixit; lego Titio tales res & volo quod dictus Titius illas det, seu restituat Martino; si namque dictus Titius viuo adhuc testatore decesserit, aut viuês mortuo testatore legatum repudiet, tunc fideicommissarius Martinus ad fideicommissum aget contra testatoris hæredem, remansit enim legatum penes eum cum suo onere l. 1. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. l. pater meus. alias incipit Celsus in princip. de legat. 2. nec primus legatarius viuens cogetur agnoscere legatum l. mulier. prima. in fine ad Trebellian. & l. nã quod §. non omnis eod. Quod si ille primus legatum agnouerit, non tamen agere velit contra hæredem, tunc secundus aget contra primum ad fideicommissum, & primus liberabitur cedendo actionem ex testamento contra hæredem l. si seruus legatus. §. cum quid. de legat. 1. l. Imperator. in princip. de legat. 2. l. si legatarius. de legat. 3. sed si primus agnouerit, & exegerit legatum, tunc primus tenebitur secundo restituere l. Imperator. §. sed. & si legatum de legat. 2. l. si legatarius. de leg. 3. l. Titio. fundus. de conditio. & demonstration. & si secundus repudiet fideicommissum, vel decedat antequam dies fideicommissi cedat, tunc legatum remanebit primo, eiusque lucro cedet l. si quis Titio. de legat. 2. quod non esset si ille primus nudus minister esset vt ibi Petr. Iac. in pract. rubr. 100. n. 64. subdens quod si ex alijs causis quam supra dictum est non valeat legatum relictum Titio primo legatario; an valeat fideicommissum relictum Martino; item si fideicommissum relictum Martino secundo legatario non valeat, ex alijs causis quam supradictũ est an cedat lucro Titij primi legatarij est tex. hæc decidens in l. codicillis in princip. de legat. 2.

91 15. Lim. quando ei à testatore potestas tradita esset etiam verbis amplis, Seraph. dec. 842. nu. 3. & decis. 1048. n. 1. & sequent. vbi quod si testator mandasset quod pecuniæ redactæ ex bonis, se mouentibus, auro, & argento, & pecuniæ ex nominibus testatoris vel ex officijs aut societatibus exigendæ, vbique existentes in emptionem censuum aut bonorum stabilium erogari debere cum facultatibus & authoritatibus necessarijs & oportunis; si authoritas ista executoribus data sit, poterunt exigere, & erogare iuxta mandatũ testatoris; & vbi facultas illa hæredibus data fuisset, ea nõ intelligetur ad executores priuatiuè tributa, nã vel ipsimet executores testantis voluntatem implere poterunt, vel hæredes ad eam implendam compellêt l. nulli. C. de Episc. & cler. §. si quis autem pro redemptione authen. de Ecclesiast. tit. Specul. de instrument. editio. §. nunc verò. n. 33. Iacob. a Canib. de executor. vltim. vol. part. 2. §. consultis. n. 8. 9. & 14. & Seraph. supra. n. 3 hoc præsertim procedere inquit vbi pecuniæ inuestiendæ essent penes executorem non penes hæredem; & quia nisi ratione demandatæ executionis executor pecunias inuestiset de suo teneretur l. si pecuniam. & l. si mater. C. de vsur. Gratia, discep. 812. n. 24.

92 1. Amp. vt executores pecunias vt supra inuestire possint etiam hæredibus nõ requisitis, quamuis eos requirere teneantur in alienatione bonorum hæreditariorum Seraph. d. decis. 1048. n. 6.

93 15. Lim. quando testator pro exoneratione consciẽtiæ reliquit tunc possunt executores agere contra hæredes etiam pendente tempore inuentarij conficiẽdi. Ias. in l. finali. §. licentia. n. 5. C. de iur. deliber. Rot. Roma. dec. 773. n. 7. par. 2. recentior.

16. Lim. nam contra hæredem & debitores agere potest (non tamen ante litem cõtestatam procuratorem constituere, nisi testator illum constituendi potestatem concessisset) si ita testans disposuerit Durant. de tut. & execut. caut. 9.

94 1. Sublim. generaliter suprascriptas limitationes non procedere in relictis conditionalibus & in diem pro quibus ante diem, & ante purificatam conditionem agi non potest Bal. cons. 118. n. 1. lib. 5. vide infra tit. 14. Bar. in l. quidam 99. §. si scriptus. de legat. 1.

95 2. Sublim. ante aditam hæreditatem vbicumque requiritur aditio non possit executor agere contra hæredem vt sibi legata præstet illis scilicet casibus exceptis quibus hæreditate etiam non adita legata debẽtur l. eam quam vbi Doc. C. de fideicom. Spec. d. §. nũc verò. n. 22.

96 1. Amp. vt si quis ab intestato decesserit, adhuc hæreditatis editio ab intestato requiratur l. 2. de fideicommissar. libert. Specul. d. n. 22.

97 2. Amp. vt si testator omnia bona pro redemptione captiuorum reliquerit adhuc non possit executor consequi legatum nisi hæredem constitui faciat. Speculat. supra. n. 23.

98 1. Lim. 2. sublim. non procedere quando non est in persona hæredis implendum, sed testator iussit post mortem impleri Ang. Aret. de testam. glo. 97. n. 18.

99 2. Lim. in legatis pijs qui etiam hæreditate non adita debentur, vt supra. cap. 3. amp. 4.

TIT.

TIT. XII. CAP. VI.
CONVENIRI AN POSSIT EXECVTOR.

100 Vniuersalis executor conueniri potest vtilibus actionibus Capra.de executor. vltim. volunt. membr. 6. n. 49. & adire ac distribuere cogitur nu. 50. Cast. conf.273.n.2. in fine.lib.2. Capra. conf.54. nu.5. vbi eisdem actionibus cõuenire posse & tam executorem quam hæredem pro legato conueniri posse Gomez. de legat. n.12.Scain.dec..bono.44. n.16.& seq.

101 1.Amp.vt & reconueniri possit, eosque pro quibus agit defendere teneatur l. si quis ad declinãdam §. vbi ad fin.C.de Episc.& cleric.& l.liberto.de annu.legat. Iacob. à Canib.de execut.vlt.vol.§.consultis. n.15.

102 2.Amp.vt quilibet de populo hæredem conuenire possit pro executione piorum legatorum Bal. in l. nulli.n.13. C.de Episc. & cleric. Ang. in §. sin autem sanctissimus. Authent.de Ecclesiast.tit.Oldendorp.de executor.testam.tit.2. versic.denique.Couar. in cap. si hæredes de testam·Simon.de Pret.de vlt.volunt.lib.5. dub.2.n.71.pag.20.Scain.dec.bono.44.n.18.

103 3.Amp. vt si iura sint distribuenda non liberentur eorumdem iurium cessione si executores in culpa fuerunt non exigendo postquam iura eisdem cessa fuere Capr.d.membr.6.n.61.& seq.

104 4.Amp. etiam si alij sint hæredes instituti adhuc pro legatis pijs conueniri possunt Castren. conf. 273. n.2.ad fin.lib.2 per l.nulli.C.de Epis.& cler.

105 5.Amp. conueniri posse petitione hæreditatis, vel quorum bonorum vt ex possessione bonorum detrahatur Falcidia & Trebellianica Alex. de Neuo, conf. 74.n.4.

106 6.Amp. vt ex promissionibus suis etiam finito officio cõueniri possit Castr.in l. qui erat.n.3.famil.ercis.

107 1.*Lim.* non posse proprio nomine conueniri sed vt pauperum administrator Capr.d.membr.6.n.51.nisi in casu sextæ ampliationis.

108 2.Lim. non posse ab hærede conueniri vt conseruetur indemnis Spec. de instrum.edition.§.nunc verò.n. 35.vide supra tit.10.cap.4.

109 3.Lim. in particulari non mero executore sed legatario, qui licet hæredis loco non habeatur, non potest à creditoribus conueniri si commodũ consecutus nõ sit;licet conueniri possit vt agat Capra. d. n.51.

110 1.Sublim. tamen & declara nam à legatarijs & fideicommissarijs, eisque quibus aliquid dari debet conueniri potest si mixtus sit, & commodum ex testamento delatum agnouerit, licet non à creditoribus; sed si commodum consecutus non sit non poterit conueniri vt distribuat & consignet, sed vt agat & tunc hæres conueniri potest quia legatum ei cum onere remansit Capra.supra.n.51.& 52.post Bar.in l.Firmio. §.1.in fi.quando dies leg.ced. Si autem merus executor sit & tunc ad pias causas conueniri potest l. nulli, vbi glo.C. de Episc.& cleric. pro non pijs autem non potest conueniri actione, ex testamento d. §. 1.sed alia actione vt puta depositi, rei vendicatione, vel ex stipulatu si stipulatio intercesserit cõueniri potest; si verò agnoscere incœperit, iudicis officio vt exequatur conueniri poterit l. 3. §. 1. de arbitr. l. Quintus de annu.legat.Bar.supra vbi etiam an acceptare cogatur, Capra.sup. n.54.& seq.uide sup.tit.6.different. 5. & Bar. & Capra.sup.uolunt merum qui alioquin non potest regulariter cõueniri actione ex testamento, negociorum gestorum actione conueniri posse & Bal.in l.nulli.n.2.C.de Episc.& cleric. vbi etiam iudicis officio merum conueniri posse, & si res distribuendas consecutus sit conueniri posse tradunt, prout & iudicis officio conueniri potest postquam agnoscere cœpit, & quandos res distribuendas haberet penes se, vel sit in culpa quominus habeat.

111 2.Sublim. vt si plures sint omnes agere & conueniri debeãt nisi insolidum forent constituti, vel nisi aliqui obijssent aut abessent, vel nisi res certa legata sit alicui Cras.de execut.vlt. vol.Q.4.n.5.& 6.vbi etiã aliquos eorum non posse relictum acceptare nisi alij longe absint ac diutius impediti, vel acceptare nolint vide supra tit.11.Franc.dec.622.vbi omnes conueniri debere nisi insolidum constituti sint, vel alter absit & quamuis hæres ad sit executor conueniri potest si de conscientiæ exoneratione agatur.

TIT. XII. CAP. VII.
CORAM QVO AGANT ET CONVENIANTVR EXECVTORES.

112 Executores agunt coram Episcopo loci domicilij testatoris, vel in quo natus est, seu originis authent. de Eccle.titul.§.sin autem ædificaturus contra debitores hæreditarios vel hæredes Spec. de instrum. editio.§.nunc verò. n.43. Capra. de executor. vltim. vol. membr.6,n.64.Si verò non habuerit domicilium ibi, sed alibi, officij acceptati locus attendetur, vel vbi defuncti voluntatem agnouit,aut administrauit Spec. supra.Bar.in l.solent. n.13. de alimen. legat. sed non pauperi relicta, coram seculari petere debere probat Iacob. à Canib.de execut. vlt.volunt. par. 3.n.5. subdens quod si in neutro reperiatur vbi contraxit, & officium acceptauit conueniri posse Alex.conf.17c.n.1. & 2.lib.2.causas ad pias relicta cognosci posse ab Ecclesiastico, & laico iudice probat & Surd. de alim. tit.8.priuil.9.vbi idem quo ad alimẽta relicta spurio.

113 Conueniri autem possunt executores in loco in quo decessit testator; & si in loco obierit vbi nec originis, nec habitationis domicilium haberet; tunc conueniuntur in loco ubi officium acceptarunt; & si ibi bona non possideant, executio fiet ad petitionem seu requisitionem iudicis qui condemnauit, per Iudicem ubi executores possident bona Speculat.d.n.43. Capr, supra.nu.65. & seq. qui subdit officio acceptato Episcopum & Iudicem secularem cogere posse ut pia legata exequantur.;n.68.

114 1.Amp. vt si alter executorum clericus sit & alter laicus pro pijs legatis coram Episcopo cõueniantur. Bar.in l. solent.n.14.de alim.legat.Simon.de Pret. de ultim.uolunt.lib.5.dub.2.n.86.pag.22. quod si causa pia non sit quilibet à Iudice suo conuenitur, poterit tamen laicus Iudex laicum compellere ad iurisdictionem Ecclesiastici prorogandam Bar. supra & etiam si causa non sit pia hoc casu coram Ecclesiastico tantum conueniri debere Alex.de Neuo. conf.74. n.7. & seq. ubi ex communi tam pro causis pijs quam pro relictis personæ miserabili coram Ecclesiastico conueniri & agere posse, quamuis etiam coram laico, quia mixti fori est, nisi clericus debeat conueniri.

115 Hæredes uerò ubi domicilium habent conueniri

debent

debent quando non agitur de legatis pijs, nec de relictis pro honore & dignitate defuncti seruãdis l. fideicommissum de iudic. l. nulli. C. de Episc. & cleric. Capra. supra n. 69.

116 Hærede autem non instituto, conuenietur executor vt hæres quamuis non detrahat Falcidiã, & adire cogetur Spec. d. §. nunc verò. n. 26.

117 Debitores verò ibi conueniendi sunt vbi à testatore poterant conueniri Capra. d. membr. 6. n. 70.

118 Executores in loco domicilij vel vbi officium acceptarunt conueniri possunt ac debent Capra. supra. n. 71. & pro legatis pijs à quolibet de populo conueniri possũt Rom. cõs. 69. Surd. de alim. tit. 3. Q. 8. n. 4.

TIT. XII. CAP. VIII. QVO ORDINE AGANT CONVENIANTVR ET SVMPTV CVIVS.

119 Executores agunt & conueniuntur iuris ordine seruato hoc est libello oblato, debitisque solemnitatibus obseruatis Spec. de instrument. editio. §. nunc verò. n. 57. & sequent. Capra. de executor. vltim. volunt. membr. 6. n. 72.

120 1. Lim. nam tam executores quam iudices de plano procedere debent Vasq. de succes. resolutio. §. 18. n. 115.

121 2. Lim. diebus etiam feriatis officium executoris exerceri posse, dummodo non sint in honorem Dei feriati Vasq. supra. n. 113. & 114.

122 4. Lim non debere executores cauere de hæredibus restituendo singulorum pauperum partes, nec rẽ saluam fore, satisdare, nisi alia mens testatoris appareat, vel nisi viuo testatore, & ipso ignorante desierint esse soluendo, vel nisi à Iudice dati sint, vel executorum hæredes existant, vel legatarius rogatus alteri legatario restituere vel facere vel nisi cohæres sit Spec. d. §. nunc verò. n. 43. vide sup. tit. 10. c. 12.

123 5. Lim. in relictis ad pias causas in quibus procceditur summariè & de plano Capra. supra. n. 73. Tiraq. priuil. piæ caus. 157.

124 6. Lim. nam licet executor distribuenda de manu hæredis capere debeat non è contra l. nulli. vbi glo. verbo. exigendi C. de Episcop. & cleric. Bal. in l. id quod pauperibus. n. 28. eod. tit. Tiraq. in tract. le mort saisit leuif. part. 7. declarat. 5. n. 1. attamen si executor sit legatarius rem legatam propria authoritate poterit occupare l. fistulas. §. fundum. de contrahen. emptio. prout si vniuersalis esset executor Bal. in l. nõ est dubium. n. 4. Cast. n. 3. Alex. in fine. Ias. limit 2. C. de legat. Gomez. de legat. n. 10. versic. ex quo deducitur. & n. 12. maxime si illud executoribus fuisset à testatore concessum vt per eos & Durant. de tutor. & executor. caut. 10. n. 3. Vasq. d. §. 18. n. 110. Soc. cons. 11. n. 8. lib. 1.

125 Hærede autem adire nolente cogendus est etiam si repudiasset, si adhuc adire possit beneficio legis vel restitutionis, præsertim rebus in eodem statu permanentibus, alioquin secus Spec. supra. nu. 59. si autem adire nequeat non posse executorẽ cogi vt distribuat & exequatur nisi quando hæreditate etiam non adita legata debentur; & vbi ab intestato relictum foret, executor nullum ius haberet ante aditam hæreditatem n. 60.

126 Immissionem in possessionem ex l. fin. C. de edict. Diui. Adria. executores petere possunt arg. l. si quis ad declinandam C. de Episc & cleric. & ita in vniuersali, testamentario, & Episcopo Doct. tenere tradit Bar. in d. l. fina. n. 12. nisi datus esset ad cõstructionem loci pij de communi Craf. de execut. vltim. volunt. Q. 13. si tamen testamentum non sit rasum, nec cancellatum, neque nullum & ita iudicatũ testatur Rebuf. de sentent. prouisional. in præfation. n. 72. & seq Tiraq. le mort saisit leuif. part. 7. declarat. 5. n. 6. de cõmuni Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 256. Rot. Rom. decis. 553. n. 5. part. 1. diuerso. sed non esse legitimum contradictorem probat Meno. supra. n. 644. quin etiã possessionem propria authoritate capere posse Dec. cons. 416. Diaz. reg. 407. lim. 2. Gutier. in l. nemo potest n. 365. de leg. 1. nec dici legitimum contradictorem qui non possidet, nec interesse habet, licet citatus necessariò non voluntariè & vbi interesset, præseruaretur ex clausula sine præiudicio Seraph. decis. 144. & 701. par. 2. recentis. quæ in beneficijs requirit titulum parem Borg. decis. 43. nu. 74. par 1. & Mona. dec. Luca. 20. creditorem census immissionem possessionis bonorum debitoris petere pro non solutis censibus.

127 1. Amp. etiam si pauperes testator instituisset per Titium eligendos ab ipso, adhuc enim Titius agit & conuenitur nomine pauperum eligendorum & ex d. l. fin. immitti petit. Zuccard. ibi n. 253. Meno. supra. n. 269.

128 1. Lim. in Episcopo qui vbi alter extat executor nil potest Zuccard. supra n. 251. Meno supra. n. 270.

129 2. Lim. in executore dato pro loco pio ædificando atque ita pro eo quod nondum est, tunc enim executor erit cum fuerit ædificatus, interim autem secus, quo circa alia actione vel iudicis officio contra illos experiri debet, qui ad illud hospitale, locumue pium construendum fuerunt à testatore grauati Ang. cons. 135. n. 1. Meno. supra. n. 171.

130 Hærede autem nubere puellas negligente immissionem in possessionem executori concedendam probat Bal. in cap. cum venissent. n. 12. de eo qui mittit. in possess. vide infra. cap. 14.

131 Sine sumptu officium executor exercet l. nulli. vers. post vnius C. de Episcop & cleric. vbi Castr. n. 6. Spec. de instrument. editio §. nunc verò. n. 42. intelligendo respectu iudicis, nam notario nisi esset de publico salariatus deberi probat sed n. 83 ex hæreditate expensas fieri debere ostendit Capra. supra. nu. 75. & 76. & Couar. in cap. Ioannes. in fine testam. Simon. de Pret. de vlt vol. lib. 5. interp. 2. dubit. 2. n. 30. pag. 59. Iac. à Canib. de exec. vlt. vol. par. 2. n. 4. notarij mercedes solui ex rebus hęreditarij cõcludit & n. 6. subdit quod ex suis bonis impendit deducere posse & Paris. cons. 26. n. 18. lib. 4. & n. 19. & de bonis erogãdis expensas faciendas deduci tradit Ioan. And. in cap. religiosus. de testam. in 6. & Burs. cons. 28. n. 20. vide infr. tit. 15. cap. 3.

TIT. XII. CAP. IX. DE INTERPRÆTATIONE MENTIS TESTATORIS.

132 Executor testamenti ambigẽ à testatoris mentem

hærede etiam non requisito & etiam in mortis articulo interpretari potest, & voluntatem testatoris sibi commissam declarare Bal. cons. 259. lib. 4. Fulgos. cons. 47. ad finem. Paris. cons. 26. n. 29. 30. lib. 4. Manti. de vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 20. Simon. de Pret. de vltim. volunt. lib. 1. fol. 4. n. 16. pag. 15. & fol. 7. pag. 36. & si dispositioni alicuius relictum sit, ad pias causas intelligitur nisi libere dispositioni dixerit vel causæ piæ ob expræssa accomodari non posset de communi Paris. cons. 38. n. 23. lib. 3. Coua. in cap. cum tibi. n. 10. de testa. & Gail. de excep. socc. tit. 3. exc. 4. o. 9. par. 2. Rot. decis. 365. nu. 2. par. 5. diuersor. maxime si constet testantem secutum fidem executoris n. 3. cui statur ac si testator declarasset. n. 6.

1. Lim. nam si alicui Sancto relictum sit, debetur Ecclesiæ illius Sancti, & si Ecclesia particularis illius Sancti non extet debetur maiori Ecclesiæ in qua sit corpus d. Sancti, & si pluries d. Sanctorum Ecclesiæ sint, pauperiori debetur, si pares in paupertate forent locus erit gratificationi Afil. dec. 244.

133 2. Lim. nam executor qui semel elegit & declarauit amplius variare non potest l. huiusmodi. §. Stichum. de legat. 1. Abb. cons. 1 1. n. 1. lib. 2. Simon. de Pret. d. lib. 1. solut. 7. pag. 70.

134 1. Sublim. quando electio nullum sortita esset effectum, vel tertio non esset ius quæsitū, vel dissensisset, aut obijsset electus; his etenim casibus variari potest c. si electio, de electio, in 6. l. penult. in fi. C. de his quib. vt indig. Bar. & alij in l. serui electione de legat. 1. Simon. de Pret. d. solut. 7. pag. 70. Bursat. cons. 378. n. 31.

135 2. Sublim. in Episcopo qui dedit hæreditatē spurio testatoris, eā namq; reuocare potest Bal. in l. id quod pauperibus. col. fina. vers. aduerte quia. C. de Episco. & cleric. Simon. de Pret. d. solut. 7. n. 2. pag. 70.

136 3. Lim. vt non tamen irrequisito hærede exequi possit Gab. de citatio. conclus. 1. n. 191. & sequent. Manti. supra. n. 21. vide infra cap. 13.

137 4. Lim. vt declaratio ad debitum modum reduci debeat Manti. supra. n. 21.

Datus ad nominandum personam non censetur directo vocatus, nec datus ad nominandum personam ad commendam censetur datus ad erectionem commendæ nisi ad eam erigendam vel eius augmentum datus sit vel alia mens testatoris appareat Rot. dec. 132. coram Ludoui. vide supra n. 26.

Executor etiam datus ad dispensandum super matrimonio etiam mortua vxore declarare potest Crot. cons. 77. n. 20. Surd. dec. 29. n. 9.

TIT. XII. CAP. X.
DE SVBSTITVTIONE EXECVTORVM.

274 Contrarium nempe pupillum tutore vel curatore carentem naturaliter ex contractu obligari ex d. l. si curatorem, C. de in integr. restitutio. tenet Bar. in l. 1. n. 6. & 7. de nouatin. vbi Cast. n. 7. Alberi. ibi in §. illud non interest. n. 2. Sali. in l. 1. n. 1. C. de inutil. stipulatio. Alex. in l. si pupillus 21. in princip. n. 2. ad leg. Falcid. Aretin. in §. pupillus. n. 3. Institut. de inutil. stipulatio. Ias. in l. interdum. n. 4. de conditio. indebiti. Gutierez. in l. nemo potest. n. 151. de legat. 1. Sanchez. d. disputat. 38. n. 23.

275 3. Lim. quando pupillus infans esset vel infantiæ proximus, quia tunc nec naturaliter obligaretur, quia ei plena deficit intelligentia, neque consensum perfectum habet glo. in l. si pupillus. 21. in princip. versic. si pupillus. ad leg. Falcid. & in l. 1. verbo. non es obligatus C. de inutil. stipulat. vbi Salic. n. 1. Bar. in l. 1. n. 7. Cast. n. 6. de nouat. Dec. in l. pupillus. 149. in fine de reg. iur. Aretin. in §. pupillus. n. 2. Inst. de inutil. stipulatio. Ias. in l. ius iurandum quod ex conuentione in §. pupillus. n. 10. de iur. iur. Felin. in cap. quinto. nu. 2. de præsumption. Aldobrand. in §. authoritas autem Institut. de authorit. tutor. n. 22. Nauar. lib. 4. consil. in prima editione tit. de sponsal. consi. 39. n. 15. & in 2. tit. de sponsatio. impub. cons. 4. n. 1. Gomez. tom. 2. variar. cap. 14. n. 1. Molina. tom. 1. de iust. & iur. tract. 2. disputat. 224. pag. 1394. Sanchez. d. disput. 38. n. 24. Lambert. de contract. glo. 16. n. 12. in fine.

276 1. Sublim. quando malitia suppleret ætatem Aretin. in d. §. si pupillus. n. 2.

277 Contrariam sententiam tenet Sanch. d. n. 24. in fi.

278 4. Lim. non procedere quando pupillus cum tutore contraheret, tunc enim nec naturaliter obligaretur, quia prohibetur tutor d. obligationem recipere imo punitur l. non licet C. de contrahen. emp. & ita lex huic contractui resistit glo. in l. naturaliter. 13. in fine de condict. in deb. & in l. 1. verbo. non es obligatus. C. de inutil. stipulat. & in l. 1. verbo. promiserit. de nouatio. vbi Bar. n. 7. Cast. n. 6. Alberi. in §. illud non interest. n. 3. Salic. in l. 1. n. 1. C. de inutil. stipulat. Aret. in d. §. pupillus nu. 3. Instit. de inut. stipulat. Molina. tom. 1. de iust. & iur. tract. 2. disputat. 2x4. pag. 1395. de communi testatur. Coras. in. l. filium quem. §. Falcidia n. 38. C. Famil. ercisc. Gutier. in l. nemo potest. nu. 149. de leg. primo. Bertacchi. in reperto. verbo. pupillus n. 50. de communi Sanchez. d. disputatio. 38. nu. 25. ex l. pupillus. de autho. tuto. ibi pupillus obligari tutori eo authore non potest.

279 1. Sublim. non procedere quando altero tutore authore pupillus tutori se obligaret. d. l. pupillus. glo. & Doc. in l. pupillus. 112. de reg. iur. Sanchez. d. n. 25. dixi. in tract. de pact. omn. contract. tit. qui possint pacisci.

280 2. Sublim. quādo pupillus locupletior effectus fuisset tunc enim etiam ciuiliter pupillus tutori tenebitur glo. in d. l. pupillus. verbo. naturaliter Molina. vbi supra. Sanchez. d. n. 25.

281 3. Sublim. quando pupillus dolum commisisset, tunc enim tutori obligabitur. glo. in d. verbo. naturaliter. Molina. supra vbi quando eam rem dolo detraxisset, vel alienasset & Sanchez. d. n. 25. in fi.

282 5. Lim. quando prohibitæ rei sine decreto alienari facta esset alienatio puta immobilium, ac mobilium quæ possunt seruando seruari, tunc enim non obligatur etiam naturaliter, licet tutore authore promiserit, vel alienauerit sine decreto, cum lex eiusmodi alienationi resistat l. si ad resoluendam. 7. & l. si quidē. 11. & l. si minor. 15. C. de præd. minor. Bar. in d. l. 1. n. 7. 8. Castr. n. 6. de nouatio. Areti. in d. §. pupillus. n. 3. Institut. de inutil. stipulatio. Sanchez. d. disput. 38. n. 26.

283 6. Lim. quando pupillo vel adulto iudex admini-

strationem

strationem interdixit ex aliqua iusta causa, tunc enim nec naturaliter obligatur Bar. in d.l.1. in fine de nouatio, Sanchez. d. disputat. 38. n. 27.

284 7. Lim. in mutuo in quo pupillus nec naturaliter obligatur l. pupillus. 58. de actio. & obligatio. l. quod pupillus. 41. de condict. indeb. Bologn. in Rubrica, si cert. petatur, n. 23.

285 Contrarium tenent Caldas. in l. si curatorem. verbo, non absimilis. n. 28. C. de in integr. restitutio. Gutierez. in l. nemo potest. n. 150. de legat. primo. & Sanchez. supr. n. 28. per l. final. de iureiuran. & l. si pupillus 21. in princip. ad leg. Falcid.

286 8. Lim. quando lex contractui resisteret, tunc enim nec naturalis orietur obligatio, quod ex statuto propter commune bonorum induci potest Molin. de iust. & iur. tom. 2. tract. 2. disputatio. 261. §. in Regno Castellæ Bonacci. de contract. Q. 1. disput. 3. punct. 5. nu. 6. Rota. Bono. dec. 63. n. 5. in nouiss. Surd. conf. 115. nu. 21. & seq. Sanchez. de matri. lib. 1. disp. 7. n. 16. & cum ludus alearum laicis & clericis prohibitus sit amissa in ludo peti non possunt sed retineri, & soluta repeti & intra 40. annos Rot. dec. 95. nouis. diuerso.

287 1. Amp. vt iuramento isto casu contractus non firmetur Gutierez. in authent. sacramenta puberum. n. 47. C. si aduers. vendit. Sanchez. supra, nu. 28. in fine Gab. conf. 43. n. 31. lib. 1. vide tractatum tutorum tit. 19. n. 3009. lim. 206.

288 2. Amp. vt licet quando pupillus naturaliter obligatur, non teneatur is qui cum pupillo ludens vicit, restituere quod lucratus fuit, nisi per minorem in integrum restitutio petita sit, quia hoc casu in foro poli quamuis dominium nõ fuerit in recipientem translatum, sufficit tamen ius recipiendi & retinendi habere Molina. tom. 1. de iust. & iur. tract. 2. disputat. 224. ad finem & tom 2. disputatio. 519. §. quod dictũ est; attamen secus est vbi pupillus naturaliter non obligatur vt si lex resistat actui Sanchez. d. disputatio. 38. n. 30. versic. quia licet. & n. 34. vbi repetitio daretur probat retinere posse.

289 3 Amp. vt si minor iuret quod in ludo amiserit se soluturum, & non repetiturum, soluere teneatur, nec restitutionis in integrum beneficio vti possit, nisi in casibus quibus maiori datur repetitio, siue minor curatorem habeat, siue non, quia iuramento contractus firmatur, & minor beneficio restitutionis in integrum excluditur secundum vnam opinionem, ex veriori autem possit relaxationem a iuramento petere, eaque obtenta cõtrauenire medio restitutionis in integrum; sed non obtenta relaxatione iuramento adstrictus manebit. Sanchez. supra n. 30. in fine.

290 9. Lim. vt licet à minore aliquid sine tutore vel curatore accipiens restituere teneatur, quouis titulo receperit Innoc. in cap. quia plerique. n. 3. versic. sed quid dices, de immunita. Eccles. Sot. lib. 4. de inst. & iur. Q. 5. art. 3. vers. at quoad rei punctum Ledesma. 2. part. 4. Q. 18. artic. 1. dubit. 12. pag. 227. col. 1. in fine Gomez. in l. 3. Tauri. n. 124. Sarmient. de redditi. 1. part. cap. 2. §. 1. publicanda la postura Siluest. verbo, restitutio. 2. dicto. 5. ubi quod soluens debitum pupillo sine tutore non liberetur, nisi pupillus penes se habeat & locupletior effectus sit, & possit alter rem detinere donec pupillus prætium soluat, quatenus factus est locupletior, quod si locupletior non fit, sed pecunias perdiderit emptorẽ teneri rem gratis restituere Sarmiẽt. supra. n. 6. attamen ubi minorem naturaliter obligari tenemus, non tenebitur alter restituere, donec minor læsus restitutionis beneficio sit usus, quia ualet is contractus in foro conscientiæ donec rescindatur Butr. in cap. quia plerique. n. 12. Abb. n. 31. de immunitat. Eccl. Molina. tom. 2. de iust. & iur. disput. 224. supradicta ad finem. §. ex dictis infero Sanchez. d. disput. 38. n. 31. quamuis vbi minor habens vel non habens curatorem sine iudicis decreto rem immobilem alienat, quia nec ciuiliter, nec naturaliter obligatur, non tenebatur in foro poli vt per eum.

291 Minor etiam si non possit sine magnis expensis restitutionem coram Iudice petere, occulta compẽsatione poterit vti Cordub. in summa. Q. 155. Lop. 1. part. instruct. 2. editio. c. 124. §. si autem talis minor.

292 1. Lim. non procedere nisi quando esset talis læsio, vt alter citra omne dubiũ teneretur in foro poli ipso iure & ante iudicis sententiam restituere quia beneficium restitutionis minoribus læsis concessum non est, vt alter ante petitam & concessam restitutionem teneatur læsionem resarcire l. si curatorem. C. de in integr. restit. nec ideo compensatione poterit vti vbicũque restitutionis in integrum beneficio ius suum poterit recuperare Sanchez. d. disputat. 38. n. 32.

293 Poterit tamen retinere minor quod non soluit puta in ludo contra legem amissum, quoties enim lex humana, iusta negat actionem ad aliquid petendum, & simul eiusdem rei repetitionem concedit debitori si soluerit, tunc licet possessori in vtroque foro retinere Bar. in extrauag. ad reprimen. n. 13. Butr. in c. nouit n. 62. & 63. de iudic. Sanchez. supra nu. 34. & probat etiam ex simili de ludo in quo perdens cui datur repetitio, non soluere potest. Couar. in reg. peccatum. 2. part. §. 4. n. 8. versic. sed remota. Molina. tom. 2. de iustit. & iur. tract. 2. disputat. 515. conclus. 4. Lopez. lib 2. de contract. cap. 22. conclus. 1. Sanchez, supra. Diana. par. 2. tract. 17. resol. 8. nisi aliud lege loci caueretur vel nisi perdens repetitioni renunciasset.

294 Quod si minori competat restitutionis beneficium cum eo contrahens læso si neget contractum coram Iudice quem minor probare non possit, & ideo succũbat, quatenus negans iste teneatur dic vt per Molina. supra disputatio. 514. §. dubium est vtrum quando iuridice & Azebedo. lib. 8. de recopilatio. tit. 7. l. 2. n. 97. Salon. 2. 2. Q. 61. in fine quæst. 5. de dominio artic. 6. post vltim. conclusio. §. quæres. hic. duo. refert. Sanch. supra n. 35.

295 10. Amp. vt Ecclesia, & ecclesiasticæ personæ alium re ipsa lædere non possint quia Ecclesia est cultrix iustitiæ, nec debet cum aliena iactura locupletari Bero. consi. 89. n. 37. lib. 1. Manti. de contract. lib. 3. tit. 10. n. 16.

296 11. Amp. in medico, aduocato, & iudice, qui vltra debitam mercedem recepta, in foro poli restituere tenentur cap. non sanè. 14. Q. 5. cap. sancimus. 1. Q. 8. l penult. & fin. C. quod met. caus. Iacob. à Canib. de executor. vltim. volunt. §. cõsentaneum. n. 11. Siluestr. in summa. verbo, Aduocatus. n. 16. & alij infra citandi circa aduocatos.

Iudex etiam si iniuste iudicet restituere tenetur de communi omnium Carbon. de restitut. Q. 31. vers. secundo.

297 Aduocati verò consulere clientem debent vt veritatem

tatem fateatur; instrumentis falsis, testibus & allegationibus non veris vti non possunt, iustam causam ob negligentiam & imperitiam non perdent, iniustam non suscipient, salarium capient moderatum, litem calumniose non different, alioquin in conscientia tenebuntur ad refectionem damni. Possunt tamen malitijs aduersarium expellere, si eorum cliens foueat iustam causam, dum tamen falso, periurio, vel sine malo non vtatur; Nec possunt clientem consulere ad transigendum, si causam iniustam foueat, alioquin tenentur ad restitutionem, quia causam damni dant alienum recipi consulentes Cepol. cautel. 67. & 76. Siluestr. verbo. Aduocatus. n. 6. vbi etiam non posse aliquid facere ex se malum. Caccialup. de Aduocato. Q. 4. vbi pericula 12. congessit quibus subiacent Aduocati. Zannat. in pract. fori Mediolan. nu. 268. 294. 365. & 366. Minf. cent. 3. obs. 6. Couar. var. lib. 1. cap. 2. n. 3. Tiraq de retract lignag. in præfatio. n. 70. Gutierez. pract. QQ. lib. 1. Q. 26. inquit clientem ad concordiam posse hortari si causa dubia sit; secus si iniusta, nisi creditoris voluntas libera fiat, qui aliquid dare velit ad sumptus litesque vitãdas certiorato de hoc cliente, alioquin aduocatos mortaliter peccare tenerique ad restitutionem Q. 28. prout & mortaliter peccant, & restituere tenentur qui causam iniustam defendunt Q 29. & lib. 2. Q. 29. n. 18. subdit secundum acta innoxium apparentem defendere posse, quem in conscientia noxium nouit. Bonacci. tract. moral. lib. 2. disputat. 10. Q. 3. punct. 4. n. 3. & seq subdens teneri pauperibus subuenire, iniuste quæsita restituere, & in causis sibi commissis rectè iudicare, inanem nõ habere gloriam, & salarium à lege vel consuetudine taxatum solummodo capere nisi vltra donetur, vel nisi labor, scientia, & aduocati dignitas & causæ difficultas maius exigeret vbi non est taxatum. n. 9. Cotta. verbo. dolum bonũ Aluis. de Albert. sing. 199. vbi fouentem ius cauillationibus inquit cauillationes tollere posse & Felin. in cap. 1. n. 2. de testi. tradit quando veritas occultari possit & Silu. supra n. 16. inquit aduocatum cuius negligentia, vel infidelitate, aut imprudentia cliens causam amisit teneri, si se sciẽtem iactaret cum non esset, nisi id cliens sciuisset; dolo tamen vel lata culpa aduocati cessante, etenim in foro animæ aliquis non tenetur ad emendationem damni præter propositum illati ex leui vel leuissima culpa, sed pœnitentia ob negligentiam imponitur nõ de damno ex magis communi nisi damnum intenderet vel esset lata culpa & de magis communi Gutierez. d. Q. 29. subdens Aduocatum causam iniustam per ignorantiam defendentem, si alioquin peritus sit non teneri, si excusabilis non crassa fuerit ignorãtia, & diligentiam omnem adhibuerit pro iustitia vel iniustitia causæ cognoscenda.

Nec teneri etiam aduocatum imperitum, licet se peritũ dixerit esse clienti imperitiam scienti & Q. 30. tradit quando contra clientem causam etiam introductam dimittere, & consulere queat & Q. 31. dubium de iure ostendit an vltra taxatum salarium à cliẽte sponte offerente possit aliquid recipere, leue tamen munusculum ex amicitia, & beneuolentia recipere posse. Carbon. de restit. Q. 51. versic. primum dictum aduocatus vbi teneri gratis pauperi patrocinari in necessitate ubi deberet eleemosinam facere; potest patrocinari in causa iniusta si iustam esse putabat ex communi, si iniustã ad restitutionem tenetur si obtineat & ad expensas clienti si cliens non restituat damna, parti dubiam tueri potest, & si iniustam reperiat dimittere ignorans restituere tenetur & mortaliter peccat si causam perdat nec pacisci potest de quota litis & salario honesto debet esse contentus.

Procurator etiam diligens esse debet & sciens verax & iustam causam defendere debet, ac mercede iusta cõtentus & priores causas perficere debet Carbon. supr versic. primum dictum in procuratore.

Miserabiles personas defendere gratis tenetur, & si id non faciat in extrema pauperis necessitate mortaliter peccat, si sibi pro locorum, temporis, vel rei necessitate adstrictius quadam sorte iungantur, sique necessitas præsens sit & sibi occurrant, non tenetur autem eas querere Viui. dec. 159 n. 6. 7.

Instantias causarum & terminos ne labi sinant, nec respondeãt positionibus cum iuramento sine principali cliente quem moneant fateri vera & solam iustitiam, & veritatem semper tueantur.

Instruentes autem reum ad negandum cum iuramento quamuis in foro fori non puniantur; tenentur tamen in foro poli, & peccant de communi Couar. variar. lib. 1. cap 2. n. 2. Nauar. in manuali. cap. 25. n. 35. de communi Laderch. cons. 203. n. 3. & 4. qui idem dicit de reum docente orationes, characteres, & huiusmodi, citra sortilegia & incantationes.

Reus etiam negans iniuste crimen mortaliter peccat quamuis restituere non teneatur Carbon. de restit. Q. 31. concl. 5.

Recipientes aduocati aduersam partem, vel iudicem peccant in Deum de communi Soarez. communi. opi. lit. A. n. 98.

Iniustum titulum habens ex quo præscripserit etiam immemorabili tempore quamuis producere illum non teneatur Mille. in reperto. verbo. præscribere volentĩ non obstat error iuris. Paris. cons. 101. n. 114. lib. 1. & cons. 66. n. 128. lib. 3. hoc tamen non procedit nisi titulus omnino in iustam præscribentis causam non ostendat, sed dubiam tantum; si verò eam omnino iniustam ostenderet, vt prouocatur in conscientia consuli debet Molina. de primogenit. lib. 2. cap. 6. nu. 76. Gutierez. pract. QQ. lib. 5. Q. 62. n. 37.

Iniustam causam defendentes tenentur ad omnia damna aduersæ parti restituenda, nec non & clientis, si ipsum de iniustitia non admonuerint nisi illius conscius fuisset Bonacci. d. puncto. 4. n. 4.

Secreta clientis alteri parti pandentes aduocati ex quo cliens iustam causam amisit, quam alioquin licitè vicisset ad restitutionem tenentur, nisi pars aduersa damnum graue iniquè alias potuisset pati Bonacci. supra. n. 5.

Fisco pœnam restituere non tenetur aduocatus quia pœna ante condemnatoriam sententiam non debetur Bonacci. supr. n. 7.

Probabilem pro cliente causam tueri possunt aduocati, quamuis aduersa pars probabiliorem foueret, modò vere probabilis existat quam ipse fouet, si enim, verè probabilis non esset, quia scilicet rarò aut numquã soleant Iudices secundum dictam opinionem iudicacare, mortaliter peccant & ad restitutionem parti contrariæ tenentur Bonacci. tract. moral. tom. 2. disp.

2. Q

2.Q 4.puncto.9.n.16.subdens posse clientis defensionem suscipere quando vtraque pars æquè dubia esset in facto vel in iure aut æquè probabilis & disputat. 10.Q.3.puncto.4.n.8.& Gutierez supra. lib.1. Q.26. & 27.vide infra amp.29. in eius 6.lim.

Differentes lites iniustè restituere tenētur qui damnum contra iustitiam inferunt de communi Carbon. de restitut. Q.31.concl.3.

298 12. Amp.in quæsitis ex illicita negociatione cap.1. & 2.de emptio.& venditio. Iacob. à Canib. de executor. vltim. volunt. §. consentaneum nu. 11. Ancb. in reg. peccatumn. 20. & sequen.vbi distinguit.de reg. iur. in 6.

299 13. Amp. vt multo magis in foro poli restituere teneatur, qui in fori foro restituere deberet, tunc enim multo fortius conscientia remordet cap. literas. de restitutio. spoliator Couar.in d. reg. peccatum. §.8. nu. 13.præterquam si de pœna ageretur vt per eum.

300 14.Amp.in ludo quæsitis; siue traxerit alium, vel tractus sit propter mala quæ ex ludo sequuntur, præterquam si modicum foret causa recreationis D. Thom.2.2.Q.30.artic 7.Canonist. in cap. clerici. de vita &honesta clerico. Ancb.in d. reg. peccatum. nu. 20. Iac. à Canib. d §. consentaneum. n.12. Bonacci. de restitut. disputat. 1.Q.3.punct.2.vbi teneri restituere fraudolenter lucrata vel vi tractione ad ludēdum minis autem trahentem non teneri, nec filiofamilias ludente ad honestam recreationem tantum quod perdet esse restituendum, nec si quam etiam magnam summam perdiderit cum eo cui eamdem lucrifecerat & idem de minore, & è contra qui non potest disponere si ludens vicerit lucrum retinere non potest, nisi perdens sciret cum quo luderet; & si cum aliena pecunia ludens lucrum suum faciat, nisi fur cum aliena pecunia ludens aliud non haberet quod perdenti traderet si vicisset, nisi alia mens perdentis appareat, & furem lucrum posse retinere si perdens sciebat pecuniam esse furatam, & ludentem cum fure qui cum pecunia furata aliquod lucratus fuit, hoc lucrum cum fure factum retinere posse; sed non posse aliquem plus vna manu vincere quam perdere; alterum verò pecunia numerata, & alteram credita ludere posse ex communi d. puncto. 2. inquit ludentem ludo vetito lege humana non teneri in conscientia soluere nisi iurasset se soluturum quo casu soluet, ac solutum repetet, nisi liberaliter soluere promisisset; quod si victus petere non auderet metu dedecoris, non posset suscipiendo compensare, & qui ludo vetito vicit non tenetur ante iudicis sententiam restituere modò iudicem vi vel fraude non impedierit ne condemnaret ad restituendum & contractus iniustus non sit; & qui ludo uetito ludit animo repetendi lucrum retinere non potest; nec tenetur quis ludo vetito quæsita restituere si extra iudicium repetantur vt per eū. Quodque vbi datur repetitio pecuniæ in ludo amissæ possit perdēs cui datur repetitio, nō soluere & quod ei actio ad repetendū datur Couar.in reg. peccatum. 2. part.§.4.n.8.vers. sed & semota Molina.tom.2.de iust. & iure.tract.2.disp.515.conclus.4. Lopez. lib.2. de contr.c.22.concl. 1.Sanch.de matrim. lib.6. disp.38. n.34 vers.& in alio. Gutierez.de iuram. confirmator. contract.par. 1.cap.53.n.7. & seq. vbi etiam quod si soluta non repetere iurasset absolutione petita à iuramento poterit solutum repetere. Carbon. de rest. Q.41. concl.2. ex lege naturæ ait nō resti tui ludo lucrata ex receptissima in foro poli restitui debent ex lege ciuili prohibito ludo, nec restitui debent iure canonico, sed dolo fraude vl metu importunis etiam præcibus inducens, vel ab eo qui alienare non poterat lucratus restituere iure naturæ tenetur concl.3 prout & ita inductus è contra restituere debet; consuetudine & lege indui & prohiberi potest à equisitio & permitti vide infra lim.1 t. Viui.cōi.opi.468.n 15. vbi de communi Ameri.de pat.pot.eff.2.n.59.& seq.patri non acquiri quæ lucratus est filius in ludo illicito; nec reuocare quæ tangunt legitimam si pater amisit licito ludo & viuens ludo licito de quo in l. aliarum C. de relig. & sump.fine non tenetur restituere nisi filiofam. vicisset; in illicitis ludis victa debēt restitui de quib.in d.l.alearum vt per eum Mangil. de euict. Q. 191. nu. 17. & seq.teneri restituere ob dolum etiam sine dolo lucrata, nisi dolus non repugnet naturæ ludi, vel nisi dolū passus noluit restitui, nec ei qui dolo perdidit falsis taxillis vtens; & victorem non tenere restituere nisi à iudice condemnetur nisi lex dicat nullum esse ludum tam in iudicio quam extra tunc in foro poli restituere teneretur.

301 Quamplura autem mala ex ludo oriri palam est.

Lucæ miraculum successit anno . . . . . eum quidam ludo clamidem etiam amisisset eaque à victore exutus fuisset, nudus saxa arripiens contra Imaginē Beatissimę & immaculatissimæ Virginis, proiecit & ne imago filij à saxo percuteretur, ad alteram partē posuit & ex ipsa saxo percussa sanguis exiuit qui in Ecclesia S. Augustini custoditur & illico qui saxum proiecit terra vbi erat aperta in infernum descendit, quæ etiam modò aperta manet nec finis eius reperiri potest; ad honorem cuius Imaginis Perillustr. D. Io: Franciscus Boccella hæres quondam Perillust. D. Petri Boccella de Luca Oratorium cum maximo sumptu construi fecit.

Ludens autem cum falsis taxillis ne dum lucrata restituet, sed et furti falsique tenetur Ang. de malef. versic. medidordi mal dadi. n. 1. Rim. cons. 90. n. 51. Amade. de find. nu. 93. saltem pœna stellionatus Paris. de Put.de lud. n.9. Aug.ad Ang. supra.n.2. Iodoc.in prac. cap. 126. n.4. de magis communi Meno. de arb. cas. 399.n.10.11. de communi Capr.concl.86.nu.6. Lopez.de contract. lib. 1. cap.16. vers. ad quam Q. subdens sincerè cum eo ludentem lucrata retinere licitè posse.

302 Lex ciuilis ludum ad creditum præsertim vetare potest & irritare promissa & tunc retineri possunt amissa, & repeti soluta si lex cōcedat si autem promissio iurata esset solui deberet ac repeti de magis communi Carbon. de rest. Q.42. qui autem perdidit in ludo quod recuperare potest sed præ pudore non audet repetere non potest latenter furari ex magis communi sed in iudicio repetere debet; & quod vni restituere debet nō potest compensare cum eo quod cum alio perdidit. Q.43.

Mutuans autē lusuro ad probibitos ludos de iure nō potest repetere licet secus de consuetudine seruetur & prohibiti ludi censentur in quibus ingenium, & fortuna versatur; secus si sola industria vel ingeniū. Cla. in §. ludus. Intrigl. sing. 29. lib. 3.

303 15. Amp. in hipocrita & ceretano qui restituere tenentur vniuersali Ecclesiæ quod simulato nomine sãctitatis extorsere non illi qui dedit cap. sanè & c. fin. 14. Q. 5. Iac. à Canib. de exec. vlt. vol. in d. §. consentaneum n. 12.

304 16. Amp. in receptis propter iniquam Principis aut Imperatoris constitutionem contra ius naturale vel diuinum iusta causa cessante emanatam, quia in foro poli inualida est, idemque si cum cauia facta esset quæ eo casu cessaret l. omnes populi. de iust. & iur. & l. fi. C. si contra ius vel vtilit. pub. Iacob. à Canib. supra. nu. 13. Anchar. in reg. peccatum. nu. 19. de reg. iur. in 6. & iniquam constitutionem sperni posse, neque in foro poli ligare inquit. n. 28. versic. est aduertendum.

305 17. Amp. in receptis à non conficiente inuentariũ vltra vires hæreditarias quia in foro poli non attenduntur huiusmodi pœnæ Io. And. in cap. quamquam. de vsur. in 6. Iacob. à Canib. d. §. consentaneum. n. 14.

306 18. Amp. in relictis in minus solemni testamento ob defectum puta numeri testium quæ solui debent, quia naturalis subest obligatio Iacob. à Canib. supra. n. 16. Ancha. in d. reg. peccatum n. 26. versic. idem ille. de reg. iur. in 6. & quamuis hæres nequeat hæreditatem in minus solemni testamento relictam retinere in foro fori, eam tamen in foro poli retinere potest ex communi Ripa. in l. nemo potest. n. 99. de leg. primo & Cras. de vltim. volunt. §. 1. n. 14. & 15. quamuis Clar. in §. testamentum. Q. 90. versic. sed quid si contrarium teneat. Et è contra hæredes ab intestato hæreditatem hæredibus in minus solemni testamẽto scriptis in foro poli restituere tenentur secundum magis communem opin. de qua testatur Cras. supra. n. 16. quod intelligi debere inquit si certò constet testantis voluntas hæredi ab intestato puta si testamento præsens fuerit, ac testatoris voluntatem audierit; & ita magis communem opinionem procedere; sed si dubium foret, tunc enim sicut hæres in foro ciuili vni vel duobus testibus in testamento adhibitis credere non tenetur, cum septem testes requirantur, ita nec in foro poli fidem habere tenetur, lex enim iusta etiam in iudicio animæ seruanda est vt est communis opinio, quare dubius hæres ab intestato succedens in conscientia sua tutus esse potest, vt per eum. Et ex minus solemni testamento hæreditatem retineri posse ex communi contra communem Spino. de testam. glo. 31. n. 25. & Cla. d. Q. 90. quem sequitur Soarez. commun. opinio. lit. T. n. 83. & seq. inquit naturalem obligationem oriri ex testamento minus solemni quoad relicta in eo præterquam respectu hæreditatis, eam tamen scriptum hæredem retinere posse quousque ab eo petatur in foro poli; si tamen hæres aliqua legata soluisset cœtera inuitus soluere non cogetur in foro fori, quamuis Cla. iam Couar. ab eo citato teneant hæredem in minus solemni testamento institutum si non molestetur per hæredes ab intestato venientes non posse retinere hæreditatem cum quoad eam nec ciuilis, nec naturalis obligatio ex minus solemni testamento nascatur; vbi autem nascitur naturalis vt in legatis legatarios tem legatam possidẽtes retinere posse ex cõi veri. Hinc infertur & in foro poli etiam nullum esse testamentũ minus solẽne quoad non pia, licet validũ sit quoad pia probat Bonace. de test. punct. 5. n. 3. quod vt sup. intelligi & declarari posse videtur magis cõem sententia sequẽdo. Et quod solemnitatũ iuris ciuilis defectus solum in foro fori nõ autem in foro poli attendatur, etenim in foro poli dũmodo aliquid fiat secundum terminos iuris naturalis vel gentium nempe consensu interueniente in contractibus vel in vltima volũtate deceptione, fraude, vel læsione cessantibus sustinetur Abb. in cap. 1. n. 19. de restitutio. in integr. Innoc. in c. quia propter. n. 9. vers. alij verò. de elect. idem Abb. in cap. quia plerique. n. 31. de immunita. Ecclesia. & clare Inno. in c. quod sicut. sub n. 8. versic. vnde sicut eod. tit. de elect. Lanfr. Balb. decis. 510. Ias. in l. nemo potest in 2. lectu. n. 97. & seq. de leg. primo intelligens quoad retentionem non etiam vt agi possit post Alex. ibi nu. 23. Felin. in c. 1. n. 39. & seq. de constitut. loquens etiam de consensu propinqui a statuto requisiti minime adhibito Sapia ad Abbat. in d. cap. quia plerique Tiraq. de legi. connub. glo. 4. n. 22. Ceual. comm. opi. contra com. Q. 71. & 137. vbi de retẽtione hereditatis in minus solemni testamento relictæ ostendens valde controuersum in foro poli inquiens dimittere tutius, valde iuridicum eam retinere buriat. cons. 338. n. 62. & seq. fructus lucrari si res non petatur ab eo qui ex minus solemni volũtate possidet nisi lex resisteret actui. Lamberteng. de contract. glo. 16. n. 3. retineri posse probat, nisi per mulierem contractus sine solemnitate gestus rescindatur Decia. cons. 121. n. 57. lib 3. vbi cessante deceptione valere in foro poli quia non curantur iuris ciuilis solemnitates ob eam excludendam inductæ & inquit Ripa. in d. l. nemo. potest n. 99. & 100. de leg. primo ex communi hæredem scriptum in testamento minus solemni in foro poli hæreditatem retinere posse, nisi testator extraneum propinquis suis inconsulto prætulisset, & quod venientes ab intestato hæreditatem retinere possint si testamentum minus solemne fraudolentum arbitrentur, secus si veritatem scirent in contrarium Meno cons. 469. n. 2. & 3. inquit lege resistente factum non tenere etiam cum iuramento in foro poli Capic. dec. 89. nu. 1. legata in testamento minus solemni facta naturaliter deberi probat, & legatarium sine vitio rem legatam possidentem esse exceptione tutum si conueniatur, & in foro poli institutum in minus solemni testamento hęreditatem retinere posse, eam autem restituere teneri si in fori fori conueniatur, & num seq. vbi etiam si clausula codicillaris saltem duobus testibus probetur iure fideicõmissi retineri posse hæreditatẽ per hæredẽ institutum ob naturalem obligationem Arnon. commentar. 87. peti posse tenet & dari ei debere hęreditatem & legata Boer. decis. prima n. 71. & sequent. vbi probat legem Principis quoad solemnitates non ligare in conscientia tres casus constituens Primus est quando canon vel lex se super præsumptione fundat, quia si in foro animæ certum sit præsumptionem illam non esse veram præualet ibi veritas etiam si lex induceret iuris, & de iure præsumptionem. Secundus quando lex est iniusta quia non tendit in communem vtilitatem, sed Princeps eam ob sui vtilitatem emisit; Tertius quando lex imponit pœnam quæ non obligat in foro poli sed a sacerdote pœnitentiam pro delicto imponi stat esse & his casibus.

Secun-

Principis constitutionem non legare secus si lex iusta esset & legitimè edita & Crass.supr. n. 13. & sequent. inquit quod si hæres in minus solemni testamento relicta soluere promiserit, tenebitur etiam in foro fori secundum magis communem Giguſ. de pensio. Q. 34. nu. 6. & seq. actum naturaliter validum in foro poli seruari posse probat positiui iuris solemnitatum non obstante defectu. Onded.cons.58. nu.21. & seq.lib.2. vbi hæredem ex minus solemni voluntate non solum teneri soluere legata in foro poli & voluntatem testātes implere ex communi de qua per Vasq. de succes. progres lib.3.de codicil.§.30.n.30. sed etiam in foro exteriori naturaliter obligatus est ex magis communi, ob quam naturalem etiam in foro fori conuentus legatarius qui possidet exceptione hæredem excludet à sua petitione si sine vitio possideat & Rota. Auenio. dec.87.idem Vasq.de testat.potent.lib.1.§.2. nu.6. & seq.tutum probat in conscientia dubium contentorū in testamento propter solemnitatis defectum quamuis secus dicat si certò veritatem sciret reiecto Couar. idem dicēte si certo sciret & Vasq. secutus est Zanch. in l.hæredes mei.§. cum ita part.3.n.62. ad trebel.& subdit Vasq.supra n.13.& seq. legatarium posse retinere legatum in minus solemni testamento relictum, secus in hærede quoad hæreditatem, legatarium verò rem legatam furari non posse, sed eam consequi posse per denunciationem euangelicam ex communi & si hæres possideat, tam scriptus in minus solemni testamento quam legitimus retinere posse in foro poli ex communi n.18.Lopez.de contract.lib.2 cap.42. in princ.vbi legem irritantem dumtaxat contractum si non prohibeat expræsse vel ex consuetudine dominij translationem licet in foro fori non teneat, secus etiē in foro poli, & quando ex testamento minus solemni hæres, vel ab intestato succedens hæreditatem retinere possit dixi etiam in tracta.testamentorum.& in tract.de pactis cuiuslibet contractus. in fine pactorum.verbo.solemnitas.Tiraq.de leg connub.d. glo.4. n.15.& seq.tutum probat in foro poli detinentē rem ex cōtractu vel testamento minus solemni fraude vel læsione cessantibus.& peccatum mortale esse testamenta solemnitatum defectu impugnare & Vasq. & Coua.probat.Magon.dec Rot.Lucan.32.nu.57.vide infra.lim.10.Carbon.de restit. Q.45. vbi legem ciuilem contractum irritare posse defectu solemnitatum & testamentum & erunt nulla etiam in foro poli & ex communi minus solemniter institutum non teneri hæreditatem restituere donec à se petatur in iudicio & ab intestato hæres retinere eam potest & petere & sine peccato retinere, & in pia causa non obesse solemnitatis defectum etiam in foro externo, & posse hæreditatem retineri & peti per euangelicam denunciationem,non enim lex ciuilis contra naturalem rationem obligat in foro poli Marta.dec.98.Pisa.lex autem cano.in peccati etiam venialis materia seruari debet in terris Ecclesiæ etiam in feudatis,in terris etiā iuris ciuilis; in indifferenti verò quælibet in suo foro de communiori Surd.de alim.tit.7.Q.29.

307 19. Amp. deberi quādo naturalis obligatio subest, ciuili præscriptione, vel sententia absolutoria sublata Iac.à Canib.sup.d.§.consentaneum n. 16.

308 20.Amp.vt licet pœnę legales non obligent in foro poli sed sat est sacerdotem pro delicto pœnitētiam imponere glo.in cap.fraternitatis.12.Q 2.Felin.in c. 1.n.41.versic.tertius casus de constit. Vasq. infra citandus.n.661.Garzia.de benef. par.3.c.2.n.151. vbi non deberi imponendam per sententiam & Garz. de benef.par.11.c.10.secus dicens in beneficijs priuato vel officijs publicis attamen secus est vbi pœna ipso iure esset imposita vel secuta condemnatio contra defunctum Bal.in l.id quod pauperibus n.22.C. de Episcop.& cleric. Capr.de executor.vltim. vol. memb. 6.n.142.Coua.in reg peccatum.§.8.n.6.de reg.iur. in 6.vbi deberi probat quando lex ipso iure disponit vt in censuris vel ob aliam causam impedit acquisitionem Ceual.comm.opi.contra com. Q.688. n.6.7.

309 1. Lim. tamē nā vbi etiā pœna imponitur ipso iure vel sententia condēnatoria lata fuit non debet pœna offerri,nec solui nisi petatur late Couar.de spōs.2.par. c.6.§.8 nu.10.& seq. Ceual.com.opi. contra comm. Q. 688. nu.6. etiam in foro poli Eug. cons. 9. nu.94. & sequent.ex communi idem dicens de debito ex contractu & in bonis proprijs temporalibus Garz. supra. nu. 19.

310 2. Lim. nō deberi in foro poli nisi ex parte alterius sit dāni restitutio de cōi. Barbos. in l.si mora.n.44. sol. matrim.& Vasq.in l.quoniam in prioribus n. 662. C. de inof.testam. vel nisi iurans non impleuit. n. 661.

311 Circa istam amp.vide infra lim. 65. n.1007.

3.Lim.in eis pœnitentiæ vsque ad sententiam esse locū l.in criminali vbi Bar.n.5.Cast. nu. 4. de iurisd. omn. iud.Zuccar.dec. Luca.15.n.11.

312 21.Amp.vt filius seruus & socius male parta restituere possint & debeant, & ad hoc per Episcopū cogi etiam sine domini patrisuè consensu Bal.in l.1.n.1. de his qui sui sūt vel alie.iur. Lup.in repetit.rub.de donat.inter vir.& vxor.§.65.n.13 & seq.

313 1.Subam.vt si patri sūmā notabilē furatus sit restituere teneatur, nisi verisimiliter constet patrem condonaturum Bonacci.de restit.disput.1. Q.10. punct. 1. n. 3. & 4.

314 22.Amp.vt Episcopus hæredes vsurarij etiam non contriti ad male acquisita restituenda cogere possit Lup.vbi supra.n.16.

315 23.Amp. vt restitutio statim fieri debeat cū primū fieri potest legitur.n. in Cronicis D. Francisci quod quidam morabatur paradisū ingredi donec fieret restitutio & interim in pœnis lueret ad hoc c. in litteris. de raptor.D.Thom.2.2.Q.62.art.8. c. sæpe de restit. spoliat.Lup.d.§ 65.n.19.& 35.quia pręceptū de restituendo licet affirmatiuū cadit sub pręcepto non furtū facies negatiuo,at negatiua obligāt sēper & ad sēper n.36.Couar.in reg.peccatū de reg.iur.in 6.part.1.relect.n.1.Molina.tom.3.tract.2.disp.753. n.2. Regin. lib.10.tract.1.n.223.Clauis Regia lib.10.tract.5.c.4. & si ex delicto vel quasi, statim, si ex cōtractu, tēpore cōuēto, si sine tēpore, quādo petetur, nisi creditor nō peteret timore,vel obliuione,aut impotentia.Bonacc. de restit.disput.1.Q.6.punct.1.n.1.& seq.& qui nō restituit cū possit ad dāna tenetur quāuis debitor morosus ex cōtractu sine dāno creditoris & periculo creditū perdēdi etiam sæpius à creditore requisitus non sit facile de lethali damnandus n.4.

316 1.Subamp.vt qui potens non restituit nō sit absolutus in sacramēto pœnitētię nisi prius restituat c.si res. 14.Q.6.Lup.sup. n. 39. & manet in peccato mortali

si potens non restituat, nisi ex paruitate materiæ à peccato excusetur lethali de cõi. Bonacci. sup. n.6. & qui non restituit toties peccata multiplicantur quot sunt actus voluntatis non restituendi moraliter interrupti puta somno, contritione, & huiusmodi n.9. & nõ posse absolui nõ proponentẽ restituere data oportunitate ex cõi nu. 14. & qui partẽ restituere vult cum totum restituere possit, nequit absolui & n. 18. & 19. inquit confessarium non absoluere eum qui pluries restituere promisit, & non restituit nisi ex circumstãtijs, loci, temporis, & personæ credat pœnitentem statim restituturum, & creditorem non recepturum damnũ & n. 20. absolui posse eum dicit qui restituendi præceptum non acceptat, cum sit paratus quod tenetur facere, vel sciat se nõ teneri probabili opinione Carbon. de restit. Q. 90. vbi etiam absolutus qui non restituit post confessionem vt promisit iterum si confiteatur non sit absoluendus nisi ita visum fuerit cõfessarij prudentię quod restitueret & hoc certo sciret & si differat ad articulũ mortis sẽper esse in peccato mortali, etsi tunc nolit restituere poteris, vel non poteris careat animo restituendi, non est absoluendus, idemque de dubio an rem alienam haberet, si non adhibeat diligentiam; nec absoluetur qui potens nolit restituere totum sed paulatim. ex communiore dub. 6. & si ex Diuino præcepto debet statim restituere tenetur parere confessario ita præcipienti dub. 6.

317 2. Subamp. vt non sufficiat in testamento hæredes grauare ad restituendum nisi rationabiliter, & probabiliter melius possit ab hæredibus fieri Lup. sup. n. 40. vel differat ratione scandali vel infamiæ vitandæ Nauar. c. 17. n. 67. Bonacc. sup. n. 15. sed is qui reliquit hæredibus vt restituant liberatur à purgatorio ante restitutionem Nauar. sup. n. 68. Carbon d. Q 90. in 3. dubit. vbi citat D. Thom. quo lib. 6. art. 13. & Adria. quo lib. 8. ita tenentes.

318 1. Lim. 23. Amp. nam excusatur executor si modicũ moretur vt res testatoris melius vendantur, si præcij augmentum tantum sit quod præualeat tarditati, & maiores eleemosynę fieri possint D. Thom. Quodlibet 6. art. 14. Ang. in sum. verbo, executor, col. penul. vers. 23. Lup. supr. n. 19.

319 1. Sublim. vel potius secus esse dicas quando executor vendere differret ad vtilitatem hęredis, tunc enim tutus non esset quoad Deum Lup. sup. n. 20.

320 2. Lim. non mathematice nulla omnino mora interposita, sed moraliter fieri debere tẽpore opportuno sine dolo & fraude Molina supra. Rebel. lib. 2. de restit. Q. 17. n. 2. & alij in ampliatione citati Bonacc. d. n. 1. & propositum restituendi cõtinuum requiri tẽpore opportuno & cum potestate restituendi Carbo. de restit. Q. 79. & 90.

321 3. Lim. vt qui non habet opportunitatem restituendi non teneatur elicere positiue hoc propositum restituendi data opportunitate Bonacci. supra. n. 8.

322 24. Amp. vt hæredes & vxor ad quos male parta per virum patremque peruenere etiam pro alimẽtis, restituere teneantur Hostien. in summa. de pœnitent. & remissio. §. quibus & qualiter vers. quid de rapina in fine Anch. in reg. peccatum. n. 26. Q. 6. vers. sed hic quæritur. de reg. iur. in 6. Frat. Ioan. in sum. confes. tit. de rapina Q. 64. Rainer. in tit. de raptor. rubr. de bellis §. 21. Flor. part. 2. tit. 1. cap. 12. §. 9. Frat. Franc. de Platea in tract. de vsur. versic. 10. §. 28. Frater Baptist. in sum. Rosel. verbo. restitutio. 8. versic. 2. Anch supra. n. 28. Q. 9. vbi hęredes teneri etiam ex obligatione ex delicto descendente quatenus vires hęreditariæ suppetunt etiam si ad eos nihil peruenerit ex eo delicto, nec lis cum defuncto fuerit contestata, licet de iure ciuili secus sit & n. 29. si vnus hæredum non soluendo fiat tradit quando alij teneantur; & col final. cum Episcopi interuentu per hæredes distribui debere probat, vel per executores. Lup. supra. n. 21. vide infra. lim. 55.

323 1. Lim. nam prædicti excusantur si necessitate cogente aliter viuere non potuissent pręsertim si patri & viro interijssent laborando, & bona male ablata iam dicta custodiendo, debent tamen circa restitutionem laborare, & dum possunt compensare Lup. supra. nu. 21. ex mente prædictorum; & animum restituendi habere debere tradit etiam Anchar. supr n. 26.

324 25. Amp. vt à clericis acquisita ex illicita negociatione, vel aduocatione, quæ restitutioni subiacent, statim illis restituere debeant à quibus extorta fuere in quorum defectum pauperes succedunt cap. cum tu. de vsur. Abb. in cap. relatam. 2. in fine de testam. Lup. supra. n. 22. vide infra. amp. 112.

325 26. Amp. vt dos data genero ex male partis sciẽter vel ignoranter per eum restitui debeat simul, ac illud sciuerit quia pro restitutione hipothecata est; posset tamen filiæ si incerta sit restitutio dos parua concedi in totum, si magna in parte per Diœcesanum, quo remedio cessante si velit mulier dotem restituere negante viro ipsa erit in statu salutis si se restituturam proponat cum primum potuerit prædecedente viro, & si ipsa prædecederet, viro & hæredibus vocatis, protestetur dotem esse ex vsuris & quod eam restituant; quod si eam vir velit restituere & vxor nolit, tunc viro sufficiet nihil ex ea percipere, & restituturum proponere cum potuerit. Verum si neuter restituere velit, vterque in statu damnationis erit Henric. Herp. in suo præcepto. 7. præcep sermo. 44. col. 4. vers. 13. Lup. in d. §. 65. n. 24. At si vir sciens socerum non esse soluendo dotem receperit, eam creditoribus restituere tenetur; si vero ignorans retinebit, quia ex contractu oneroso recepit, vel cum cœteris creditoribus concurret Siluest. in verbo. vsura. 8. Q. 4. Molina. disputa. 328. n 10. 330. n. 10. Rebel. lib 8. Q. 16. sect. 3. n. 14. de cõi. Bonacci. de restitutio disput. 1. Q. 8. punct. 2. n. 28. & si filiæ mortuo verò restituta esset, nec aliter vsuræ solui possent, dos pro vsuris restitui deberet Anch. in d. reg. peccatum n. 29. versic. quæro vlterius.

326 27. Amp. vt non sufficiat rem damnificatam restituere cum supplemento eius valoris, sed cõmune præciũ restitui debet re damnificata recepta, nisi rei dominus aliud eligat siue dolo uel culpa damnum dantis hoc acciderit l. si seruus §. boue. de conditio. furti. cap. 2. de incur. Lup. d. § 65. n. 30. 31.

327 28. Amp. ut si quis aliquem re sua fundauerit quia secundum communem ualorem debito tempore plus ualebat ac restituerit dum minus ualeret, teneatur satisfacere de omni lucro post moram, nisi debitor omni fraude & culpa cessante, tunc impotens ad soluendum fuisset Henric. Herp. in suo præcept. 7. præcep. sermo. 6. in fine. Lup. d. §. 65. n. 31. uersic. ex his.

328 29. Amp. ut licet dãnũ inferẽs de iure ciuili ex leui &

leuissima

leuissima etiam culpa teneatur l. in lege Aquilia. ad leg. Aquil. Gram. dec. 4. n. 15. & seq. sed non iure poli, attamen ex dolo vel lata culpa illatum in conscientia reficere tenetur Innoc. in cap. sicut dignum. n. 5. de homicid. Roma. sing. 106. Corset. in sing. verbo. forum conscientiæ Felin. in cap. 1. n. 42. de constit. Gram. supra Tiraq. de pœn. temperand. caus. 13. n. 13. de cõi. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 6. §. 8. n. 12. Lopez. de cõtract. lib. 2. cap. 35. versic. iam hic qui dicit de damno leui culpa eueniente, quę venit in contractibus vtriusque gratia celebratis & in foro poli ad mortale non peruenit damnum inferentem ex cõmuni teneri, quia hæc obligatio non tam descendit ex peccato quam ex natura contractus, Guliel. de Bened. in c. Rainutius versic. si absque liberis 2. in tract. fideicommiss. num. 148.

329 1. Lim. quod dixi non teneri de leui, nec de leuissima in foro poli non procedere, quando damnum inferens id intenderet Innoc. supra. Gram. supra. n. 16: & in committendo leuis & leuissima culpa consisteret Coua. supra. n. 13. 14. Soarez. cõi. opinio. lit. C. num. 336.

330 1. Sublim. vel potius secus esse dicas quando culpa leuis vel leuissima omittendo accidisset, tunc enim non teneretur Coua. d. n. 13. Soarez supra. n. 337.

331 2. Lim. vt quando aliquis de damno tenetur, de primo tantum teneatur, non de successiuo, nec in infinitum Lopez. supra. versic. adde quod.

332 3. Lim. in eo qui vasa mala ignoranter locauit si conductorem monuerit vt videret qualia forent Lopez supra cap. 27.

333 4. Lim. non teneri in foro poli rei illicitæ operam dantem si damni non prævisi nec intenti causa fuisset; vt si fur domum noctu ingressus, inaduertenter & cõtra intentionem eam incenderit, quamuis in foro fori damnum reficere teneatur; eum vero qui culpa saltim veniali alienam domum combussit ad aliquam restitutionem teneri, non tamen totius damni Bonac. tracta moral. tom. 2. in tract. de restitutio. disputatio. prim. Q. prim. puncto. 3. §. 1 n. 11.

334 1. Sublim. vel potius secus esse dicas si probabiliter existimari poterat euenturum, tunc enim refici debet D. Thom. 2. 2. Q. 64. artic. 8. in corpore. Barbosa. in Lalia. §. eleganter. n. 56. solut. matrimo.

335 5. Lim. in eo qui damnum consentienti intulit Bonacci. d. disputat. 1. Q. 2. puncto. 5.

336 6. Lim. & declara vt Aduocati, medici, & huiusmodi licet de lata non autem de leui teneantur, attamen de leui etiam tenentur recepto prætio pro dicto officio exercendo de communi testatur Bonacci. d. Q. 2. puncto. 7. n. 19. 20. nec pro amissione causæ tenentur si alter diligentior fuisset, quando diligentiam adhibuit quam cęteri boni aduocati consueuere, modò ad maiorem diligentiam se non ostentauerit vel obligauerit, tunc enim de leui tenebitur; & si sciens clientem ad ipsum accessisse vt cœteris peritiorem, maiorem diligentiam adhibere tenetur, & ea non adhibita tenetur restituere quanti valebat spes clientis sperantis victoriam aduocato eam diligentiã adhibente; qui autem se peritissimum ostentauit, vel alium peritissimum excludit, de leuissima tenetur, & ad eam diligentiam quam peritissimus adhibuisset. Rebel. lib. 1. de contract. Q. 10. n. 7. Bonacci. supra. n. 21. & 22. vbi idem de medicis, & huiusmodi Anch. in reg. peccatum. n. 18. Q. 5. de reg. iur. in 6. dicens prælatum, & aduocatum de negligentia teneri illata dãna resarcire, idemque de Iudicibus iudicantibus vide supra amp. 11.

337 30. Amp. vt positiue ad damnum cooperans contra iustitiam ad restitutionem teneatur puta mandãs consulens, consentiens, approbans, dans refugium furem receptans vt male agat, licet secus sit, si velut hospes amicus vel consanguineus reciperet; tenetur etiam restituere ille qui negatiuè cooperatus est non loquendo, non obstando, vel non manifestando quãdo tenetur ex iustitia loqui, obstare, aut manifestare, si ad damnum efficaciter concurrat de communi Bonacci. de restitutio. disputat. prima. Q 2. puncto. 3. n. 1. & seq. secus dicens de dante tantum damni occasionem. Coua. in reg. peccatum. 2. par. relect. §. 12. n. 1. Carbon. de restit. Q. 65. versic. Prima eorum vbi quando alias damnum non fuisset illatum ex communiori & sua operatione damnificans etiam si alius intulisset tenetur ex communi. conel. t.

338 1. Mandans itaque tenetur damna restituere P. Nauar. lib. 3. cap. 4. par. 1. n. 26. Molin. tom. 3. tract. 2. disp. 729. Clauis Reg. lib. 10. tract. 2. cap. 7. Vasq. de restit. cap. 9. dubitat. 1. Bonacci. d. Q. 2. punct. 6. n. 2. Carbo. supra. conel. 3. communissimam dicit si præceptum causa fuerit sine qua non idem de exequenti dicens. Q. 3.

339 1. Amp. vt Princeps subditis mandans, ipsis, & damnificato damnum restituere teneatur Rebel. lib. 2. Q. 13. sect. 3. n. 14. Bonac. supr. puncto. 7. n. 17.

340 1. Lim. quando mandatum reuocauit & mandatario illud Innotuit Less. lib. 2. cap. 13. dubit. 3. Azor. 3. par. lib. 4. cap. 10. Bonacci. d. punct. 6. n. 3. Carbo. supr. versic. est hoc.

341 1. Sublim. vel potius secus esse dicas in consulente qui non releuatur etiam si consilium reuocet, quia cõsultus iam inflexus est consilio Nauar. cap. 27. n. 133. Azor. supra. cap. 11. quæst. 4. Less. supra. dub. 6. n. 16. Molina. tom. 3. disp. 731. de magis communi Bonacci. d. puncto. 6. nisi cum moneret contra quem consilium dedit d. n. 6.

342 2. Lim. non teneri quando mandatarius, mandati fines excessit, respectu excessus Azor. d. cap. 10. quæst. 4. Bonacci. supr. n. 7. quod si vnum loco alterius occiderit vide Bonacci. de irregul. Q. 4. puncto. 8. n. 17.

343 3. Lim. quando mandatarius alia causa motus deliquit Carbon. supra. versic. quartum.

344 2. Consulens, hortans, rogans, & instruens, damnum inferri, restituere tenetur de communi Coua. supra d. §. 12. n. 1. & Bonacci. Q. 7. vbi supra. in tract. de restitut. si causa fuit sine qua non Carbo. d. Q. 65. cõmunissimum dicit conel. 3.

345 1. Amp. etiam si ante factum conatus fuerit consilium reuocare, nisi consilium falsum fuisset. Nauar. cap. 27. n. 133. alios citat Bonac. supra. n. 6. & dixi supra. e. 1. versic. sublim. vel potius.

346 2. Amp. etiam si consilium ab alio datum fuisset Rebel. lib. 2. Q. 14. sect. 2. n. 5. Less. lib. 2 cap. 13. dub. 2. n. 2. Reginal. lib. 10. n. 109. Vasq. cap. 7. §. 1. dubit. 1. Couar. in reg. peccatum. 2. par. §. 12. n. 2. versic. hinc patet de reg. iur. in 6. Bonacci. d. punct. 7. n. 7.

347 3. Amp. vt pluribus consulentibus quilibet insolidũ teneatur,

teneatur, nisi consilium, vel auxilium partis damni tantum causa fuisset, quia tunc ad eam damni partem tantum consulens & auxilians tenebitur Coua. supra.& n.4. in fine.

472 5. Lim. vt qui rem furtiuam quam bona fide emit valentem 30. comedit cum amicis, si domi suæ decē comedisset decē tãtũ restituere teneatur, quia in decē locupletior effectus dicitur Vasq. sup. Bonac. sup. n. 13.

473 1. Amp. è contra vt si rem valoris 30. apud amicũ comederit cum tamen domi 40. comedisset, non teneatur vl tra 30. restituere; quia dominus vltra 30. nõ fuit damno affectus Vasq. sup. n. 5. Molina. tom. 3. disput. 218. Nauar. lib. 3. cap. 4. nu. 149. Bonacc. supra. n. 14. & 15. & is idem ex communi in veste aliena cõsumpta vt eius valorem tantum restituere debeat, & si extet eam domino restituere teneatur vna cum eo in quo locupletior factus est.

474 6. Lim. in eo qui bona fide iniustum & vsurarium contractum

contractum iniuit; nam ſi poſtea iniuſtum cognoue-
rit, ex tunc rem tenetur reſtituere, & id in quo ſe di-
tiorem factum inuenit; ſi autem ignorantia craſſa,
& ſupina fuiſſet, vt à peccato non excuſetur; tenebitur
reſtituere vti malæfidei poſſeſſor Molina. diſputat. 63.
& 720. n. 4. Bonaccina. ſupr. n. 16.

475 7. Lim. in poſſeſſore hæreditatis bona fide qui
maiores fecit expenſas, quam feciſſet, ſi hæreditatem
ad ſe non pertinere credidiſſet, has enim expenſas de-
ducet, licet ſecus ſit in factis intuitu hæreditatis ac-
quirendę l. ſed & ſi. de petitio. hæred. Sanch. ſup. n. 32.
Moli. tom. 1. diſp. 246. col. 988. & Bonac. ſup. n. 17.

476 8. Lim. in dubitante rem eſſe alienam poſtquam
bona fide acceperat qui facta debita diligentia, & in-
quiſitione nõ tenetur eam reſtituere, & ſi in alieni do-
minij magis inclinet aliquid reſtituere debet Sanch.
in ſum lib. 2. cap. 10. n. 9. Bonacci. de reſtitut. diſp. 1.
Q. 2. puncto. 2. n. 4. & ſeq. & ſubdit Bonacc. poſſeſſorẽ
qui hanc rem vendit, hoc dubium emptori exprime-
re teneri, & poſſe etiam emi adhibita diligentia per
venditorem vel emptorem inueniendi dominum; &
dubitantem vt ſupra re vti poſse ſi vſu non conſuma-
tur, vt equus ſoluto præcio vſus deductis expenſis, non
tamẽ re vti poſse quę vſu cõſumatur, vel deterioretur.

477 1. Sublim. vel potius ſecus eſse dicas in accipiẽte rẽ
mala fide dubitans eſse alienam, hic enim facta de-
bita diligẽtia partem reſtituere debet ad rationẽ du-
bij. Molin. tom. 3. diſput. 721. n. 3. Bonac. d. Q. 2. pũct.
2. n. 11. & ſeq. Sanchez. de matrimo. lib. 2. diſput. 41.
n. 25. & in ſum. lib. 2 cap. 23. n. 173. & 177.

478 2. Sublim. in dubitante rem eſse ſuam quam à bo-
næ fidei poſseſsore abſtulit, hic enim tamquam malę
fidei in totum reſtituere tenetur Sanchez. d. diſput. 41.
n. 26. Rebel. par. 1. Q. 5. n. 9. Moli. tom. 3. diſput. 723.
n. 4 Bonac. d. Q. 2. punct. 2. n. 15. idem dicens ſi ſuam
opinetur ex cõi poſt Sanchez. 17. n. 34.

479 3. Sublim. in eo qui rem aliquam occupare cœpit
cum à nullo poſſideretur dubitans ſuam vel alienam
eſse, qui pro rata dubij alienæ rei reſtituere tenetur.
Sanch. d. c. 23. n. 172. Bonac. ſup. n. 16. ſi tamen domi-
nus reperiatur ei cũ fructib. reſtitui debet vt per eum.

480 Diligentia autẽ adhibita melior erit cõditio poſſi-
dẽtis, & pro eo in dubio iudicabitur Sanch. d. diſp. 41.
n. 32. Bonac. ſup. §. incidens, vbi multipliciter infert.

481 57. Amp. in adultero qui tenetur reſtituere damna
marito poſt triennium, & etiam hoſpitali cui partus
expoſitus fuit, & alijs quibus ſpurius hæreditatem
abſtulit Bonacci. de matrimo. puncto. 4. Q. 15. n. 6. &
ſeq. de cõi. Diana. par. 2. tract. 17. reſol. 55.

482 1. Lim. quãdo dubitat nũ proles ſuſcepta ſua ſit an
mariti adulterę, quia mariti eſse credere poteſt, nec re
ſtituere tenetur Bonac. de reſt. d. Q. 2. punct. 2. §. inci-
dens. n. 6.

483 58. Amp. vt damnum Inferens actione iniuſta poſi-
tiua efficaci, vel ſolus, vel cum alijs, ſi ſolus in totum
teneatur, & pro parte; ſi cum alijs reſtituere Rebel,
lib. 2. de reſtitut. Q. 14. n. 1. & ſect. 2. n. 8. Azor. par. 3.
lib. 4. c. 10. D. Thom. 2. 2. Q. 62. art. 7. de cõi. Bonacc.
de reſtitut. diſp. 1. Q. 2. puncto. 3. & 7. n. 17. ſuperiorem
ſubdito damna inferre iubentem reſtituere teneri etiã
per inferentem paſsa vti mandatarium ex Siluestr. &
Moli. quamuis, quo ad mandatarij damna in poli fo-
ro ipſe diſsentiat, mandantis culpa ceſsante ad quam
præcauendam teneretur ex contractu, admonendo
mandatarium de periculis futuris. n. 18. Anch. in reg.
peccatum. n. 28. verſ. in dominis autem de reg. iur. in
6. vbi dominũ teneri damna reficere per eius anima-
lia illata vel pro noxa animalia dare. Carbon. de reſt.
Q 36. vbi de dato in occidendis vel attrahendis alie-
nis columbis, vel per eas, vbi idem inquit de paſcuis
tradens etiam quando cuſtodes non teneantur puta ſi
prohibitio iniuſta eſſet, vel cedens in neceſſitate exi-
ſteret. Et culpoſus damnum paſſo reficere debere ſi
probetur, quod niſi culpa illa præceſſiſſet, illud dam-
num paſſus minime fuiſſet tradit Crau. conſ. 8. n. 27.
Decia. conſ 97. n. 62. lib. 2. 47. n. 51. lib. 4. Couar. var.
lib. 3. c. 14. n. 2. ante fin. vbi ex Bar. in l. verum. n 2. de
furt. ait quod ſi fracto meretrici cauſa libidinis hoſtio
alter furetur, quamuis frangens furti non teneatur,
quia furtum non commiſit, tenebitur tamen actione
legis Aquiliæ ad refectionem damni & Meno. conſ.
1118. in fi. quod eſt deciſiuum. 1194. n. 1. & ſeq. vbi ex
officio obligatum teneri pro damno leui aut leuiſſi-
ma culpa accidenti; & regulariter iure ciuili tenetur
quis damnum reficere culpa etiam leuiſſima illarum,
ſed in foro conſcientię quis non tenetur niſi ob dolum
& latam culpam Rom. ſing 106. & Corſ. in verbo. fo-
rum conſcientiæ & Tiraq de pœn. cauſ. 13. n. 13. Bo-
uer. ſing. verbo. actio. n. 15. vbi de iniuria; & in ver-
bo. mixta n. 29. vbi quem teneri ad damnum per eius
inimicum illatum Corſ. ſing. verbo. colonus. probat
colonum ad damna teneri ab inexpertis eius labora-
toribus data. Mantua. ſing. 152. vbi de extrahente
nauis clauũ & 161. vbi de impediente ad brauium
currentem, vel tormentum manuarium ad ſignum
explodentem ne pręmium conſequatur, quod tamquã
legis violator puniri debeat. Gul. de Beued. in c. Rai-
nut. verbis & vxorem. dec. 5. n. 352. de teſta. vbi alie-
num falconem abſcondentem, & carne ſalata & ca-
ſeo paſcendo quibus obierit, licet ipſe his veſceretur
actione legis Aquiliæ teneri. Lopez. de contract. lib.
2. c. 27. verſ. prætetea quærit; eum non teneri tradit
qui vaſa mala locauit in foro poli, ſi dixit conductori
vt qualia eſſent videret, ſi mala eſſe ignorauit & cap.
35. verſ. iam hic; de damno culpa leui eueniente quę
venit in contractibus gratia vtriuſque celebratis, & in
foro poli ad mortale non peruenit, obligatum eſſe ex
cõi, quia obligatio iſta non tam deſcendit ex peccato,
quam ex natura contractus; quando autem quis de
damno tenetur, non de ſucceſſiuo & in infinitum tene-
tur ſed de primo tantum verſ. adde quod. Soarez. lit.
C. n. 336. culpam leuem aut leuiſſimam in omittendo
ad reſtitutionem non obligare ex cõi ait Coua. in reg.
peccatum. §. 12. de reg. iur. in 6. damnum dantem cõ-
ſulentem & auxiliantem in vtroq; foro inſolidum te-
neri & Add. ad Mago. dec. luc. 27. quamuis Mago. ibi
n. 54. ſecus teneat in foro poli Bonac. trac. moral. tom.
2. in tract. de reſt. diſp. 1. Q. 1. punct. 3. §. 1. n. 11. inquit
in conſcientia eum non teneri qui dans operam rei il-
licitæ damni non præuiſi, nec intenti cauſa fuit, velu-
ti ſi fur noctu domum ingreſsus eam inaduertenter, &
contra intentionem incendit, quamuis in foro fori,
damnum reficere teneatur; qui autem culpa ſaltem
veniali alienam domum incendit ad aliquam reſti-
tutionem tenetur non tamen damni totius & in tract.
de reſtitut. diſp. 1. Q. 2. punct. 5. ad reſtitutionem eum
non

non teneri ait qui consentienti damnum intulit, teneri autem iubentem mandantem & consulentem & consentientem damno alterius, receptantem, participantem, manifestantem, & à boni consecutione impedientem, declarando vt per eum punctis sequen. vbi latè de restitutione agit & Gul. de Bened. in cap. Rainutius versic. si absque liberis. 2. nu. 148. in tract. fideicom. substit. de testam. ob leuissimam culpam ad restitutionem damni in foro poli aliquem non teneri probat Crau. consi. 40. n. 10. & Gargiare. patro. 8. in fi. lib. 1. damnum futurum non refici probant & Cabedo. dec. lusit. 93. par. 1. de morte seruorum domus hospitantis peste infectum nō teneri eum qui morti causam dedit, subdens quod vbi quis damnum intulit vt ab incendio se liberaret in alienam domum iniuria non teneatur Barbos. in l si mora. n. 44. fol. matr. ex cōi inquit pœnam in foro poli non deberi, si vtrinque imposita sit, secus si ex parte vnius pœna sit, & ex parte alterius damni restitutio, sed si damnum per eum datum sit, qui illicitæ rei operam dabat, & poterat probabiliter existimari damnum illud venturum, refici debet D. Thom. 2. 2. Q. 64. n. 8. in corpore Barbos. in l. alia §. eleganter. n. 56. sol. matr. & pro illato leuissima culpa quem teneri etiam in foro poli Purp. cons. 449. n. 24. & Add. ad Bertaz. cons. crim. 16. in fi. Viui. dec. 6. vbi hæredem delinquentis de iure canonico ex delicto defuncti teneri ciuiliter ad damna medici & medicinæ, licet ad pœnam non teneatur, nec contra heredem agi possit iure ciuili ad operas defuncti ante motum iudicium excepta furti causa, & pœna ipso iure a lege imposita sine hominis ministerio & dec. 133 n. 4. probat inhabitantium culpa incendium processisse præsumi nisi probetur vigiles solitos & quamuis conductor teneatur de lata & leui non de leuissima ex pacto etiam de leuissima tenetur, item quæritur §. si gemma l. si quis fundum, l. sed & damno loca. Molina de contract. disp. 494. n. 3. ex communi. item de leuissima tenetur qui vt artifex operas locauit, vel in conducenda re frangibili Rim. Iun. cons. 441. n. 15. & seq. Gram. dec. 3. n. 16. 17. vbi incendium leuissima culpa puta inhabitantium illatum vt præsumitur in foro fori non poli refici, quia in foro poli ex leuissima culpa non tenetur. Corset. sing. verbo. forum conscientiæ vbi pœnitentiam probat imponi & de magis cōi Silu. in sum. verbo Aduocatus n. 16. nisi intenderet damnum vel esset in lata culpa tunc enim teneri ait in foro poli de cōi Villalob. lit. P. n. 66. 67. nisi culpa in faciēdo cōsisteret Trig. sing. 57. vbi quod licet incendiū culpa inhabitātis processisse præsumatur, quia leuissima est nō tenebitur conductor nisi culpā leuissimam præstare teneatur cū de leui & lata tātū teneatur ex magis cōi subdens pro bata diligentia conductoris culpā præsumptam excludi Ferrat. caut. 36. Rot. dec. 528. coram Ludou. vbi non teneri de incendio nisi ob latam aut leuem in actione locati non legis Aquiliæ, puta si re locata ad vsum non destinatū vsus esset Lopez. de contr. lib. 2. c. 27. vers. porro circa. vbi de dolo lata & leui teneri, non de leuissima nisi ad opus conductū exactissima diligētia exigeretur, puta in poliendo lapide præcioso tunc .n. de leuissima teneretur, prout si diligentissimū se obtulisset cap. 28. vers. deinde circa, & quando pro custodia mercedē recepit vers. circa l. qui mercedē loca. & Turza. cōi, opi. 185. vbi si constet qui damnū intulerit ipsū teneri, nō tamē eum teneri qui domū vicini destruxit ne sua comburatur, quę alioquin combusta esset. At si non conductor, nec dominus, sed alius incendiū causauit, nō tenetur dominus etiam si a famulo sit illatum, modò nō deliquerit in officio ad quod fuerat deputatus, dominus non tenetur, prout nec damno ab extraneo illato. Verum si ignoretur à quo incendiū processerit, inhabitantium culpa præsumi Burs. cōs. 53. n. 35. vbi leuissima teneri qui custodire tenetur Pereg. cons. 81. n. 1. lib. 3. conductorem teneri probat si eius culpa fructus marcescant Rot. dec. 62. par. 2. recentis probat incendiū sine culpa conductoris accidisse asserenti culpam abfuisse ab eo probare teneri nisi locator agat ad dāni refectionē tunc .n. debet locator culpā conductoris probare & dec. 104. incendij conductorē non teneri, sed ad locatorē spectare nisi conductor in vsum non destinatū vsus sit, vel nisi ita conuenerit cōductor vt teneatur, & licet actione locati de lata & leui tantū teneatur, si lege Aquilia de leuissima teneri, & vt conductor excusetur cōstare debet vt diligentē fuisse vsum & quod conductor de lata & leui, non leuissima teneatur Mago. dec. Flo. 111. n. 21. Rot. dec. 278. n. 5. corā Ludouis. Meno. cons. 53. n. 21. Rim. Iun. cōs 795. n. 33. Arnon. dialo. 9. Garg. patr. 58. n. 4. Fari. Q. 169. n. 26. 27. vbi idem de custode cū mercede de cōi. Lopez. d. c. 27. vers. idemq; & vers. seq. Ceph. cons. 362. n. 19. & seq. 740. n. 25. operas locantē in re fragili nō teneri de leuissima nisi se peritū asseruerit Cag. in l. contractus. n. 45. de reg. iur. l. si merces §. qui columnam loca vbi Cast. de culpa negligētia & imperitia teneri. l. eū in plures, §. ferrum eod. tit. Gāma. dec. 154. secus dicens si petitia probetur, & quod solita fecerit vide Caroc. de loc. par. 2. c. 77. in parua impressione Surd. cons. 61. n. 16. & seq. culpā ait ab allegāte esse probādā & dec. 316. n. 68. & seq. declarat ex quib⁹ culpa tollatur & Rol. cons. 95. lib. 2. Ceph. cons. 362. nu. 19. & seq. vbi de leui nō leuissima teneri si sequatur incēdiū & Rim. Iun. cons. 795. n. 31. & seq. vbi de conductore domus qui promisit eam quouis modo non dirui deuastari vel deteriorari, suo dolo culpa causa negligentia, vel defectu, quod ea combusta nō teneatur Thes. Q. foren. 61. lib. 3. mulionē teneri de culpa quia ballas in stabulo dimisit, non ob duplas in eis ipso inscio positis indicatum ait, & Q. 79. damnum in fructibus a solo separatis ex cōi cōductoris esse. Destructa autē domus ne aliæ comburerentur refici debet Mantu. sing. 351. & ibi initiū præsumitur incendium habuisse vbi primo ignis visus fuit præsertim ex coniecturis Rot. dec. 427. & 448. corā Ludouis. & 278. debere probari sine culpa processisse & Lopez. de cōtract. lib. 2. c. 35. vers. tādē vbi idem in alij quæ sine culpa nō solent accidere, secus in incursu hostium & alij quæ sine culpa accidere solēt in bis. n. præsumitur abesse culpā & quādo incendium culpa euenisse, & quando excusetur, & vicinus etiā teneatur tradūt Affl. dec. 57. Put. dec. 82. lib. 2. Meno. de arb. cas. 390. Gab. cōs. 159. lib. 1. Burs. cons. 59. Nouel. reg. 180. Viui. cōi. opi. 439. Gail. obs. 22. lib. 2. Mazol. cons. 85. Mar. Angul. cons. 124. Crau. cons. 35. Franc. Marc. dec. 817. par. 2. Turza. vero. d. opi. 185. inhabitantem probare teneri sine sui culpa incendium euenisse n. 8. & idē de quolibet obligato custodire nisi incursus hostiū foret, vel Diuino iudicio

iudicio accideret, quãuis secus vbi casus includit culpam vt furtũ & incendiũ, dequo incendio non teneri conductorẽ 1, si non cõstet de culpa certæ personæ. 2. si ignis iuxta solitũ habit' fuerit in domo etiã si pueri tantũ relicti sint in ea. 3. si conductores vigiles esse cõsueuerint; prout è cõtra tenetur constito quod circa ignẽ negligens esse soleret post Ana. cõs. 71. Lopez. d. lib. 2. c. 28. in fi. inquit in cõtractib⁹ quibus de dolo & lata culpa quis tenetur asserentẽ interuenisse probare teneri, at vbi de leui vt in cõductore, vel leuissima vt si pro custodia mercedem recepit ei casũ probare incũbit, prout cuilibet custodi Viui. dec. 150. incendio orto in domo vicini eã vicinũ destruere posse dolo & iniuria cessante, prout & nauta funes anchorarũ nauis alterius in quos vi uentorum incidit, nec vllo pacto tenetur. Sedquod si cũ alijs damnũ intulerit q̃d insolidũ teneatur quilibet, licet repetere à socio partẽ possit nisi tota res ad condẽnatũ peruenerit Coua. in c. peccatũ. §. 12. n. 3. de reg. iur. in 6. Add. ad Mago. decis. Luc. 27. licet Mago. n. 54. pro rata teneri probet & licet in iudicio ciuile omnes insolidũ teneri probet & Viui. dec. 451. in fi. & Add. ad Thes. dec. 254. attamen Thes. n. 3. non teneri probat nisi pro rata etiã ex delicto nisi alij non sint soluẽdo attamen si cõstet quantũ quisq; damni intulerit pro alijs non teneri Flo. in l. itẽ. Mæda. 11. §. sed si plures ad leg. Aqu. Cabal. resol. cri. 198. n. 11. 12. Mona. dec. Bon. 63. n. 2. & seq. & 64. n. 6. cõstito de damno ad restitutionẽ teneri eum qui illius causa fuit ex l. 27. §. si furnũ & l. 50. ad leg. Aquil. & dec. 65. damnum ei imputari qui sui culpa sentit & modicum impedimentum vel quod facile potest remoueri non attendatur, & licet qui causam dãni dat damnũ dedisse videatur & de omni dãno sequenti teneatur & si causa remota sit, regulariter tamen intelligitur de dãno immediate ex antecedenti occasione secuto, & ex valde remota quis non tenetur & reg. qui causam damni &c. non habere locũ quando factũ non erat ad damnũ ordinatum & si operam rei illicitæ daret, nec vbi initium licitũ fuit & Crau. cõs. 319. n. 21. & alijs & in eo qui soueã fecit in via poblica in quã cadens crura fregit nisi debita diligentia adhibita sit apponendo trabem vel cooperiendo Rota. dec. 289. par. 5. diuersor.

484 1. Lim. in dubitãte an sua actione vel omissione efficaciter cooperatus sit ad alterius damnum Siluest. verbo. restitut. 3. Q. 6. Rebel. d. sect. 2. Nauar. lib. 2. de resti. c. 4. dub. 4. n. 58. Sanch. in sum. lib. 1. c. 10. nu. 44. Reginal. lib. 10. tract. 2. c. 7. n. 4. & c. 12. n. 6. Bonac. d. Q. 2. punct. 4.

485 1. Sublim. quando constat aliquem ex quatuor dãnum intulisse sine mutuo cõsensu, vel consilio, sed dubitatur quis eorũ intulerit damnum, tunc enim eorũ quisque tenetur ad restitutionem ratæ dubij maioris vel minoris Bonac. supr. n. 5.

486 2. Sublim. in dubitãte ante factum qui tenetur ad restitutionẽ postqua constiterit damnũ re ipsa secutũ ex illius actione, quia peccauit contra iustitiã exponẽdo se voluntariè periculo faciendi iniustã & dãnificatiuã actionẽ Rebel. lib. 2. Q. 14. sect. 6. n. 34. Bonacci. sup. n. 6.

487 2. Lim. volenti & consentienti simpliciter & absolutè (non inuoluntariè mixtè) iniustũ non fieri, nec esse locum restitutioni Aragon. 2. 2. Q. 59. art. 3. Molin. tom. 1. disp. 9. Less. lib. 2. c. 7. dubitat. 3. Bonac. d. Q. 2. punct. 5. qui tamen hoc admittere nõ videtur in adulterio, & homicidio, clericiq; offensione, quia filij, Respublica & totus clericalis offenditur ordo.

488 3. Lim. in ligna cedente non in fundo priuato alieno, hic enim restituere debet sed Cõmunitatis si pars eius sit, ille .n. non tenetur restituere, nisi damnũ notabile intulerit, & tunc post condemnationem tenetur ad pœnam Bonacc. sup. Q. 3. punct. 7. n. 16. & 17. Carbon. de rest. Q. 36. vbi nõ teneri restituere subdit qui in cõi intulit stante lege nõ cedendi nisi strages magna sit cõcl. 4. & posse etiã cedere in re cõis, nõ obstãte Principis prohibitione donatione vel vẽditione concl. 3.

489 4. Lim. in dãno dato a seruis & animalib⁹ alicuius, dominus .n. sine sui culpa non tenetur ad damnũ nisi dominus ditior sit effectus, vel secuta cõdemnatio, si verò culpa iuridica damnum prædictũ illatum fuerit non tenetur dominus secluso cõtractu quamuis teneatur ex culpa Theologica idest mortali vel veniali Bonacc. sup. punct. 8. vbi etiam gubernatorem Vrbis vel familię ad dãna sibi commissorum teneri ob sui culpã ex Silu. de restit. §. 16.

490 5. Lim. patrẽ non teneri damnũ resarcire à filio datũ sine patris culpa §. fi. Inst. de noxal. Molin. a. tom. 3. disp. 713. Rebel. lib. 2. Q. 14. sect. 8. n. 61. Clauis, Reg. lib. 10. tract. 2. c. 14. Bonac. sup. n. 5.

491 6. Lim. vt sup. in 11. ampliatione & si damnũ in re fructifera in spe existẽte detur expẽtarũ, periculi, & incertitudinis ratio haberi debet & an per iniuriã datũ sit an casu, & an graue sit Carb. de rest. Q. 39. cõcl. 1.

492 59. Amp. vt procurator ad emendum equum 100. si emerit 90. teneatur x. restituere & si ad vẽdẽdũ pretio 100. vendiderit. 90. ad 100. tenetur, quod si pluris vendiderit totum restituere tenetur, nisi equũ sibi ipsi emptum pro 100. accepisset, & postea pluris suo nomine vendidisset Molina. de contr. disp. 363. n. 1. Rebel. 2. part. lib. 9. Q. 18. sect. vlt. n. 37. Siluest verbo. emptio. Q. 24. Less. lib. 2. cap. 21. dubitat. 18. nu. 137. Bonacc. supra. punct. 6. n. 13. & seq.

493 1. Lim. nam si ex opera & industria extraordinaria pluris vendiderit, vel minoris emerit, id pluris pro sua opera retinere poterit Rebel. sup. Reginal. lib. 25. nu. 317. Molina. disp. 362. Bonacc. sup. n. 19.

494 60. Amp. vt acceptũ pro faciendo opere debito ex iustitia danti restituendum sit, vt in iudice de publico stipendiato Medina. de rest. Q. 2. dub. 2. Nauar. c. 17. n. 37. Rebel. 2. part. lib. 18. Q. 20. Less. lib. 2. c. 14. dubitat. 9. n. 63. Bonacc. de rest. Q. 3. punct. 2. n. 1. & 2. vide sup. amp. 38. Carbon. de rest. Q. 50. subdẽs in extrema necessitate positi ab eo ex actu virtutis accepta restitui debere.

495 1. Lim. quando ab alio daretur cuius id fieri nõ interesset, vel liberaliter donatũ foret Vasq. c. 7. disp. 6. n. 47. Bonac. d. n. 1. Carb. sup. idem dicens si iusta nõ esset merces donata vt aliquid amplius recipi posset maxime ob maiorem laborem.

496 61. Amp. quæstores aliquid ab his accipere nõ posse quib⁹ ex officio pecunias soluere tenẽtur Nauar. de dat. & accept. n. 53. Reginal. lib. 10. tract. 1. nu. 179. Bonacc. sup. n. 7.

497 62. Amp. ministros iustitiæ seu executores nõ posse aliquid vltra præcium sibi a partibus taxatum recipere nisi pro maiori labore quã tenerentur Nauar. c.

17. n.

17.n.34.Coua.in reg.peccatum.par.2. §.3.n.10. Reginal d.n.179.Bonacc.sup.n.8.

498 63. Amp. in receptis pro illicito opere faciẽdo ante opus quæ restitui debet quilibet .n.à malo abstinere tenetur, licet secus sit in receptis etiam ex promissione ante opus, quam post opus promittens soluere tenetur Less.lib.2.cap.18.dub.3.n.18. Molina. tract. 2. disputat.74. conclus.2. Emanu. Sà verbo. restitutio n.17.Nauar.lib.4.cap.2.n.132.Bonac.d.Q.3. punct. 3.licet in foro fori promittens non teneatur hoc casu implere opere facto quod antea promiserat. Carbon. de restit.Q.47.præsertim si ita lege caueatur &Q.49.

499 1.Subamp. vt pater, dominus, & maritus in illicitè quæsitis per filium, seruum, & vxorem nullum ius habeant, vt (quicquid alij senserint) probat Bonac. supra.n.12.Carbon.de restitut.Q.48.concl.9.

500 1.Lim.nam pro peccato vitando quid accipi & retineri potest Carbon.sup.concl. 6.sup. amp. 42. Carbon.sup. Q.50. vbi etiã vltra taxam legis recipi posse per modum gratitudinis, vel si taxatio iustanon esset.

501 2. Lim. nam acquisita ob turpem causam restitui debent tam antequam post factum recepta quando lex capientem incapacem facit, illique qui dedit restitui debet, nisi aliud iure caueatur vt in beneficio simoniaco Nauar.lib.4.cap.2.n.91. 132.& 246. Reginal.lib.20.n.185. Molina. disput.94. Vasq. cap. 7. dubit.9.n.77.de communi Bonaccin.supra.n.9.& seq. Carbon.de restit.Q.47.concl.5. & Q. 48. concl. 11. ex actu turpi mercedem operis locati capi posse vt in parasitis, mimis, histrionibus & huiusmodi. & Q. 49. concl.5.& Q.50.concl.14.

502 3. Lim.non procedere in contractu malo ex aliqua circumstantia de cõi Carbon.de restit. Q.47.concl.2.

503 64.Amp. vt eripiens ex periculo rem alicuius puta ouem ex faucibus Lupi domino restituere teneatur detracta æstimatione laboris & periculi propriæ vitæ Nauar.cap.17.n.99. Less.lib.2.cap.5.n.67.quos vide refert Bonacci.supra.puncto.5.n.9.

504 65.Amp.vt malæ fidei possessor de interitu teneatur etiam si res quæ perit eodem modo penes dominum perijsset contingenter Bonacci.de rest.disp.1.Q. 3.punct.10 n.2. vide supra amp.47.

505 1. Subamp. idem esse licet dubitetur an eodẽ modo penes dominum perijsset Bonac. supr.n.8.

506 1.Lim. quando eam domino obtulit qui penes furem custodiendã dimisit, tunc .n.de interitu non tenetur, si casu, & sine furis culpa perierit Siluest. verbo. furtum. quæsit. 26.Bonac.supr.n.2.

507 2.Lim. quãdo res certò peritura eodem modo fuisset apud dominum Molina.tom.3.disput.725.concl. 7.nu.11. Medina. de restitut. conclus. 6. Nauar. cap. 17.n.8. Bonac.d. n.2.nisi locupletior factus esset vt per eum.

508 1.Sublim quãdo rem fur destruxit eo tempore quo apud dominum peritura non fuisset puta post incendium domus domini rei, quia in mora restituendi cẽsetur.Nauar.cap.17.n.26.Rebel.part.1.lib.2.Q.7. n. 3.Bonac.supra.n.7.

509 66.Amp. vt malæfidei possessor restituere teneatur cui rem abstulit aliquod ius circa eam habenti, eiusuè successori D.Thom.2.2.Q 62.artic.5. Moli. tom. 3.disput.741.n.1.Rebel.lib.2.de rest.Q.11. n.1. Nauar.lib.4.c.2.n.19. Bonacc. de restit. disput. 1. Q. 4. punct.1.n.1.&6.vbi cum Molina.supr n.7. bonis creditoris publicatis restitui fisco debere probat.

510 1.Lim. vt emptor malæfidei domino restituere teneatur nisi alioquin prætij amittendi periculum subiret, tunc enim à quo emit restituere posset, vel nisi certo sciret domino restituturum Clau.Regia.lib. 10. tract.1.cap.3.Bonacc.supra.puncto.2.n.2.

511 2.Lim. quando furi abstulit, tunc enim domino restitui debet prout & quando bonæfidei possessor cœpit cum malafide possidere, & est morosus si cum à quo recepit iniustum constet esse possessorem Molin. sup.n.5.Nauar.sup.n.22.& 28.Bonacc.d. punct. 1. n. 4.& 5.

512 3.Lim. vt licet qui bona hæredibus restituenda in pia opera insumpsit pro anima defuncti; iterum restituere teneatur Molina.supr.n.1.& Bonacc.supra.n.7. secus tamen est quando hæredibus dandum indiuiduum bonafide vt supra impendisset vt per eos.

513 4.Lim. vt retinens rem quam defunctus rei dominus alteri distribuẽdam in pia opera commiserat,per se distribuat in ea opera, nec mortaliter peccet, quia non videtur intulisse notabile damnum, modus enim tantum variatus fuit, nec iterum restituere teneatur Molina supr.Bonacci.d.punct.1 .n.8.

514 67.Amp.vt bonæfidei possessor si malafides superueniat non domino rei, sed ei à quo eam emit restituere teneatur, vt præcium recuperare possit Nauar. cap.17.n.6.Siluest.verbo.restitutio.3. quæsit. 10. Rebel. part.1.lib.2.Q 9.nu.3. Salon. 2.2. Q.62. artic.6. Azor.part.3.lib.4.cap.3.Q. 1.Less. lib.2. cap.14. dubitat.3.n.14.Bonacc.d.Q.4.puncto.2.n.1.vide supra amp.56.

515 Contrarium tenent Sot. de iust. & iur. Q. 7. artic. 2.concl.4.Coua.in reg.peccatum par.3.n.3.Molina. tom.3.disp.722.

516 1.Lim.primam opi.quando titulo lucratiuo acquisiuit, tunc enim verò domino non autem furi restituere tenetur à quo recepit, nisi moraliter certus sit furẽ domino restituturum Clauis Regia. lib.10. tract.2. c. 2.n.21.P.Nauar lib.3.cap.2.lim.3.n. 19.

517 2.Lim. in mulione qui rẽ furtiuam bona fide alteri deferendã accepit, qui vero domino restituere posset si hoc sine sui graui damno, & absq; periculo amittẽdæ mercedis facere posset,admonito fure,alioquin ei deferet cui fur dixit; quod si scienter acceperit, verò domino restituere tenebitur, quamuis mercedẽ amissurus esset Bonacc.supra n. 3.

518 3.Lim.vt qui rem emit à fure verò domino restituere teneatur, siue furem non inueniat pro præcio recuperando, vel inuentus præcium restituere nolit Clauis Regia supra n.17. de communi Bonacci. supr. n.4.Mangil. de euict. Q.170. n.17. etiam si præcium perdat ex tutiori,licet emerit bonafide & postea fit in mala constitutus domino reperto licet cum Less. teneat furi restituere posse vt præcium recuperet & latè agit quam rem furtiuã emens præcium consequatur vide supra n.458.

519 1. Amp.vt qui bona fide rem furtiuam emit & vẽdidit, teneatur rescindere contractum & præcium restituere emptori, & rem vero domino restituere postquam cognouit alienam esse Clauis Regia supra. nu. 13.Molina,tom.3.tract.2.disput 821.n 6.Less.lib.2. cap.14.dub.5.Bonaccina.supra.n.5. etiam si non sit

factus locupletior ex prætio ex Sanch. in sum. lib. 2. cap.23.n 22. nec cedendo actionem contra primum emptorem liberatur Bonac.supr.n,8.

520 1.Subamp.in eo qui emit rem falsam, & vendidit Sanch.supr.n.26.& Bonac.supra n,7.

521 1.Lim. d amp. nam si emerit equum furtiuum bona fide à Titio quem bona fide vendidi Caio, qui Caius domino comperto equum restituit, quando cum Caius me posset admonere, non fecit, antequam equũ domino restitueret, non teneor Caio præcium restituere, si monitus ego à Caio prætium a Titio recuperare potuissem; licet secus sit si ego admonitus præcium a Titio recuperare minime potuissem, tũc enim Caio præcium restituere teneor. Less.sup.Bonacci.supra n 9.

522 2.Lim.quando emptor bonæ fidei rem alteri eodẽ præcio vendidisset, licet restituere teneatur augmentum præcij quod receipisset Sanchez.sup. n. 25. & 28. Molina.tom.3.disput.721.n.6.& seq. Vasq.cap. 9. §. 2.dubitat.4.n 21.Bonacci.supra.n.10.11. vbi autem gratis accepisset, totum præcium ex venditione receptum restituere debet vt per eum.

523 3. Lim. vt emptor & venditor rei eiusdem alienæ recuperans ab eo cui vendidit præcio minori, non teneatur rei domino reperto, cum re illud præcij augmentum restituere, quia dominus rei suæ receptione remanet indemnis Molina.tom.3.tract.2. disp. 721. n.10.Bonacci.supra n.12.

524 Contrarium nempe etiam præcij augmentum restitui debere ex communi Rebel.lib.2.Q.5.n.11.Sanch.sup n.29.de cõi.Molina.sup. & Bonacc. supra.

525 68.Amp.si ex delicto, vel ex re accepta restitutio facienda sit, totum simul quantum potest restitui debeat, nec sit per partes facienda restitutio; ex contractu verò iuxta pactum, & per se, vel per alium, restitutio fieri potest, nec opus est publice fieri ratione scandali vitandi, & in quacumque pecunia fieri potest nisi aliter conuenisset Siluest. verbo. solutio. Q. 3. ex communi & Bonacci.supr.Q.7. vide infr. lim. 49.

526 69.Amp.vt prius ab eo qui rem formaliter & effectualiter habet, restitutio facienda sit, si bonæ fidei, si extet, vel ex ea ditior factus sit; indistinctè autem si malæ fidei possessor sit Coua. in d. reg. peccatum. par.2.§.12.n.4. Molina.disput.737.n.2. Clauis Regia.lib.10.tract.2.cap.12.n.15. Rebel.lib.2. de restitut.Q.15.n.1.Less.lib.2.cap.13.dubit.5.n.40. Azor. part.3.lib 4.cap.19.quæs.3 Bonacci.de rest. vbi sup. Q.8.puncto.1.n.2.& 3. ex communi Vasq. de restit. cap.9.n.52.& 56.

527 1.Subamp. vt præcipiens damnum fieri restituere teneatur, si supra eum cui iussit authoritatem habuerit vt pater, dominus, maritus, & huiusmodi, in filio, vxore, seruo &c. Molina.supr. n.3. Clauis Regia. supra n.13.Less. supra n.41.Siluest. verbo restitutio. 3.quæsit.3.Bonacci.supr.n 4.vide supr.amp.29.

528 1.Amp. vt post præcipientem exequens damnum restituere teneatur D.Thom.2.2.Q. 62. art. 7. Vasq. cap.9.dubit.3.n.51.Bonacci. supra. n. 5. vbi etiam si arma alter exequenti tradiderit n.7.post Vasq supra, n.56.

529 2.Subamp. vt si plures aliquem communi consensu aggressi fuerint, sed alter tantum percusserit, omnes principaliter damnum restituere teneantur Vasq. supra.n.59.Bonacci supr.n.8.

530 3.Subamp.vt post præcipientem consulens & mandans teneatur, & post eos receptator, post receptatorem non impediens, nec manifestans cum ex officio teneretur D. Thom. d. artic.7. ad secundum Clauis Regia supra.n. 14.Vasq.supra.§.3.n.10.P.Nauar. lib.3.cap.4.n.81.Bonacci.supra.n.9.10.vbi intelligit nisi causæ secundæ ad malum cooperatæ sint, quia tunc & ipsæ pro rata tenerentur & in defectum priorum insolidum vide supra amp. 30.

531 1.Lim.69.amp. vt restituente causa principali totum cœteri sequẽtes successiue liberi sint D.Thom. d. art.7. Medina.de restitutio.Q.8,Coua. d. §. 12. nu. 4. Rebel.d.Q.15.n.1,Clauis Reg supra n.16.Vasq.cap. 9.dub.3.n.51.communem probat Bonacci.supra.nu. 21.

532 1.Amp. vt si causa secunda integre soluat, nõ possit damnum passus a prima causa seu principali prætendere quicquam, sed secunda causa à prima indemnis conseruari debet P.Nauar. supra.n. 84. Less. d. n. 40.Molina.supra Clau. Regia supra n.18.Vasq. supr. n.51.Bonacc supr.n.12.

533 1,Subamp. vt si plures vnius causæ vt puta præcipientes vel exequentes existant, quorum alter totum soluat, ab alijs ratas repetere possit Vasq. supr. cap. 9.dubit.4.Bonacci.supra n. 4.

534 1.Amp. etiam si inferioris causæ vnus plurium totum soluat priori causa non soluente, adhuc enim à cooperantibus ratas consequi debet Clauis Regia. supra.n.20.P.Nauar.supr.n.86.Molina.supra. n.4. Bonacc. supra.n.15.

535 2. Amp. vt si trium vnus non soluendo sit, & alter totum soluat, totius soluti medietatem restituere debeat tertius soluenti. & sibi actio dabitur contra soluere non valentem pro sexta parte totius Less.supra dubitat.8.n.60.Molina.supra.n.4.& 5.Bonacci.supra.n.16.

536 2.Amp. primam lim. idem esse vt causæ sequentes liberæ sint, primæ causæ damnum condonetur; si autem plures sint in prima, vel alijs causis & vni donetur alij pro alijs eorum ratis tenebuntur, & si causarum sequentium alter liberetur, principalis nihilo minus insolidum tenebitur, non tamen causæ secundæ actio contra principalem dabitur absque cessione sibi a creditore facta Less.d. dub.8. n.59. Molina. disput.737.738.P.Nauar.lib.3.cap.4.n.116.117.part. 1.dub.9.Vasq supra.n.68.Bonacci.supra.n.17.18.

DECAS IV. TRACTATVS IV.
DE CREDITORVM CONCVRSV.

537 70. Amp. vt inter creditores restitutio per debitorem fieri debeat primo rei alienæ si dominus sciatur l.procuratoris. §. plane vbi glo. & Doc.de tributo vel etiam si ignoretur Molina. disput. 760.Reginal. lib. 10.n.235.Vasq. de restitutio. cap.11. n.13. Less. lib. 2. cap.15. dubitat. 1.n.3. Bonacc.de restitutio.disput. 1.Q.8.puncto. 2.n.5.vbi etiam ex communi pauperibus, vel capsæ incertorũ fieri debere si dominus ignoretur; & prius dominis res suas restitui debere Molina.de contract.disput. 536. n.30. & seq. post Bal. in l.pro debito.n.1.C.de bon. autho. iud. possiden dixi, in pactis pignorum & hipothecarum Carbon. de re-

stitut.

stitut. Q.92.concl.4.etiam incerta vt sacratus calix concl.3.Pereg.cons.80.n.6.& seq.lib.3.vide infra. n. 1051.& seq.

538 1. Subamp. ut si plurium esse dubitetur, cui libet pro rata dubij restitui debeat ac distribui, & domino reperto ipsi restituere debent nisi legitimè pręscripsissent Less.supr.o.3. Vasq.supr. de cõmuni testatur Bonacci.supra.n.7.

539 2. Subamp. vt venditor ratione præcij non soluti præferendus sit Medina.C.de restitut.Q.2.Nauar.c. 16.n.49.Caietan.verbo.restitutio, cap.8. Lessi. supr. dubitat.2.n.11.alios citat Vasq.de restitut.c.11.dub. 3.n.16.Bonacci.d.punct.2.n.8.Carbon. supra. concl. 4.subdens quod aucto rei præcio res vendenda esset, & soluto suo præcio venditori reliquum creditoribus distribui.

540 Contrarium tenent P. Nauar.lib.4. cap.4. n.39. Azor.par.3.lib.4.cap.36.quæsit.1.Moli.d.disputat. 536.tom.1.Vasq.supra.Couar.var.lib 1.c.7.n.3 est tex.in l.procuratoris.§.planè.de tributo.nisi dominiũ retentum fuisset.

541 Alij volunt venditori merces restituendas esse. & si plus valerent cęteris creditoribus esse soluendum Bal. in d l.pro debito.n.1.Nauar.cap.17.n.49. verius inquit Siluest.verbo.restitutio.6.n.5.

542 Contrarium tameo nisi non habita fide de præcio merces venditæ fuissent Ang.in verbo.restitutio.2.n. 16.& plerosque ita tenere probat Gutier. pract. QQ. lib.5.Q98.n.5.6.& Q.100.n.16.

543 Quod si ex statuto vel pacto dominium non soluto præcio non transferatur venditor in re vendita præfertur l. procuratoris. §. planè. de tributor. act. Gomez.de emp.& vend.n.29.versic.item etiam infertur Ripa.in l. si ventri §.in bonis.n.6.7. de priuileg. credit. Mago. dec. Luca.31.n.10.Surd.dec.157.n.3. & seq.vbi etiam facta traditione, & interim esse locationem de quo plene dixi in pactis uenditionum amp. 5.prioc & Gail.obs.15.lib.2. tribus casibus uenditorem præferri probat emptore cessante uel decocto. primo si de pręțio fidem non habuerit; secundo si uenditori specialiter res fuerit hipothecata pro præcio nõ soluto; tertio si emptor dolosus esset, quia sciret tẽpore uenditionis non esse; sed dolus iste probari debet cum noo præsumatur Ripa.supra. Rota.dec.399.n.3. par. 2. recentis. ubi quando uenditor sibi dominium reseruauit uique quo præcium integrè solueretur & 42.& Marta.dec.43.Pisa.ubi saltem ob specialem hipothecam Mangil.de euict.Q.40.etiam contra tertiũ possessorem Q.42.

544 3. Subamp ut debita certa prius incertis quorum dominus ignoratur solui, ac restitui debeant Valent. tom.3.disputat.5.quæs.6.puncto,10. Clauis Reg. lib. 10.tract.5.cap.10.Vasq.d.cap.11.n.3.10.Bonacci.supra.n.9.Carbon.supra.concl.3.& quando primus cõtractus incertus esset ratione loci & quotæ Rim. Iun. cons.99.n.10.

545 Contrarium tenet Molin.tom.2 disputat.750.n.2.

546 4. Subamp. ut prius debita ex contractu oneroso, quam ex lucratiuo solui debeant per eum qui soluendo non est Molina.supra.n.4.Medina.C.de restitutio. Q.2.dubitat.5.conclus.4.Nauar.cap.17.n.50.Rebel. Q.19.n.14.Clauis Reg.supra.n.34.Less. supra. n.35. Reginal.supra.n.239.post Anchara.in reg. peccatum n.30.uersic.ulterius quæro.de reg iur.in 6.Bonaccin. supra.n.12.Carbon.d.Q 92.concl.5.Cabal.cons.26. par.2.

547 5. Subamp. ut prius legata quam debita hæredis soluenda sint, nisi hæreditatis intuitu facta fuissent puta pro testamento, inuentario, ac funere defuncti Siluest.verbo.restitutio.6.quæsit.6.Ang.in verb. restitutio.2.0.17.Nauar.d.n.50.Bonacci.supra n.14.contra Clau Reg & alios & si legata pia sint & prosana pro rata soluentur si hęreditas soluendo non sit Dian. par.3.tract.5.resol.60.

548 6. Subamp. vt hipothecarijs prius quam chirographarijs, & solum personalem habentibus solui debeat l.eos C.qui potior.in pigno.habean.vbi glo. declarat Bal.in l.pro debito.n.1.C.de bon.autho.iud.possiden. Molina.d.disputat.536.n.30. & seq. vbi hipothecariorum subdit prius esse priuilegiatis satisfaciendum. Bal.d.n.1.Anch.supra.Clau.Reg.supra.Less.supr. dubitat.4.n.22.Marta.dec.Pisa.83 Franc.dec.93.n.9. Bonacci.supra.n.15.Carbon. d. Q.92. concl.11. nec hipothecarij etiam scriptura priuata concurrunt cum personalem habentibus Carta.dec.130.Ricci.collec. dec.66.Franch.dec.82.n.7 & per totum & publicum instrumentum posterius, priuatæ scripturæ præfertur nisi eius veritas probetur Manti.de contr. lib. 11. tit. 22.n.24.Thes.Q.89.n.13.lib.3.Odd.cons.100.n.54. & seq.vbi late quæ sint probanda.Senat.Dolan.decis. 27.vbi chirographarios ex ordine temporum constitui post hipothecarios, & chirographum nisi trino teste notatum, vel nisi ex statuto non haberet hipothecam.

549 7.Subamp.vt plurium hipothecariorum priori solui prius debeat nisi posterior ad rem emendam vel reparandam mutuasset vel huiusmodi casibus vt dixi in pactis pignorum & hipothecæ Coua.var. lib. 3. c. 7.n.2.Less.supra.n.23.Bonacci.supra.n.16. Carbon. supra.concl 6.intellige vt in l.procuratoris. § planè. de tributo act.& tacita prior puta dotis posteriori expræsse præfertur de communi.Viu.dec.438.n.13. de communiori Gutier.pract.QQ.lib.5.Q.99.n.20.Facchi.contro.iur.lib.3.c.99.Mins.cent.4.obs.13.Manti. de contract.lib.11. tit.25. n.2. & expræssa posterior pro dote anteriori tacitæ non expræssæ præfertur Sali.in l.assiduis.n.3.C.qui potior.de communi Cor.cos. 18.n.3.lib.1.& Aret.in § fuerat. n.33. Inst. de actio. & Soarez.lit. D.n.909. in dote expræssa incipit à die contracti matrimonij, & tacita à die promissionis si sequatur numeratio de communi Marta.dec.Pis.13. n.9.Gall.de exec.tit.4.exc.9.n.32.par.2.expræssam tacita dotis posteriori præferri ex communi & Ceual. Q.371.dotis autem tacitam aliorum tacitæ anteriori præferri nisi dotis confessio extet sine præcedenti promissione exc.10.& Assis.dec.Perus.66. nu.32. nec lapsus biennij nec renunciatio dotis non solutæ creditoribus obest Gall sup. exc.10.

550 1. Amp. vt plurium emptorum priori sit res prius tradenda, si neutri eorum tradita res sit exceptis casibus quibus dominium sine traditione transfertur, vt puta Ecclesiæ & piæ causæ fauore, vel si priori emptori res uendita fuerit hipothecata, uel si tradita esset scienti in fraudem creditori alienari, quia hoc casu non transiret dominium in recipientem Moli.disput. 264.n.13.& 369.de contrac.Less.lib.2.cap.21.dubitat.19.

tat. 19. Coua. uar. lib. 2. cap. 19. n. 8. Bonacci. supra. n. 17. dixi ubi supra & in pactis dominij, & dominum anterioribus etiam præferri in re empta ex communi Odd. cons. 100. n. 41. non obstante hipotheca alterius quæ tamen illæsa remanet n. seq. ubi limitat pluribus modis late agens etiam quando scriptura priuata anterior præferatur publico instrumento posteriori.

551 2. Amp. ut in bonis defuncti creditor illius præferatur creditoribus heredis hipothecarijs etiam Surd. decis. 310. & obtinui pro Vincentio Ioannetti & D. Caterina eius vxore in curia mercatorū anno 1619. ipsos pro dote præferri in bonis eorū debitoris cuius hæredes cessarunt creditoribus hæredum, nec obstricti fuere cum cœteris creditoribus concurrere, & in alijs etiam causis ita in d. curia ita iudicatum fuit, & pro hæredibus Simonis Pierucci cum creditoribus Antonij Flascarij in d. curia obtinui 1635. 22. Decembris in contractu census.

552 8. Subamp. vt debitor non seruans ordinem soluendi vt supra mortaliter peccet contra iustitiā, nisi ignorantia iuris, vel facti, vel materiæ paruitas ipsum excuset de communi Bonacci. supra. n. 26 & quando soluendo non esset quod suæ conscientię non satisfaciat, nisi credidisset omnibus esse soluendo, vel vnum creditorem alio potiorem esse ignorasset præterquam si ignorantia non esset excusabilis Ang. in verbo. restitutio. 2. n. 19 Siluest. verbo. restitutio 6. n. 7. Nauar. c. 17. in manual. n. 52. Gutier. pract. QQ lib. 5. Q. 98. n. 36. modò alij non sint magis priuilegiati vt per eos, subdentes quod ei qui in iudicio fuerit diligentior in exigendo solui possit, etiam si alij magis priuilegiati neglexissent, non tamen magis indigenti gratificari posse, & creditorem etiam petentem non peccare suū creditum recipiendo nisi alij essent magis priuilegiati. Odd. cons. 100. n. 1. & 31. vbi creditori ex confessione præferri creditorem qui aliter creditum probat secus si vterque ex confessione creditor esset. ex Rip. in l. priuilegia n. 23. vbi late quando posterior præferatur de priuil. cred. & confessionato veram numerationem præferri Soc. cons. 74 n. 2 lib. 4. Decia. cons. 22. lib. 3. nisi instrumentum confessionis celebratum foret ante numerationem; vel nisi tempore lapso opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, Manti. de contract. lib. 11. tit. 22. n. 27.

553 9. Subamp. vt debita pœnalia ex maleficio postponenda sint debitis non pœnalibus Carbon. supra. concl. 7.

554 10. Subamp. debitum ex rapina debito ex furto præferri, furtum vsuræ cœteris paribus Carbon. supr. concl. 8.

555 11. Subamp. debitum ex contractu præponendum vsurario si vsurarius habeat alia bona non ex vsuris acquisita Carbon. supra. concl. 9.

556 11. Subamp. vt ordo à statuto datus seruari debeat Carbon supra. concl. 10.

557 12. Subamp. ordinem restituendi non seruantem grauiter peccare & iterum restituere teneri nisi iuris, vel facti ignorantia excusetur Carbon. supr. concl. 13.

Depositi causa creditor præfertur Peguer. decis. 37. non tamen in bancherijs nec funeri Ricc. collec. dec. 473. idem dicens in dote, & augmento quod anteriori præferatur, & in creditore ex cuius pecunia refecta res fuit, & in commendatarij creditore qui non habet hipothecam super fructibus, nec si ius anterius esset vnius horæ, nec si ius anterius esset illiquidum, nec si posterior haberet clausulam constituti; nec si ius anterius delegatione extinctum foret deponentē præferri si non sit translatum dominium alias secus Rui. cons. 108. n. 2. & seq lib. 1. Plo. de in lit. iur. §. 10. n. 24. in dubio in sacculo factum præsumitur Rui. sup. Natta. cons. 372. n. 18. Gab. de reb. cred. concl. 2. nu. 13. Marta. decr. 83.

Prior creditor an & quando præferatur Rip. in l. Senatus consulto in quib. caus. &c. & in l. priuilegia. de priuil. cred. Neguz. de pig. memb. 5. par. Rebuf. de const. redd. glo. 8. art. 1. Moz. de contract. pig. col. 4. dixi latè in tract. pignorum & si tertius iura acquisiuit à primo. l. si prioris & l. fin. C. de his in prior. credito. loc. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 36. n. 156. non præfertur si sit per confessionem posteri ex vera numeratione Soc. cons. 78. n. 2. lib. 4. Masc. concl 372. & Grati dec. 125. n. 5. & vt prior chirographarius posteriori instrumētario pręferatur, opus est apocham tribus testibus esse subscriptam, eam recognoscant, sint integræ opinionis & sit a partibus subscripta & dicta integra opinio probetur Vin. dec. 277. & dec. 285. n. 8. hipothecarios præferri probat creditoribus in personali excepta sorore pro paragio quæ etiam executionem habet, licet contra successorem singularem secus sit Marta. decis. 53. Pisa. priorem ex scriptura priuata posteriori per publicum instrumentum non præferri etiam iure canonico, nisi scriptura trino teste omni exceptione maiore signata recognoscatur & a creditore & debitore subscripta sit & 75. non dari prælationem priori in ordine scripturę etiam horam continenti, si duo instrumenta eadem die confecta sint, nisi aliter prioritas probetur & Seraph. dec. 994. priorem hipothecā præferri, & Pacif. de salu. interd. c. 2. n. 459. & seq. vbi amp. & lim. pensionarius etiam creditoribus anterioribus præfertur Garzias. de benef. par. 1 c. 5. nu. 236 dotes anteriores prius solui Mona. dec. Flo. 22. & scripturam priuatam trino teste munitam præferri publico instrumento posteriori, & sufficit causam coniecturalem præcedentem continere & pro omni resto & saldo computorum factam Rot. dec 382. n. 2. par. 5. diuers. & priorem pro sorte esse etiam priorem pro interesse & dec. 383. & dec. 407. d. par. 5. non teneri creditorem hipothecarium anteriorem, & alijs præferendum contra tertium possessorem agentem actiones ei cedere contra se ipsum, licet contra alios teneatur; qui autem merces vendidit mercatori qui fugam conceperat in illis præfertur prout in prætio ex eis habito Mangil. de evict. Q. 41.

Mutui causa creditor ex quo dominium transtulit in mutuatarium non præfertur alijs creditoribus personalem habentibus, etiam si adhuc pecunia mutuata extet Rip. in l. si ventri. §. in bonis. n. 5. de priuileg. cred.

Separationem bonorum debitoris eius creditores à bonis hæredis debitoris petere possunt l. 1. de separatio. non tamen creditores hæredis & ibi Cuma. n. 2. nec eam petere tenentur creditores hipothecarij, vt per eum & Cast. & alijs etiam casibus fit de quibus in d. l. 1. & Cuma. supra. Cast. cons. 316. ad fin. lib. 1. probantes cessare si creditor hæredis fidem vel alterius secutus sit, vel quinquennium ab hæreditate adita elapsum sit iuncta scientia aditionis Fulgos. & Ang. in d. l. 1. §.

illud

illud n.2. Surd.dec.310.n.13.& seq. vbi inuentarium operari vt iura hæredis non confundantur, nec separationem propriam hoc casu dari, sed abusiuã Thes. Q.55. n.6. lib. 3. qui probat in hipothecaria non intrare separationem, nec quinquennium currere lite cœpta ante eius lapsum & inter creditores hæredis, separationem cessare, si hæres bona fide alienauerit. n.9.& de anno. 1609. Iunij. obtinui in curia mercatorum pro Vincentio Ioannetti, & D. Caterina eius vxore non debere concurrere pro hipotheca dotium cum creditoribus Banchi ex quo D. Antonius Bonuisi pecunias dotales ab eis receptas in bancho posuerat, licet Vincentius à bancho fructus dotis recepisset quia non animo nouandi id fecerat ad d.l.1. quę tamen dos solui non poterat nisi pro ea conuertenda in bonis stabilibus; & ob hipothecam creditores personalem habentes nõ concurrere cum hipothecarijs Asin. de execut.§.7.c.21.Strac.de decocto. par. vlt, n.16. 20.& seq. Morot.cons.67.n.5.Costa.de port.rat. Q.45.de remed.subsid.c.40.& dicit.Surd.dec.224.n. 17. separationis remedium non necessitatis esse, at consilij, & in legato ab auia relicto filię Stephani Anchiani decocti cum D. Lelio Barzotti declaratũ fuit integrè solui debere, tametsi Petrus Gulielmi maritus D. Camillæ filiæ d. Stephani legatariæ d. dotis recognouisset d. Stephanum debitorem etiam pro interesse ex actis D. Alexandri Lippianni 1626.fol.84. quamuis in causa D. Laurę nouercæ Dominici Georgi quia non probauit bona per d. Dominicum possessa sibi hipothecata iudicatum fuerit cum cœteris creditoribus debere co.currere ex actis D. Iulij Colli in curia mercatorum. 1627. & in causa Serenissimi D. Ducis Vrbini cum creditoribus Banchæ Dominorũ Bonuisiorum anno 1632. cum creditores cum Bancha concordassent in medietate crediti; Serenissima hæres, quæ in saluiano intentato ex fructibus tantum in pluribus annis creditum suum consequi poterat, nec bona insolutum petere poterat, nec vt venderentur consequi, licet in hipothecaria hoc creditoribus permittatur Eug.cons.65.n.86.vbi testatur ita Rot. Romã iudicasse tres ex quatuor partibus sui crediti cum expensis oblatas elegit, & ita causa concordata fuit, cum tamen Domini Iudices inclinarent ad fauorem Serenissimæ hæredis prout in alijs causis iudicarant, pro qua Serenissima alter eius Aduocatorum in causa patrocinium præstiteram, & iustissimam arbitratus fui. Rot. Rom.dec.41.coram Caualer.n.3.& seq. vbi separationem bonorum testatoris fieri peti posse, vt ipsius creditoribus & legatarijs prius satisfiat quam creditoribus hæredis & n.4.& dec.51.& 112.n.4.vbi legatarijs hipothecarijs cõtra hipothecas factas per hæredem prius satisfieri bonorum separatione facta, & legatarium emptori præferri subdit etiam quantitate legata. Surd.dec.224.n.18. hæredem posse omittere separationem, & sibi ipsi soluere quod sibi debetur, legis authoritate, ac sine Iudice & Meno. cons. 183.n 35.& Rot.dec.77.n.4.par.2.recentis. Viui.decis.185.n.8.vbi in feudis cessare separationem & filia in dote legata potior est dote vxoris filij hæredis ac creditoribus & bonorum separationem petere potest ac debet l.1.§.quæsitum.de separat. Soc.cons.269.lib. 2. Surd.dec.310.n.8.& 12.intra quinquennium tamẽ nisi minor restituetur Soc.supra.n.5.Cancer.var.re. fol.par.1.c.3.n.83.subdens non requiri separationem si hæres inuentarium fecerit ex Surd.supr.n.14.15. & fi.& quod separatio fit a lege etiam respectu creditorum ex Franc.dec.246. ad fi.& ex Sec. supra. ad fin. tradit l. ab hærede de separat. loqui in creditore chirographario non in hipothecario. Franch.dec.53. n. 8.vbi tit.de separationibus loqui in creditoribus defuncti in actione personali qui impetrat a separatione præferuntur etiam creditoribus hipothecarijs hæredis in bonis defuncti l.1.§.sciendum de separatio. subdens quod licet hæres adeundo se obliget, non tamen obligat bona sua quia defunctos ea non obligauit nisi expræsse obligasset n.7.

Si mulier agat ad bona viri pro dotis restitutione ob inopiam viri pro concurrenti quantitate dotis & donationis propter nuptias ad iustum prętium bona habebit vel retinebit conuenta Olasc. dec. 135.num. 10. Franc.dec.54. Viu.dec.413.Gab.cons.147.lib.1. vbi propterea oblationem dotis cessare probant Manij. de contract.lib.1 t. tit.30.n. 24. & seq. de communi. Gutier.cons.19.n.13.Medic.dec.91. vbi tamen secus ait si vxor sit hæres viri.Marta.dec.Pis. 36. vbi offerri viduæ posse quæ pro dote ad iudicationẽ habuit etiã si viuente viro ei assignata fuissent, hæc enim non est vera restitutio, nam mortuo viro petere debet bona sibi assignari citatis creditoribus & ius offerendi competere etiam post tres conformes nisi ageret vtili rei vendicatione pro re quasi dotali æstimata, vel nisi debitor primum, & secundum decretum passus esset citatus & contumax, & si læsio adsit quia vili præcio adiudicatio facta sit. Locus est oblationi & si dominium ex statuto esset irreuocabiliter quesitum. Mago. dec. luc. 55. & ibi Add. ob inopiam offerri vxori non posse ex communiori licet contrarium verius esse dicat. Rot.dec.653.n.5.coram Caualer. in concursu creditorum pro rata etiã posterioribus assignari si prioribus ex his quæ possident satisfiat & 559.n.5.par. 1. recentior. in vidua tenuit Rota. luca. inter D. Auroram & D. Filippam Pacini primo semestri. 1626. ex actis D. Bernardini Pieruccini fol. 115. vbi de hæredib. viduę & vxorem bona omnia viri retinere posse nisi vir ad inopiam vergat, vel nisi viri hæres sit Medic.exam.56.n.25.& seq.& dec.91.& 92.

Pares creditores in pignore concurrentes æque priuilegiati æquales in iure esse debent l.aliena.§.si pluribus vbi Bar.& alij de pig. actio. de communi Viui. decis. 438.n.1.

Si creditor secundus offerat priori tenetur prior ei cedere iura non tamẽ pignora & eorum possessionem tradere, licet in fideiussore & venditore secus sit Doc. in l. Paulus.quib. mo. pig.vel hipo. sola.l.2.C.de fideius.l. 2.C.de distract.pig. Viu.dec.475.

Eligit creditor ad quæ bona agat nisi aliqua sint alienata, tunc enim non aget ad alienata nisi in subsidium l. creditoris arbitrio.de distr. pig. Alba.cons. 97. n. 52. 52.Mart.dec.Pis.16.vbi nec ad fructus cõmendæ, feudi, maioratus, & beneficialium nisi in subsidium. Rot. dec.741.par.1.recentis. sed non potest vendere meliora debitoris bona, si sibi ex viliori satisfieri potest. Minado.dec.13.Marta.decis. 130. & sufficit debitorem offerre id ex quo sibi satisfieri possit Bar. & Salic. in l. creditoris arbitrium de distract. pig. Marta. d. decis. 130.& pro suo credito potest hæres bona illud excedentia

dentia retinere si indiuisibilia sint, alloquin pro suo credito tantum Rota.dec.559.n.4.5.par.1.recentior.

1. Amp. vt si creditores citati ad ostendendum ius suũ non comparuerint ius pignoris remisisse censeantur l. si eo tempore vbi glo.& Doc.C. de remis. pig. & non potest emptorem sub hasta molestare Marta.dec.Pis. 181. vbi exigit expressam creditoris protestationem quando pignus venditur si præsens sit alias sibi præiudicat etiam in dote.ex l. si debitor. §. si in venditione quib.mo.pig.vel hipot.soluat.Intrig.sing.88.n.65.lib. 3.Mago.dec.luc.55.n.14.vbi declarat.

1. Lim.d.amp.vt ex tali citatione ius creditori non habenti non acquiratur de cõi.Dec.in l.fi.n.47. C. de edict.D.Adria.

2. Lim. non procedere quando non fuit præfixum tempus ad agendum Doc.in d.l.si eo.Seraphi.decis. 994. num. 2.

3. Lim. quando creditores ius suum prosecuti fuere, & protestati Seraph.d.n.2.

4. Lim. quando citatio domi facta fuit & copia dimissa quę nõ sufficit pro sui iuris priuatione nisi alia personalis præcesserit.Seraph.supr.n.3.

5. Lim. quando iudex vigore d. citationis procedere noluit Seraphi.d.n.3.

Si debitor non soluendo existens soluat creditorib. iuris ordine non seruato conscientiæ suæ non satisfacit, nisi credidisset esse soluendo quo ad omnes, vel ignorasset vnum creditorem altero priorem, nisi ignorantia non esset excusabilis Gutier.supr.n.16.modo alij non essent priuilegiati magis; ei vero qui fuerit in iudicio diligentior solui potest, & si alij negligentes magis priuilegiati forent, non tamen magis indigenti gratificari posse.

Creditor etiam non peccat suum creditum petens, nisi alij essent magis priuilegiati Gutier.d.n.16.

Parem hipothecam habentes eodem instrumento eadẽ verborum structura quib. eadem res hipotheccata fuit pro rata admittuntur, sed si diuersis instrumentis ac diuersis modis contracta sit, nec alicuius prioritas constet, melior erit conditio possidentis nisi alter eorum esset priuilegiatus, quia hic præfertur non constito de prioritate alicuius Neguz.de pig 2.memb. 5. par.n.31.& 4.Pacif.de saluia. insp. 3. c. 2. n. 433. & seq. & 437. si verò diuersis conceptionib. duob. res obligata sit prius nominatus præfertur nisi in contractu scripturam exigente.n. 443. Manti. de contr. lib. 1.tit.22.n.4.

Secundus creditor vero hipothecaria ad rem agit quatenus excedit creditum primi & si primo soluat insolidum secundo res obligata manet Pacif.supr.n.438. & 449.

Creditum in scriptura cum die præfertur scripturę sine die Manti.supra.n.5.Pacifi.supr.n.445.

Hęres anterior postquã sibi satisfecit de suo credito bona alijs creditorib. dare tenetur, Rot. dec. 567. coram Caualer.

Forenses non sunt deterioris conditionis quam creditores loci debitoris Rot.dec.162.n.3.par.1.recentis.

Emptor cum pacto soluendi creditorib. anteriorib. non præfertur in hipothecaria nisi expræsè actum sit, vel cessionem à creditorib. obtinuerit in actu solutionis qui anteriores essent, licet cessantib. prædictis anterioribus soluendo retinere possit. Neguz. de pig. 3. memb.5.par.n.3.de magis communi Benint.dec. 50. ante fi. Rot.dec.190. collectarum per Pacif. supr. nu. 447.vbi de magis cõi.

Vxor etiam pro restitutione suæ dotis non pręfertur creditorib. societatis excepta parte quæ viri supererit creditorib. societatis satisfactis, & pecunijs datis socijs in rem societatis versis pro quib. concurret cum alijs creditorib. Rot.dec.514.coram Buratto, loquẽs in casu quo vir dotem proprio nomine non vt dotalẽ pecuniam pro sua missa in societatem posuerat; vt vxor non concurrat; sed præferri in bonis societatis à viro emptis ex dotali pecunia specialiter hipothecatis; dec.719.

558 1. Lim. vt non prius solui debeat creditoribus ex delicto, vel ex contractu, sed vtrisque pro rata, nisi res quæ restitui debet extet penes debitorem integrè soluere non valentem Molina.supra.n.4.Reginal. supr. n.243.P.Nauar.lib.4.cap.6.n.41.Less.supra.dub.3.n. 16.Azor.supr.quæst.2.Vasq.supr.cap.11.dub.2.n.29. Bonacci. supr. n. 11. idem dicens si ex pluribus ex diuersis delictis creditores extent.

559 2. Lim. vt plures personalem tantum habentes æqualiter admittantur secundum ratam debiti cuiusque, non attento vter eorum prior existat, respectu temporis l.1.de separation.Bal.in l.pro debito.n.1.C. de bon.authorita.iudic.possiden.Bonacci.supra.n.18. nisi adsit alius titulus prælationis, vel hipotheca Vasq.de restitut.cap.11.dub.2 n 48.Siluest.verb. restitutio.6.quęst.5.Reginald.lib.10.n.248.Eman.Sà. verbo.restitutio.n.61.& alij citati per Bonacc.supra. n.19.Molina.de contract.disputat.536.n.30.& seq.in hipothecarijs autem dic vt per Rip.in l.priuilegia.de priuileg.cred.

560 1. Amp. vt qui prius creditum suum exegit in habentibus solam personalem alijs restituere non teneatur nisi ius prælationis haberent. l. pupillus. quæ in fraud.creditor.Nauar.d.cap.17.n.52.Siluester supra. quæsit.8.Reginal.supra.n.246.Vasq supra.dubita. 5. post Ancharan.in d.reg.peccatum.n.30.versic.vlterius quæro.de reg.iur.in 6.subdens soluendo primo venientibus liberari, etiam non recepta cautione de restituendo prioribus nisi in casibus exprєssis in iure, vt per eum.Bonacc.supr.n.20.21.& diligentioribus solui posse qui exactionem prius procurarunt, tametsi magis priuilegiati extarent exigere negligentes Gutier.pract.QQ.lib.5.Q.110.n.16.& quando posterior creditor conueniri ab anterioribus possit pro exactis per eum latè dixi in pactis pignorum amp. 10. principali vbi sua sedes & vide infra.lim. 78. n. 1051. & 926.

561 1. Lim. d. amp. non procedere quando à debitore non soluendo existente sponte ac sine petitione posteriori creditori soluitur, dans etenim peccat Nauar. supra.n.33.Vasq.de restit.cap.11.n.106.Bonacc.sup. n.22.& recipiens non potest in conscientia retinere, licet possit in foro exteriori, quia peccat contra iustitiam commutatiuam sciens alijs soluere non posse. Siluest.supra.Azor.par.3.lib.4.cap.36.quęsit.8.ad fin. & Bonac. sup.n.23. quod autem secus inquit respectu fori exterioris mult iplici ter limitaui, vbi supra.

562 Contrarium tamen & sic retinere posse posteriorẽ cui solutio facta fuit Molin.d.disp.536.n.34. Less. supr.n.41.& alij à Bonac.supr.citati.

563 1. Sublim. primam opi. quando debitor creditoribus pauperioribus tantum aliorum prælatione cessãte, ante alios soluerit quod facere potest D. Thom. opusc. 73. n. 18. Vasq. supra. versic. octauo. Medina. de restitutio. dubitat. 5. Rebel. supra. Clauis. Regia. supr. n. 36. Aragon 2.2. Q. 62. art. 8. concl. 5.

564 Contrarium nisi isti creditores in graui necessitate existant tenent Less. supra. dubitat. 7. n. 46. Azor. supr. quæsit. 4. Vasq. d. cap. 11. dubitat. 2. n. 39. & dubitat. 4. n. 92. Bonacci. supra. n. 24.

565 3. Lim. in expensa funeris quæ moderata fieri potest, ac prius deduci quam creditoribus etiam hipothecarijs soluatur l. at si quis. §. 1. & l. penult. de relig. & sumpt. funer. nec non inuentarij ac testamenti Nauar. d. cap. 17. n. 51. P. Nauar. lib. 4. cap. 6. dubitat. 2. n. 27. Reginal. d. lib. 10. n. 144. Vasq. supr. dubitat. 3. n. 84. Bonacci. supr. n. 25. & de funeris expensa Vinc. de Franch. dec. 51. & 413. & Surd. dec. 155. Mastril. dec. 10. Didac. Spin. de inuentar. n. 45. ex cõmuni Gutier. pract. QQ. lib. 2. Q. 73. n. 5. & dixi in pactis pignorum & hipothecæ amp. 44. tacitæ hipothecæ. Rice. collec. dec. 473. vbi tamen Senat. Neap. non prætulisse funeris impensam ex Franch. dec. 51. Marta. dec. 83. Pisa. vbi etiam deposito præferri, vbi idem de vestibus lugubribus, & idem dicitur de expensis vltimæ infirmitatis Surd. dec. 112. in fi. vbi in vtroque distinguit Gutier. pract. QQ lib. 2. Q. 73. n. 5. & in l. nemo potest. n. 95. 96. de leg. 1. Med. dec. 21. & in vestibus lugubribus. Mastril. dec. 10. Franch. dec. 413. Surd. dec. 255. n. 28. qui consuetudini hoc tribuit & dec. 112. n. 5. heredem cum inuentario ait præferri expræssam habenti Mona. dec. Flo. 22. vbi de funere & aromatario.

566 1. Sublim. dictas expensas fieri non posse ex bonis creditorum nisi ex graui, aut extrema necessitate, sed tantum ex bonis debitoris vt tenent in d. 3. lim. citati & Franch. d. dec. 51. n. 10. Couar. in c. Rainaldus. §. 3. n. 2. de testam.

567 4. Lim. nam medici pharmacopolæ & huiusmodi infirmo medicinas & alia necessaria præstantes, à debitore etiam non soluendo existente mercedem ac pretium recipere possunt Vasq. de restitut. c. 11. dubitat. 3. n. 83. Bonacc. supr. n. 30.

568 1. Sublim. non procedere nisi respectu vltimæ infirmitatis ex qua debitor decessit, & pro necessarijs tantum procedere, nec anteriorem exptæssam habentibus præferri Franch. d. dec. 51. Surd. dec. 112. Gutier. supra. Manti. de contract. lib. 11. tit. 23. n. 23. & seq. & dixi vbi supra. d. amp. 44.

569 5. Lim. nam vxor debitoris non soluendo existentis licet restituere teneatur quando res mariti consumpsit in fraudem creditorum; nõ tamen tenetur si plus quam sibi à viro debeatur non consumpsit, cum vir vxorem congruè sustentare teneatur iuxta personæ qualitatem cum dotis prælatione si dedisset Molin. d. disput. 330. n. 6. & 8. Nauar. d. cap. 17. n. 268. Rebel. lib. 8. Q. 16. sect. 3. n. 12. Vasq. supra. n. 79. Bonacc. supra. n. 31.

570 6. Lim. nam donatio facta per debitorem soluendo existentem valida est, neque ad restitutionem tenetur donatarius, quamuis donator postea fiat non soluendo; licet secus sit vbi donatio facta esset dum debitor soluendo non erat Vasq. supra. n. 71. Sot. lib. 6. de iust. & iur. Q. 1. art. 4. Rebel. de contract. lib. 1. Q. 7. sect. 2. Bonac. supr. n. 34.

571 7. Lim. nam diligentiori solui potest, licet postetiori eique retentio datur, modò alij non extent magis priuilegiati qui sint præferendi Carbon. sup. concl. 14. Sublim. nam vnius negocij creditori prius solui debet, quam creditori alterius negocij etiã anterioti Strac. de decocto. n. 20. Decia. cons. 109. n. 20. vbi de prouincijs lib. 1. Mago. dec luc. 1. n. 19. vide infra n. 959.

572 71. Amp. vt venditum alij sibi ab eodem venditore vendi sciens & emens ante traditionem primo factam in foro poli restituere teneatur etiam si intra annum non repetatur, quia iniustæ actioni cooperatur Molina. disputat. 328. n. 10. 329. n. 6. ad fi. Bonacc. d. disputatio. prima. Q. 8. puncto. 2. n. 29.

573 72. Amp. vt famulus non soluendo existenti seruiens nihil à domino recipere nec receptum retinere possit, nisi domino tantum seruiendo acquisierit Nauar. d. cap. 17. n. 270. Molina. d. disputat. 330. Bonacci. supra n. 30.

574 1. Lim. quando famulis dominus indigeret, nec sine eis nisi cum dedecore viuere posset secundum sui conditionem, tunc sicut dominus eos retincre potest, ita & ipsi traditum sibi salarium Vasq. de restitut. cap. 11. dubitat. 3. n. 83. Bonacci. supra. n. 30.

575 73. Amp. vt in subamp. 70. ampliationis.

576 74. Amp. debitorem teneri statim restitutionem facere quam modò sine sui notabili damno facere non potest, & in futurum fore credit vt nunquam restituere possit si ex delicto facienda sit Less. lib. 2. cap. 15. dubitat. 80. n. 50. & cap. 16 dubitat. prima. n. 23. Molina. disputat. 754. versic. quando verò. Vasq. de restitut. cap. 10. disputat. prima. n. 14. refert.

577 Contrarium nempe sat esse pauperibus aut pio loco paulatim pro creditoris anima restituere eo modo quo posset in locum restitutionis quam creditori facere non posset Molina. disputat. 75. n. 5. Vasq. d. n. 14. Bonacci. supra. n. 28. Q. vlti. puncto. 1.

578 75. Amp. vt magni lucri priuatio quod debitor faceret restitutionem differendo, non sit causa sufficiens restitutionis impeditiua, nisi debitor lucrum hoc quęrat ad satisfaciendum alijs creditoribus, quibus alioquin satisfacere minimè posset Nauar. d. cap. 17. nu. 59. Molina. d. disputatio. 754. versic quando detrimẽtum, & alij quos refert & sequitur Bonacci. supra. d. n. 1. Carbon. de restit. Q. 87. concl. 2.

579 76. Amp. vt debitor religionem ingredi nequeat, quando videt ita non posse creditoribus satisfacere. Molina. tom. 3. disputat. 758. Valent. tom. 3. disp. 5. Q. 6. punct. 7. versic. præter bas 9. Sanch. in sum. lib. 4. c. 19. n. 6. vbi citat contrarium tenentes Bonacc. supra. Q. vltim punct. 2. §. 1. n. 1. nec ideo à restitutione liberatur Carbon. de restitut. Q. 85. dubitat. 3.

580 1. Subamp. etiam si ex voto ingredi deberet ante, vel post contracta debita emisso Sanch. supra. nu. 11. Bonacc. supra. n. 1.

581 1. Lim. d. subamp. vt si dubitet an in seculo manendo satisfacere possit, ingredi teneatur si votum debita præcessit; secus si ea subsequatur, quod si vtrinque rationes adsint, liberum est debitori ingredi si velit. Sanch. & Bonacc. & n. 3. ex cõi.

582 1. Lim. 76. amp. quando aliquod obsequium quis promisisset puta facere scripturam & huiusmodi, ab hac enim obligatione religionis ingressu liberatur, nec

nec restituere aliquid tenetur, nisi eam promissionem fecerit etiam in casu ingressus Sanch supra.n.31. Bonac.supra.n.4.& 5.

583 1. Sublim. & declara vt siue ingrediens exeat, vel in religione maneat promissa cum religione compatibilia adimplere teneatur Nauar.comment.2. de regular.n.42.Bonac.supr.n.6.

584 Contrarium tenet Sanch.supra.n.34.35.

585 1. Amp.d.sublim.vt ingressus debitum præstare teneatur quod in seculo manens satisfacere potuisset, cum superioris licentia, scribendo, vel artem faciendo vt cum lucro satisfaciat, quam superior concedere debet, si ingredientem sciuit ingressus tempore debita ista habuisse Molin.supr.Bonacci.supr.n.7.

586 Contrarium tenet Sanch.supr.n.14.

587 2. Lim. vt professio valeat, nam motus Pij Quinti anno 1587. ingressum prohibens, quoad professionē moderatus fuit per Clem. Octauum anno 1602. de cōi. Bonacc.supr.n.8.

588 3. Lim.vt d motus Pij Quinti non habeat locum in monialibus,nec in recipientibus ad ordinē Equitū S. Iacobi, nec in modico ære alieno nec quando ingredientis bona sufficiunt pro ære alieno Sanch.sup. n.24. vbi etiam non continere incerta debita & Bonacci.supr.n.8.nisi Episcopo reseruata esset restitutio nec ad ens etiam extendi qui sine sui culpa non soluēdo facti fuere vt per eos.

589 77. Amp. vt qui alium ad peccatum induxit vi vel fraude operari teneatur vt resipiscat; si verò ingressurum religionem, vel eum qui iam ingressus fuit ab ea amouit, religioni damnum restituere tenetur. Valent.tom.3.disputat.5.Q.6.n.38.& 43.Molin.tract.4. disputat.51.Azor.par.3.lib.5.cap. 2. Bonacci. supra. disp.2.Q. 1. puncto. 1. quamuis abducens à religione professum solo consilio, & præcibus sine vi vel fraude nnn teneatur monasterio restituere vtilitatem quā à religioso illo percepisset n.6.

590 78. Amp.in reuelante secretum in alterius damnū qui lethaliter peccat,maxime si ei sub sigillo commissum sit, nisi damnum leue esset modò non sit secretū confessionis Nauar.cap.18.n.52.Reginal.lib.24. n. 106.Siluest.verbo.secretum Eman. Sa. verbo. secretū de cōi Bonacci.disput.2.Q.2.punct.1.vel nisi reuelans secretum magni momenti crederet esse parui,adhibita diligētia in eius cognitione quamuis ex lata negligentia mortale sit,& si reuelet sine iusta causa tenetur restituere Silu.sup.Molin.disp.5.n.2. Bonacci. supra. qui tamen subdit eum qui reuelat vi tormentorum & metu mortis non peccare nisi ex reuelatione huiusmodi graue damnum publicum oriatur & n.9.ex cōmuni subdit reuelandum esse quando tendit in graue damnum communitatis, vel innocentis iuramento non reuelandi non obstante,& quod dictum sit sub sigillo confessionis, non animo recipiendi sacramentum confessionis, & potest etiam sacerdos reuelare delicta patranda sub protestatione sanguinis vindictā non intendendi modo nō sit secretū cōfessionis.n. 11.

591 79. Amp. vt qui iniuste famam abstulit, vel bonū proximi restituere teneatur etiam si defunctis famam abstulerit, quod si defuncto tantum ablata sit, ei restitui debet suffragiorum exhibitione, si autem consanguineis, illis restituetur Molina. disput. 44. n. 3. Bonaccina.de restitutio.disputat.2.Q.4.punct.2.n. 3. & qui diffamauit publicè,debet publicè confiteri mēdacium, falsumque dixisse, & insuper ab infamato veniam postulare Anchar.in reg.peccatum.n.10.versic.de fama autem.de reg.iur.in 6.per cap. si res. 14. Q.6.cap.quidam.2.Q.1.& c.deteriores. 6. Q. 1. Carbon.de restitut.Q.17.concl.1.vbi necessariam esse restitutionem pro salute vbi idem si iniustè bonæ opinionis damnum fuerit illatum & concl.3. secus ait si iuste ablata sit tribus concurrentibus, quod crimen verum sit,quod ordo correctionis fraternæ præcedat & in vtilitatem cedat corporalem vel spiritualem delinquentis vel Reipublicæ aut priuati & sic ex necessitate fiat.

592 1. Subamp. in audiente detractorem, & quodammodo ad detrahendum mouente, qui mortaliter peccat contra iustitiam, & restituere tenetur Nauar. c. 18.n.37.Sot.5.de iust.Q.10.art.4.Rebel.par.1.lib.4. Q.6.n.2.Azor.par.3.lib.13.cap.7.dubitat.10.Molin. tract.4.disputat.34.Less.lib.2.cap.11.dub.4.Reginal. lib.24.n.95.Clauis.Reg.lib.11.cap.9.n.38. Bonacci. supra.disputat.2.Q.4.puncto.11.n. 1. idem dicens de ostendente sibi gratam aliorum detractionem, & de interrogante aliorum defectus sine iusta causa, & ita causa est manifestationis defectuum aliorum, nisi inuincibiliter ignorasset detractinnem grauem futurā.

593 2. Subamp. famam restitui debere nedum ijs quibus crimen narratum fuit; sed & ijs quibus vel sciebat, vel dubitabat reuelatum fuisse Rebel. lib. 4. de rest.Q.12.Bonacci.supra.puncto.14.

594 1. Lim. quando ei reuelauit de cuius taciturnitate non dubitabat, tunc enim eis non tenetur restituere quibus ille reuelauit Less.cap.11.dubitat.22. n. 111. Rebel.supra.n.4.Bonacci.supra.n.2.

595 3. Subamp. in eo qui crimen verum narrauit qui restituere debet honorando scilicet, & laudando infamatum apud eosdem.Molina.supra.disput.41. Reginal.lib.10.n.341.Aragon.2.2.Q.62.artic.2.Bonac. supra.puncto.15.n.2.& 3.Diana.par.3.tract.5.resol. 30.vbi etiam citat hoc non sufficere tenentes & si crimen erat occultum tenetur ad restitutionem damni qui illud licet verum falsis testib. probauit Clau. Regia.lib.12.c.15.n.13.Reginal.lib.24.n.130.Bonacc. supra.disputat.1.Q.2.puncto.3.n.6.Carbo. d. Q. 18. concl.4.& 5.sed concl.6.non teneri verum crimen accusantem minus solemniter.

596 4. Subamp. vt qui narrauit falsum crimen famam restituere teneatur, se falsum dixisse dicendo, etiam iurando, & adhibitis testibus si opus sit Sot. de iust. lib.4.Q.6.artic.3.Bonacci.d.puncto.15.n.4.de communi omnium Carbon.de rest.Q.18. concl. 1. qui intelligit quando iniustè hoc processit Dian.par.3.trac. 5.resolut.29.vbi magnæ authoritatis viros excipit.

597 5. Subamp. vt priuatim restituere debeat qui priuatim abstulit, publicè autem si publice abstulerit de cōi Bonacci.d.punct.15.n.5.

598 6. Subamp. eum qui alterum infamauit teneri ad restitutionem totius damni P. Nauar.lib.2.cap. 4. n. 384.Less.lib.2.cap.11.dubitat.19.n.101.Moli.tract. 4.disputat.41.Clau.Regia.lib.11.cap. 3. n. 17. Reginal.lib.10.n.335.de cōi. Bonacci. supra. puncto. 16. disputa.2. Q.4.de cōi omnium Carbon.d.Q.17.concl.5.& Q.18.concl.5. totum damnū ex falsa; æquale ex vera sed occulti criminis diffamatione refici.

599 7. Subamp. vt detractor, qui causa fuit ne alter aliquod bonum obtineret, vt puta officium, vel beneficium, restituere teneatur, non quanti valet officiũ vel beneficium; sed quanti valet spes illud consequendi, nisi causa fuerit vt quis priuaretur obtento, tunc enim restituere deberet quantum valet officium vel beneficium Bonacc.d.punct.16.n.2.

600 8.Subamp. in contumelia hoc est in obijcente prę senti crimen vel defectum; & in derisione qua honor alterius violatur cum intentione eum confundendi, & inducendi erubescentiam; & in susurratione, quæ est linguæ defectus ad discordias inter amicos seminandas, in his enim iniustè illatis restitutio fieri debet; honor autem ablatus restituitur dando locum honorificum & veniam petendo, honorifice salutando & huiusmodi, vel etiam facta remissione; ex susurratione etiam oritur restitutionis obligatio, quia fit contra iustitiam Bonacci supr. Q.5.puncto.1. & 2. & Q.6.n.9.vbi tamen. n. 4. licitam dicit susurrationem, quando quis manifestat alterius defectum ad dissoluendum perniciosam & periculosam amicitiam sine aliquo mendacio.

601 9.Subamp. mortaliter peccare qui alibi infamat animo nocendi ei qui alibi publicam infamiam contraxit, nisi bono fine & non animo nocendi fecerit; & si illam famam recuperasset, diffamans peccaret cõtra charitatem ex communi etiam contra iustitiam, sed si eam non recuperasset non peccaret contra iustitiam ex communi, nisi alijs puta filijs in alia regione existentibus noceret, vel nisi in loco valde remoto diffamaretur, tunc enim contra iustitiam fieret; Quod si notum extra iudicium alibi publicaret vbi notum non esset contra charitatem peccaret & contra iustitiam, sed illis narrans qui essent eiusdem loci non peccaret contra iustitiam quoniam paulo post notitiam habere potuissent Carbon.de restit. Q 21.

602 10.Subamp.vt suam famam tueri aliquis non possit malo animo alium infamando, sic enim non est defendere sed vlcisci Carbon.de restitutio.concl.24.versic.quoad allam.concl.1.

603 1.Lim.vel potius secus esse dicas quando alium infamaret non animo nocendi, sed ad propriæ famæ defensionem Carbon.sup.concl.2.

604 1.Sublim.d.primam limitationem non procedere nisi tribus concurrentibus; Primo quod crimen manifestatum sit idoneum ad famam defendendam, atque multo notabilius quam faciat crimen quod obijcitur, non ledat; Secundo quod eodem tempore fiat; Tertio quod crimen sit pacto aliquo notum Carbon. d.concl.2.qui cautius inquit ab hoc tuendi modo se abstinere.

605 5.Lim.79.amp.posse ad æqualitatem compensari vtrinque detractorum Salon.2.2.Q.62.art.2.controuers.23.concl.2.pag.230. Less. lib.2.c.11.dubit. 25. n.132 Eman.Sà. verbo.restitut. n.32. Bonaccina. d. Q.4.puncto.vltim.n.1. & qui grauius diffamauit potest loco pignoris detinere quousque per eum quẽ infamauit; sibi criminis minoris fama restituatur n.2. & vide infra n.627.Diana.par.3.tract.5.resol.not.2.

606 1.Sublim. non procedere nisi in fama ablata non autem in auferenda, etenim vltio diceretur, & esset Bonacci.sup.n.2.

607 2. Lim.non procedere quãdo infamatus infamanti condonaret etiã reciprocè restitutionis obligationẽ; quod nisi aliud obstet facere non prohibentur Salon. d.contr.23.Bonacc.sup.n.3. vt puta modo in alterius damnũ donatio minime cedat n.5. Reginal lib.10.n. 338.Clau.Regi.lib.11.c.6.n.16.Eman. Sà. verbo. infamare.n.3.de cõi.Carbon.de restit.Q.23.vers.secunda sententia & concl.7.condonatio sine causa potest esse peccatũ mortale, si remittens damno spirituali afficeretur, vel proximus eo afficeretur, vel propriũ tẽporale damnũ accideret, aliorumue infamia, vel si Respublica damno magno afficeretur, aut criminis grauissimi infamia esset, vel si quasi gloriam iactans de peccato sumeret concl.5. at famæ restitutione donata, damnorum restitutio donata minime censebitur Q.24.concl.6.

608 3 Lim. non peccare qui ad sui defensionem infamatorẽ infamat Rebel.lib.4.Q.13.n.6.Salon.d. cõtr. 23.concl.3. ad finem. Bonac. sup. n.4. & supra. amp. 9.10.

609 4.Lim.non procedere quando famæ restitutio impossibilis esset Bonaccina.sup.n.9.

610 5.Lim.non procedere quando inefficax detractio fuit quia audientes non credidere vel antea nouerãt Valent.tom.3.disp.5. Q.6. punct.5. Nauar. cap 18.n. 144.Clauis Reg.sup.cap.3. n.13. Carbon. de rest. Q. 17.concl.1.& Q.20 in fine.

611 6.Lim.non procedere quando restituere obligatus id absq; periculo vitę efficere non posset; quoniã vita est superioris ordinis quã fama, nec bona inferioris ordinis restitui debent cũ damno notabili boni ordinis superioris Caietan.2.2.Q.62 art.6.Nauar.c.17.n.56. Bonacc.d.punct.vlt.n.11.de cõi.Carbo.de rest. Q.21. concl.1.Dian.par.3.tract.5.resol.30. not.5.vbi etiã si plebeius nobilẽ infamasset, & etiam si infamia esset maxima puta hæresis vel criminis læsæ maiestatis.

612 1.Sublim.d.6 limitationẽ non procedere quando bona inferioris ordinis essent tanti momenti, vt arbitrio viri prudentis præponderarent ordinis superioris bonis Rebel lib.4. de restitut. Q.13.nu.1. Salon. sup. controuers.16.concl.3.Bonacci d.n.11.

613 7.Lim.nam qui aliũ ad detrahẽdũ non inuitat sed duntaxat delectatur de graui detractione, mortaliter peccat cõtra charitatẽ non contra iustitiã; nõn peccare tamen mortaliter audientẽ sine cõplacentia malũ proximi sed tantũmodo delectationem capiendo rei nouæ, aut eiusmodi Less.sup.n.10. Rebel.sup.n.6. Nauar.c.23.n.26.Reginal.sup.n.96.& Bonac.sup. Q.4. punct.11.n.4.& 5 mortaliter tamen peccabit si potẽs grauiter detrahentẽ non corrigat profuturũ sperãs, nisi iniurias timeret, aut verbera; vel nisi id publicè constaret n.6.& si subditos detrahentes grauiter non corrigat, qui ex officio tenetur animę curare salutẽ, vel suorum subditorũ famã custodire, contra iustitiã peccat ac proinde restituere tenetur, nam restituendi obligatio ex violatione iustitiæ cum damno alterius contrahitur Clauis.Reg sup.n.44.Less.d.dub.23.Molina.disp.34.Bonacc.d.Q.4.punct.11.n.9.

614 8. Lim. non teneri infamantem restituere quando infamatus suis bonis actibus famam recuperauit Less. lib.2.cap.11.dubit.17.n.98. Valent. tom 3. disput.5. Q.6. puncto.4 Emanuel. Sà. verbo.restitutio. nu. 30. Molina.tract.4.disputat.40. Reginal. lib.10.n 337. Clau.Reg.sup.cap.3. n.14.de cõi. Bonacc. sup. punct.

12. Q.4. certissimum dicit Carbon. d.Q.17. concl.4.

615 9 Lim. non esse restituendam famam, quando illi, quibus crimen verum falsumue narratum fuit, obliti fuere puta 20. vel.30. annis elapsis, nulla talis uarrationis facta mentione Molina. tract.4. disp.41. nu.2. Reginal. sup.n.340. P. Nauar. lib.2. cap.4. n.423. Valent. tom.5. disput.5. Q.6. punct.5. Rebel. lib.3. Q.13. n.7. Less. cap 11. dubitat 18. n.207. Clau. Reg. lib.11. cap.7. nu.29. Bonacci. d. Q.4. punct.13. subdens infamatorem dicto tempore transacto non teneri eos quibus narrauit interrogare an recordentur. Carbon. Q. 24. in fi de restitut, si tamen interim damnum aliquod accidisset restituere teneri inquit.

616 10. Lim. quando restitutio alienæ famæ fieri non potest absque notabili iactura propriæ famæ, nam iustitia non obligat ad restitutionem cum damno notabiliter maiori damno illato Salon. 2. 2. Q.62. art. 2. contro.13 concl.1. Bonacc. de restitut. d. puncto vltim. n 12.13. subdens ex Nauar. cap.18. n.50. Illustrē non teneri plebeio restituere famam, quando eam præstare non potest sine iactura suæ famæ, debet tamen aliter compensare si possit, vel condonationem obtinere Reginal. lib. 10. n.345. Less. lib.2. cap.11. dubitat. 26. P. Nauar. lib. 2. cap. 4. n. 400. Bonac. supr. n.13. Carbon de restitut. Q 22. concl.3. vbi quādo diffamator maioris conditionis esset; sed si minoris fieri debet, nisi detrimentum multorum præsertim spirituale accideret, tunc non fiet restitutio cum detrimento famæ sed alia via.

617 11. Lim. in hærede infamantis qui non tenetur famam restituere, quia ista obligatio personalis est P. Nauar. supra n. 416. Lessi. supra dubitat. 21. Salon. supra controuers. 21. concl. 2. Reginal. supra n. 348. Eman. Sa. verbo. restitutio. n 18. Bonacc. supr. n.15. Carbon. de restitut. Q 22. concl.5.

618 Contrarium tenet Nauar. cap.18. nu.46. Molina. tract.4. disput.45. n.4. Rebel. lib.4. de restitut. Q. 11.

619 1. Sublim. primam opi. non procedere quoad damna per eius authorem defunctum illata, hæc enim hæres restituere tenetur, quia quoad hæc obligatio realis est hæredes afficiens Bonacci. d. n.15. Carbon. supra.

620 12 Lim. hæredibus infamati famam non esse restituendam, nisi & ipsos afficeret, vel nisi de damnis illatis agatur Salon. sup. conclus.1. Molina. tract. 4 disp. 44. ad finem. & 45. Bonacci. supra. n. 16.

621 13. Lim. vt ex iudicio temerario quando scilicet aliquis non suspicatur, sed firmiter ac deliberatè de aliquo graui malo proximi vt puta furto, adulterio, & huiusmodi sine sufficienti fundamento, indicijs & coniecturis, quæ prudentem mouere possint ad ita iudicandum & sine rationabili causa fit; iudicans non teneatur restituere nisi ex circumstantijs, puta si alteri non manifestatis leuibus indicijs manifestasset Molina disputat. 16. n.13. Rebel. lib.2. de restitutio. Q.10. sect. 10. n.4. Bonacc. supra disputat. 2. Q.7. puncto 1 & 2.

622 14. Lim. non procedere in materia leui & vbicumque apta ad infamandum dicens non habuit pro talibus Carbon. de restit. Q.17. concl.2.

623 15 Lim. & declara vt qui alienum crimen ab alijs auditum ignotum cœteris narrat bono animo ac debitis circumstantijs non peccet, alias venialiter peccet, sed animo nocendi, vel eo cessante, alios credat fidem habituros, vel ita narret vt eis credibile faciat, aut eos a quibus audiuit nominet siue notabile crimē eis etiam narret, quos sibi non constet fidem habituros grauiter his casibus peccat, & restituere tenetur, quamuis secus foret si audita crimina simpliciter referret, & nulla ratione confirmet, nec sua nec illorum authoritate a quibus audiuit, dicendo dumtaxat se ipsum audita referre, sed rarò accidit ne aliquo pacto narrata confirmentur, ideo tutius est restituere dicendo se leuiter locutum, operam dando vt opinionem quam alij conceperant, quantum in se est, remoueat, non tamen se mentitum dicere tenetur si ita verè audierit Carbo, de restitut. Q. 20. subdens narrantem simpliciter non teneri restituere si narrans nullius authoritatis existat; vel audientes non credant, aut peccatum fuerit cum emendatione narratum, vel si occasio infamiæ remota fuisset, siue res interim aliter vulgata fuerit; cautius tamen esse a narratione abstinere.

16. Lim non cessat obligatio restitutionis famæ quando detractio verbis generalibus effecta fuit, puta quem mendacem, ambitiosū &c. esse asserendo, nisi ratione dignitatis personæ vt si de prælato aut religioso ex grauioribus talia dicta essent Diana par.3. tract.5 resol. 30. not. 4. quamuis referat Fillic. ex Silu. & Nauar asserentibus vniuersaliter detractionem vt obliget ad restitutionē de peccatis mortalib⁹ esse debere.

624 17. Lim. non procedere & alterius vitium sine peccato & iniustitia posse quandoque detegi; Primo propter bonum spirituale alterius puta ne alij in loco infectentur ob alterius hæresis suspicionem. Secundo ob temporale bonum proximi puta si medici ignari opera quis vteretur. Tertio ob vtilitatem Reipublicę puta mali Pręlati non emendati electionem Carbon. de restit. Q.21. concl.6.

625 18. Lim. & declara vt si alia ratione restitutio fieri non posit, vel non debeat in detrimentum proprię famæ in pecunia restitui debeat de communi Carb. Q.22. concl.4.

626 19. Lim. nam possunt infamantes vel detrectantes sibi ipsis ad inuicem famæ restitutionem remittere, & vnus potest alteri non remittere condonare nolenti; mutuus autem in condonatione consensus exigitur de communi Carbon. de restit. Q.24. in princip.

627 20. Lim. nam fama cum fama compensari potest de communi Carbon. de restitut. Q.24. concl. prima. vide supra n.605.

628 1. Sublim. nam non potest compensatio etiam inter æqualiter diffamatos sine mutuo consensu fieri de magis communi Carbon. d Q.24. concl.2.

629 2. Sublim. non posse pecunia famam compensari sine consensu creditoris pecuniæ Carbon. supra. concl. 4.

630 3. Sublim. non posse fieri compensationem per eum cui fama omnino necessaria esset, alteri non item, nec si diffamatio nō esset æqualis criminis Carbon. supr. concl 5.

4. Sublim. non posse compensari inter inæqualiter infamatos, nec si scandalū oriretur, nec si alter famam reddere vellet, nec maledictum pro maledicto reddendo Diana. par.3. tract.5. resol.3. not.2.

20. Lim. in reo accusato & iuridice de crimine verò interrogato

terrogato qui negat non enim tenetur ad restitutionem famæ Caieta. 2. 2. Q. 68. art. 2. Sot. de iust. & iur. lib. 4. Q. 6. artic. 3. ad 4. Dian. d. resolut. 3. not. 3.

631 1. Amp. suprascriptas limitationes vt quoties fama restitui non potest non sit pecunia compésanda ex iustitia, alio damno secluso P. Nauar. sup. n. 146. Eman. Sà. sup. n. 55. Less. supr. dubit. 16. Azor. part. 3 lib. 5. c. 9. Q. 13. Nauar. cap. 17. n. 90. Reginal. sup. n. 342. Bonacc. d. punct. vlt. Q. 4. n. 14. Diana. par. 3. tract. 6. resol. 53. & tract. 5. resol. 30. vtramque opinionem probabilem ostendit.

632 Contrarium tenet Clauis Reg. lib. 11. c. 3. n. 25. & c. 7. n. 26. & alij à Salon. supr. contr. 14. concl. 2. citati & Eman Sà verbo infamare n. 8.

1. Lim. primam vt infamatus, si alia ratione nolit aut nequeat satisfacere infamator, sibi ipsi satisfacere ex debito pecuniario infamantis Diana d. resol. 30.

633 80. Amp. in vxore notabilem quantitatem ex bonis viri accipiente, quorumue maritus administrationē & vsumfructū haberet, quæ mortaliter peccat, & restituere tenetur si id faciat sine viri consensu expresso vel præsumpto, maior tamen quantitas ad mortale peccatum in furto vxoris requiritur, quam extranei de communi. Bonacci. de restit. disp. 2. Q. 10. punct. 2. nu. 2.

634 1. Subamp. idem esse respectu donatorum vxori viri contemplatione à consanguineis viri, etenim viri, sunt, quamuis secus sit si vxoris intuitu eidem donata fuissent Clar. in § donatio. Q. 10. Villalob. comm. opi. lit. D. n. 155. Bonacc. sup. n. 3. & de vestib⁹ & alijs vxori traditis die vt per Surd. dec. 166. dixi in tractatu donationum amp. 33.

635 2. Subamp. idem esse in rebus inter coniuges communibus, si eas vxor inscio & inuito viro alienatit Bonacci. sup. n. 4.

636 1. Lim. 80. amp. nam elargiri & disponere de illis vxori permittitur quæ similis conditionis vxores donare solitæ sunt, etiam inuito viro quoad ea quæ dotis ratione, & familiæ ipsam decerent Molina. disp. 274. n. 7. P. Nauat. lib. 3. cap. 1. n. 83. Bonac. supra. n. 6. etiam ad honestam recreationem ludendo. n. 7.

637 2. Lim. vxorem posse extrema necessitate laboranti ex bonis viri etiam inuiti subuenire Bonacci. supra. nu. 9.

638 3. Lim. nam potest subuenire filijs primi matrimonij patri & matri in egestate vitę, & status, petita à viro licentia, qua negata ex dote, vel eius fructibus subuenire potest P. Nauar. sup. n. 161. Clauis Reg. lib. 9. cap. 16. n. 8. Less. lib. 2. cap. 12. dubit. 14. n. 80. Bonac. sup. n. 9. vers. secundus.

639 1. Sublim. nam mortuo viro tenetur vxor in suam partem imputare, ac in dotem d. expensas Less. dubit. 18. n. 88. Bonacc. d. n. 9. vers. obserua tamen.

640 4. Lim. ad euitandum magnum viri damnum, vt quando maritus prodigus esset, & quādo esset in peccato mortali, posset vxor occulte aliquid reseruare, & pro eleemosina dare, vt Deus eum conuertat Bonacci. d. n. 9. vers. quinto.

641 5. Lim. quando vir assignauit vxori certam portionem pro victu, quod enim parce viuendo non impendit vt poterat, retinere potest Bonacci. supra. versic. quarto.

642 6. Lim. quando vir amens effectus, vel absens, nisi alteri administratio domus tributa sit, vbicumque eleemosinæ quantitas præscripta non fuit, plus potest vxor erogare pro vt illi ratio dictauerit quam vir præsens vel mentis compos expendere solitus esset Bonacc. sup. vers. quinto.

643 7. Lim. potest enim vxor pro victu, vestito, & medicamentis necessarijs insumere, hoc enim ei à viro denegari nequit Bonacc. supra. versic. sexto.

644 8. Lim. viro decocto posse vxorem vt sibi & familię consulat aliquid clam accipere. Bonacci. supr. versic. propterea.

645 9. Lim. non modo posse vxorem de suis disponere, sed etiam de lucro quod aliqua arte facit, si dotem dederit ad sui sustentationem congruam, quamuis enim domum gubernare teneatur, non tamen suo labore sustentare Bonacci. d. vers. propterea.

646 81. Amp. in religiosis qui mortaliter peccant furti, si post votum paupertatis sibi non necessaria in quantitate notabili vsurpent P. Nauar. lib. 3. de rest. cap. 1. nu 195. Molina. disputat. 140. nu. 276. & 687. Clauis Reg. lib 9. cap. 26. n. 20. & si cui religiosus in notabili quantitate dederit restituete tenetur dans & recipiens, qui autem bona fide recepit tenetur restituere si extat, alioquin quatenus ditior est effectus, religiosus verò tenetur admonere recipientem vt restituat, & de licentia superioris satisfacere ex redditibus quos habet de superioris licentia, quorum donare nil potest nisi de licentia superioris & donata recipiēs sine d. licentia restituere tenetur Bonacci. de restitut. disp. 2. Q. 10. punct. 3.

647 1. Lim. nam si religiosus suam indigētiam superiori explicauerit pro victu qui denegauerit, necessaria capere possit, quamuis recipere nequeat si superior petita concederet Bonacc. supra. n. 3.

648 2. Lim. in esculentis & poculentis quæ duob. vel tribus diebus consumi posent, quæ moniales donare possunt Bonacci. sup. n. 7. vers. non nego.

649 82. Amp. vt famuli certo tempore conducti fugiētes sine causa rationabili contra iustitiam mortaliter peccent, & dicitur causa rationabilis si dominus nolit ad victū necessaria seruo dare, si nimis seuiat in percutiendo illum, & si non doceat quæ docere debet, & iusta causa cessante recedens pacta non seruans contra iustitiam peccat ideoq; restituere tenetur Bonac. de restitut. disp. 2. Q. 10. punct. vlt. n. 1.

650 Ac mortaliter furti peccāt domino aliquid auferētes in notabili quantitate Nauar. c. 17. n. 138. Bonac. d. puncto. vltim. nu. 2. nisi pro vsu proprio minimam quantitatem victualium successiuè furentur, quæ temporis progressu notabilis foret, quia licet modus varietur contra voluntatem domini, non tamen substantia, sed alijs vendere, ludere, aut aliter tradere nequeunt vt per eos.

651 83. Amp. vt si plures damnum intulerint & alter phisicè idest positiue adiuuando vel moraliter idest consilio, consensu, & huiusmodi causa fuerit iniusta totius damni ipse insolidum restituere teneatur, qui vero partis tantum causa fuit in parte tantum tenebitur Salon. 2. 2. Q. 62. art. 7. controuers. 8. Molina. tom. 3. disput. 734. Valent. tom. 3. disputat. 5. Q. 6. part. 3. Clauis Regia. lib. 10. tract. 2. cap. 12. nu. 2. Bonacci. de restitut. disput. 1. Q. 2. puncto. 10.

n. 10. Carbon. de rest. Q. 65. concl. 1. & seq. vbi si prior necessaria damni causa fuerit accessorium non teneri, secus si furtum plures fecissent quod vnus non fecisset, tunc omnes teneri vide supra amp. 30.

652 Sed omnes concurrentes in furto, & rapina insolidum teneri, eumque qui furtum tenet & restitutione per vnum facta alios liberari; vbi autem res ipsa restituta sit, alios ad nihilum consocio teneri, quod si alter totum soluerit ab alijs consocijs ratas in poli foro consequetur Couar. in reg. peccatum. 2. part. §. 12. n. 3. de reg. iur. in 6. Carbon. supra. Q. 67. vbi etiam si nil adesset comburentibus puta domum principali soluente cœteros liberari & socios, quando furti author sine eis non nocuisset insolidũ teneri si alias nocuisset solum mortaliter peccant, nec restituere tenẽtur nisi in parte fuerint causa damni, tunc enim partem restituere tenentur, concl. 7.

653 84. Amp. occidentem ab alio lethaliter vulneratũ, licet ad totale damnum non teneatur, attamen quatenus mortem accelerauit vel causa fuit alicuius particularis damni, restituere teneri Reginal. lib. 10. n. 117. Bonacci. dicto puncto. 10. n. 19.

654 85. Amp. etiam si Titius damnum non dedisset, adhuc alij dedissent; nihilominus tenebitur Titius damnum datum restituere Couar. d. §. 12. n. 2.

655 86. Amp. in vsurario qui tenetur vsuras restituere cap. cum tu. de vsur. constito autem esse vsuram etiam laicus iudex compellet, quamuis cognoscere non possit an vsura sit secundum magis communem Rol. cõs. 95. lib. 4. licet Gallia. cons. 125. dicat ex magis communi esse mixti fori de quo latè dixi in pactis mutui; & laicum constito vsuram esse ad restitutionem cogere posse est communis opinio Mazol. cons. 78. n. 6. de tutore curatore administratore Guid. Pap. de vsur. n. 46. Viui. dec. 373. vbi extinguere sortem & mutuantẽ mortaliter peccare non recipientem sub vsuris si ex necessitate vel vtilitate recipiat ex communi.

656 1. Subamp. vt si restituere possit, interim nequeat absolui Lup. in rubr. de donat. inter vir & vxo. §. 65. nu. 38. & sequent. & si non adsit cui restituere debet pauperibus restituere tenetur. Corset. sing. verbo. restitutio.

657 1. Lim. nam debet intelligi deducto ne egeat in foro poli, licet in foro fori in totum teneatur Anchar. in reg. peccatum. n. 8. de reg. iur. in 6.

658 2. Lim. non teneri vsurarium restituere quod cum vsuris lucratus fuit Spino. de testam. glo. rubr. part. 13. n. 29. post Lup. in cap. quamquam. n. 56. de vsur. & ante eos Anch. in d. reg. peccatum n. 24.

659 1. Sublim. quando vsurarius rem fructum ferentem extorsisset Ancha. supr. & de magis communi Lup. supra n. 57.

660 3. Lim. quam pluribus casibus quos congessi in pactis mutui & interesse, vna cum pactis singulorum cõtractuum propediem Deo dante edendis.

661 4. Lim. quando remissæ fuissent quamuis pactum de non petendo non sufficeret Anchar. in d. reg. peccatum n. 26. Q. 7.

662 87. Amp. nec infidelibus eorum bona auferri posse nisi in certis casibus per Anch. in d. reg. peccatum n. 14. & seq.

663 88. Amp. vt de illicitè acquisitis quæ restitui debent vt vsura, furtum, & huiusmodi, non possit eleemosina fieri, licet secus sit vbi non debent restitui vt data meretrici, & histrioni Anchar. supra n. 25.

664 89. Amp. in Vniuersitate, Collegio, & Ciuitate gabellas & pœnas illicitè estorquentibus, quas restituere tenentur Anchar. supra. n. 28. versic. sed remanet dubium.

665 90. Amp. vt testis falsum deponens omnia damna parti contra quam deposuit restituere teneatur Felin. in cap. 1. nu. 42. de constitut. etiam si dolo verum tacuerit Add. ibi Carbon. de restitut. Q. 51. versic. quartum dictum, qui tamen inquit non teneri restituere quod sibi datum fuit.

666 91. Amp. vt filij debitores non soluendo existentis, qui victum sibi parere possunt etiam alijs seruiendo sine dedecore, teneantur creditoribus alimenta restituere quamuis si sine dedecore id facere non posent, non teneantur, modò non plus insumant quam ipsis à parentibus pro eorum substentatione debeatur, nec res quarum dominium non habet pater Nauar. cap. 17. n. 269. Molina. disputat. 330. nu. 9. Rebel. lib. 8. Q. 16. lect. 3. nu. 11. Vasq. de restitut. cap. 11. n. 81. & 90. Bonacc. supr. n. 31. Q. 8. punct. 2.

667 92. Amp. vt qui emit à debitore tradita ei pecunia quam scit consumpturum in præiudicium creditorũ, & vendens dum scit se impotentem esse ad soluendum, nisi necessaria ad victum vendat, restituere teneatur Vasq. supra. n. 78. Molina. disput. 330. nu. 11. Rebel. supra. & n. 8. & 9. Bonacc. supr. n. 35.

668 93. Amp. vt nihil capi posit per vltimam voluntatem, nec donationem causa mortis ab vsurario, & à debitore non soluendo existente l. qui autem. §. nemo enim quæ in fraud. credito. l. fin. §. 2. C. de iur. deliber. Molin. de contract. disputat. 329. n. 6. Less. lib. 2. cap. 20. dubitat. 19. n. 172. Bonacci supr. n. 35.

669 94. Amp. vt debitor non soluendo existens teneatur in foro poli si legatum sibi relictum repudiet, quia contra iustitiam facit, ideoque restituere teneatur Molina. disputatio. 435. nu. 6. versic. iuxta ea P. Nauar. de restitutio. lib. 3. cap. 1. nu. 112. Sanch. de matrimo. lib. 6. disputatio. 4. nu. 9. Bonaccin supra. nu. 36. licet in foro fori secus dicant dixi in tracta. de pactis contractus cuiusque tit. qui possint pacisci. lim. 12.

670 1. Amp. in consulente ad repudiandum nisi bona fide consuleret Sanch. d. n. 9. in fin.

671 1. Lim. d. subamp. non procedere in eo qui legatum vel hæreditatem à debitore repudiatam acceptauit, qui nisi debitorem ad repudiandum induxerit repudiantis debita soluere non tenetur Bonaccina. supra. n. 37.

672 1. Sublim. vel potius secus esse dicas in hærede debitoris qui non potest legatum debitori factum repudiare, quando ex repudiatione nullum commodum hæredi debitoris obueniret, damnumuè ex acceptatione Couar. in cap. Rainaldus. §. 3. nu. 14. de testam. dixi in tract. Trebellianicæ in mea Decade impræssa tit. 13. intellige post aditam hæreditatem. Pacif. de Saluiano. interdict. inspect. 3. cap. 2. n. 96. in secunda editione.

673 95. Amp. vt hæredi iniustè occisi damni æstimatio solui debeat propterea recepti l. ex hac si quadrup. paup. fecis. dicat. c. 1. de iniur. Coua. in reg. peccatũ. §. 3. n. 7. vers. sept. 2. par. relect. de reg. iur. in 6. & recepta

restituere

restituere non tenetur variar.lib.2.cap.10.nu.7. vers. secundum,dummodo æquum Iudicis arbitrio reccperit vt per eum & Medina.de cōtract.Q.29. & omnia damna hæredibus occisi refici debere Gomez. var. tom. 3 cap.3.n.37.P.Nauar.lib.4.de restitut.cap.1.n. 64.Molina. tom.4. tract.3. disp. 83. Clauis Reg. lib. 11.cap.2.n.6.Bonacci.de restitut.disput.2. Q. vltim. sect.2.punct.1.n.6.Azor.part.3.lib.5.cap.3.quæsit.2. ac refici debere etiam per hæredes occisoris & fiscū si bona occisi superfint Nauar.cap.15. nu.25. & cap. 16.n.15.Reginald.tom.1.lib.20.n.320.Clauis Reg. lib. 11.cap.2.n.19.Salon.2.2.Q.62.art.2. contro. 4. concl.3.ad quintum de communi Bonacc.supr.n.15. & ante hos Anch.in d.reg. peccatum n. 10. Q.1. vbi idem de pœnis canonicis subrogatis loco interesse inæstimabilis & impossibilis restitutionis & recepta posse tutè retineri in foro poli Lopez.de contract. lib. 2. cap.45.vers.præterea donatum de communi Carbon. de restit.Q.13.vide infra amp.99.Ricci.collect.decis. 831.Ancha.Q 40.n.8.& seq.lib.1.vbi teneri ad interesse etiam animæ occisi faciendo eleemosinas, missas celebrari & huiusmodi ad expensas curationis, ad æstimationem operarum occisi pro tempore quo verisimiliter viuere potuisset, & ad interesse familiæ quam occisus alebat,etiam medio iuramenti in litem per hæredem liquidando Plo.de in lit. iur. §. 41. & si plures delinquant in rixa casuali et constet de delinquente,is solus ad pœnam & damna tenetur,sinon cōstet,omnes ad damna tenentur, nullus autem ordinaria pœna punitur; sed si præcessit tractatus omnes ad pœnam & damna tenentur licet vnus tantum vulnerauit qui ignoretur Coua.var.lib.1. cap.3. nu.12. Senat.Dolan.dec.25.vbi iudicis arbitrio hoc damnum æstimari.Affl.concl.39.vbi sub ampliat. 11.modis& æstimatio operum fiet secundum l.hæreditatum ad l. fal.Gomez.de homicid.n.38.& Borg.de tuto. n.236.

674 1.Subamp. in occidente Caium quem putabat esse Titium, quia in homicidio dolus in genere sufficit de communi Gomez.de homicid.n.34.Coua.in.cap.alma mater. §.10.n.15.par.1.de sent.excom.in 6.Clar. in §. homicidium versic.dicunt etiam Sanch. de matrimo.lib.9.disput.32.n.27. Molina. tom. 4. disputat. 30.& 53.n.2.Bonacci.supr.Q.vltim.sect.2.part.2.nu. 8.vbi etiam n.7. tradit quid in ignoranter occidente remittendo se ad suum tract. de censuris disput. 1.Q. 2.puncto 1.n.19.& de irregular.puncto. 7.& 8. sed si hominem occidisset inuincibiliter credens esse feram quem tamen occidisset si hominem esse sciuisset ad restitutionem non teneri,quia ignorantia comitans excusat actum externum a peccato licet non excuset affectum internum ,ita tamen correptus & vehementi passione motus semiplene saltem aduertēs quid faceret occidit ad aliquam tenetur restitutionē de rest.disput.1.Q.1.punct.3.n.7.8.

675 2.Subamp.vt occidens sine mutilans damna & lucrū cessās restituere teneatur si iniustè fecerit ex magis communi Carbon.de rest.Q.12.concl.4. & 5. fol. 77.non deducto aliquo pro labore Q. 14. concl. 3. & in reparando honore, quod prudens & iustus vir faceret seruari debet concl. 5. qui per actorem æstimatur cum Iudicis taxatione versic.tertium fol.88.Ricc.supra vbi etiam compositionem cum fisco non præiudicare parti, nec ita condemnatis bonis cedet, & cōdemnari etiam ad honorem sine requisitione & ad expensas curæ.

676 1.Lim. quando se defendendo accidisset inuasorē etiam a se contumelia prius affectum nisi inuasus modum excessisset, tunc enim ad aliquam non tamen integram satisfactionem teneretur Gomez. supra. nu. 38.Azor.supra. quæsit.8.Moli.disputat. 81. P.Nauar. lib.2.cap.3.nu.362. Rodriq.part.1.c.136.& 139.Bonacc. supr.nu. 3.& seq.Cabal.resol. crim.cas.248. nu. 29.& seq. de communi omnium Carbon. de restitut. Q. 12.versic. prima conclusio. fol.77. & Q. 13. & Q. 14.concl. 1. Plot. supr. & non deberi prouocanti nisi ob excessum modi prouocati Crau. cons. 119. nu. 7. Thes.Q.7.ita iudicatum ait lib. 3. & pro defensione sui, rerum suarum, & proximi, authore iudice, & in bello iusto authoritate publica Viui.dec.197. nu.27. & seq.439.n.37.38.vbi idem de clerico.

677 2.Lim. nam non totum lucrum quod fecisset occisus solui debet, sed spes lucri deductis expensis pro toto tempore quo prudentis arbitrio viuere potuisset, non detracta laboris æstimatione Aragon. 2.2.Q 62. artic.2. Couar.var.lib.2. cap. 10. n.7. versic quarto. Vasq.cap.2.de restitutio.§.3.dubitat.2.n.6. Bonacc. d.punct.1.n.8.Ricci.d.collect.831.

678 3.Lim. pro vita hominis & membro abscisso nihil esse restituendum , quia non recipiunt æstimationem Nauar.cap.15.n.22. Couar.supra.Vasq.d.§.3. dub.6. & alij citati per Bonacc.supra. n.10. vbi tamen alios citat contrarium tenentes. Ricci. supra. Affl. supra lim.2.

679 4.Lim. nihil pro funeris impensa restituendum esse,nisi ob lucrum cessans, damnumque emergēs Rodriq.cap.139.n.8.& communem testatur Bonacci.supra.n.11.

680 5.Lim. nil restitui debere pro anima occisi ad reparandum vitæ damnum de iustitia, sed de æquitate Molina.tom.4.tract.3. disput. 84. Clauis Regia. lib. 11.cap.2.n.12.Bonacci.supra.n.12.

681 6.Lim.in occidente eum qui paulo post morte iusta erat occidendus, licet necans mortaliter peccet Nauar.lib.4.cap.1.n.78.Vasq.sup.dub.3.n.8. Bonacci.sup.n.13.

682 7.Lim. quando pœnam talionis homicida soluisset, tunc enim ad aliam pœnam non teneri tenent Salon. 2. 2. Q. 62. artic. 2. controuers. 4. concl. 1. & contro.10.concl.1.Ang.verbo.homicida & alij relati à Rebel. loco mox citando.

683 Contrarium si hæredes occisi damna petant, quia talionis pœna Reipublicæ debetur, damnorum refectio autem hæredibus occisi Nauar. cap. 15. nu. 22. Less.supr. dubitat. 22. P.Nauar. lib. 2. cap. 8. Rebel. part.1.lib.3.Q.13.n.3.Vasq.supr.dubitat.5.Aragon. 2.2.Q. 62.art.2.Azor. par.3. lib.5.cap.3. quæsit. 6. Couar.variar.lib.2.cap.10.n.7.Molina. disputat. 84. n. 8. Eman. Sà verbo.homicidium. 18. Rodriq. cap. 139.n.3.Bonacc.sup.n.14.

684 8.Lim. quando læsus vel eius hæredes remiserunt omne debitum Molina.tom.4. disput. 81. Salon. 2. 2. Q.62. art.2.controu.9. Bannes.d.artic.2.Gomez. variar.tom.3.cap.3.de homicid. n.54. Clauis Regia. supra.n.17.Less.dubitat.19.n.158. Bonacci. supra. nu. 16.subdens patrem peccare contra filiorum pauperū charitatem debitū remittendo,vel plenè Mars. sing. 246.

685 1. Sublim. non sufficere offensum remisisse delictum homicidij, quia de iniuria & rācore intelligitur non de damnis Couar. d. n. 7. Bonacci. supra n. 17. de magis communi Farin. Q. crim. 105. nu. 365. & seq. dixi in tract. iniuriarum.

686 9. Lim. in homicidio casuali pro quo non tenetur homicida ad restitutionem, vt puta si ob malā curam medicorum, vel propria offensi negligentiam leuiter vulneratus obierit, sed tantum tenetur ad damna ob vulnera illata obuenientia Sot. lib. 5. Q. 1. art. 9. Less. lib. 2. cap. 9. dubitat. 15. vbi de communi Iuris peritorum & Bonacc. disput. 2. Q. vltima. sect. 2. punct. 2. n. 4. Cabal. sup. n. 35. 36.

687 1. Sublim. quando vbi vulnus illatum fuit medici non adessent qui vulnus curare possent Bonacc. d. n. 4.

688 10. Lim. non teneri nisi ad expensas necessarias & vtiles non autem ad superfluas & voluntarias Abb. in cap. finem. n. 28. & 29. de dolo & contu. Cabal. resolutio. crim. 248. n. 49. nec ad operas nisi officialis fuisset Gomez. de homicid. n. 37.

689 11 Lim. nam licet peccet mortaliter contra iustitiā, & restituere teneatur qui in opere periculoso homicidij non adhibet debitam diligentiam, ne sequatur homicidium; attamen si negligentia fuit leuis, & venialis culpa, non tenetur nisi pro qualitate culpæ restituere, & si dubitetur an lethalis, venialis ue sit tenebitur ad dimidiam damnorum, quia obligatio restituendi ex iniusta actione procedens pœna est iure naturæ debita, quæ debet esse proportionata culpæ Rebel. part. 2 lib. 2. Q. 10. sect 4. nu. 17. Reginal. lib. 10. tract. 2. n. 74. de communi Bonacc. de restitutio. disputat. 1. Q. 1. puncto. 3. §. 1. n. 9. & disputat. 2. quest. vltim. sect. 2. par. 2. n. 5. & si debitam diligentiam adhibuerit, ne homicidium sequeretur, vel damnum, siue licitæ, siue illicitæ rei operam daret, morte, vel dāno secutis ad restitutionem minime tenebitur. n. 5.

690 12. Lim. vt adulter adulteræ virum occidens cum moderamine pro sua uita tuenda etiam si accedens ad adulteram hoc euenturum suspicatus sit, quamuis peccauerit crimine adulterij & contra charitatē non præcauendo quod euenire poterat, non tamen tenebitur ad restitutionem secundum communem de qua per Bonacci. d. punct. 2. n. 6.

691 13. Lim. in ebrio homicidium committente distinguendo quod aut ebrietas erat voluntaria, & culpabilis; aut non, vt secundo casu non inducar obligationem restituendi D. Thom. 2. 2. Q. 150. artic. 4. & alij communiter. Primo casu verò subdistingendū est, aut ebrius aliquo modo homicidium præuidit, vt si habuit aliquod dubium homicidij, vel aliàs ebrius damna intulit; aut nullo modo præuidit vel præcogitauit, primo casu restituere tenetur, quia in eam volitum est & intentum reputatur. Secundo casu quo nullo modo præuidit non imputatur ad culpam nec restituere debet prout nec si posito dubio homicidij adhibita fuerit cautio ad illud præcauendum Molina. tom. 4. disput. 71. & 77. Less. lib. 4. cap. 3. d. ibit. 1. n. 71. Rodriq. cap. 139. n. 5. Azor. part. 3. lib. 2. cap. 13. versic. septimo Rebel. lib. 3. Q. 11. n. 7. Bonacc. d. puncto. 2. n. 7.

692 14. Lim. hæredibus necessarijs tantum puta filijs & patri (quos Theologi vocant necessarios) non fratribus creditoribus & alijs qui beneficium à defuncto sperabant Sot. 4. de iustit. Q. 6. artic. 3. ad tertium Bonaccina. d. sectio. 2. puncto. vltim. n. 3. Put. decis. 280. lib. 3 Ricci. collect. decis. 831. & eis quos defunctus vel mancus tenebat alere Assis. supra lim. 3. vbi etiam non iurari in litem nisi homicidium dolosum fuerit. Diana par. 3. tract. 6. resol. 22. solis filijs & fratribus restituere teneri & resol. 54.

693 15. Lim. non esse restituendum ei per homicidam qui falsis testibus ad mortem condemnatus fuit, nisi id processisset ex indicio ensis condemnati, quo inuito homicida vsus fuisset; vel nisi agatur de solutis per condemnatum hæredibus occisi, quæ homicida restituere tenetur Molina. tract. 3. disput. 80. P. Nauar. lib. 2. cap. 1. n. 77. Bonacci. d. puncto vltim. sectio. 2. n. 4. nec tenetur, nisi in d. casibus restituere, quando homicida præuidisset aut intendisset alteri imputandū vt factum fuit, quod tamen controuersum probat.

694 16. Lim. restitutionem honoris non fieri in mutua prouocatione, vel si iniuriam inferens fuisset importune prouocatus; nec fieri debet cum notabili iniuria offendentis Carbon. d. Q. 14. concl. 5. nec facta remissione per offensum quæ fieri potest nisi maius malum oriretur versic. quartum. fol. 89. & restituitur veniæ petitione; vel soluta pecunia vers. tertium, fol. 88, veniæ autem concessio ob rei magnitudinem pœnam non excludit fol. 91. versic dubitatio secunda; licet alioquin condemnatio pro honore fiat nemine requirēte Mago. dec. Luc 91. Ricci. d. colle. 831.

17. Lim. in marito adulterum occidente in adulterio depræhensum donec iudex cognoscat vtrum pœna, atque iniuriæ compensationem restitutio remitti debeat Moli. de iust. & iur. tract. 3. disput. 81. n. 10. Diana. resol. 54. par. 3. tract. 6.

695 96. Amp. restitutionem esse ad salutē necessariam eorū quæ iniustæ ablata fuere si ille qui abstulit restituere possit d. reg. peccatum. de reg iur in 6. cap. final. de iniur. & dam. dat. Carbon. de restitut. Q 5. intelligens necessitate præcepti si fur possit restituere, versic. secunda, conclusio fol. 35.

696 1. Subamp. in restitutione rerum iusto titulo acceptarum suo tempore facienda quæ est ad salutem necessaria necessitate præcepti, non necessitate medij, puta quia non possit restituere, hoc enim casu non est necessaria restitutio si non possit fieri, nemo enim ad id obligatur quod præstare nequit Carbon. d. Q. 5. versic. quarta conclusio fol. 38.

697 2. Subamp. vt in peccato mortali existens iustus fieri non possit & salutem per gratiam consequi sine animo restituendi cum poterit. Carbon. supra vers. quinta conclusio.

698 3. Sublim. vt non restituens si possit & detur occasio & si nouum actum seu voluntatem non restituendi habeat nouum peccatum committit aliàs si in mora tantum sit, peccatum dumtaxat grauat Carbon. sup. Q. 6. ad finem. versic. quinta conclusio. fol. 45.

699 1. Lim. 96. amp. nam si restituere obstrictus hæredi restitutionem iniunxerit quamuis suæ negligentiæ pœnas in purgatorio luat post eam purgatam salutē obtinet, ne ex aliena negligentia puniatur, ideo regula peccatū intelligitur de remissione culpæ in hac vita, non de remissione pœnæ in alia, implicat enim remissam esse culpam, & pœnam persolui non posse Carbon. supr. concl. 4. fol. 38. d. Q. 5.

700

700 97. Amp. restitutionis obligationem aut ex acceptione vt in fure, aut ex re accepta velut in emente à fure bona fide; primo casu restitui debet siue rem fur habeat, siue non, secus in secundo in quo si habeat restituere solummodo tenetur. Carbon. de restitutio. Q. 7. versic. quartum fundamentum fol. 48. & ita acceptio & retentio considerantur & Q. 64. vbi quomodocumque alienum quis acceperit vel retinuerit.

701 98. Amp. in bonis naturalibus animi, & acquisitis & spiritualibus primo casu ex malis medicamentis data opera vsu rationis potest quis priuari & ingenij hebetis reddi, vt & in secundo scientiarum acquisitarum & tertio in virtutibus, ac donis Diuinitus infusis, vt si mala doctrina a fide reuocetur, & inducere ad peccandum; si damnum fuerit illatum, aliqua restitutione opus est Carbon. de rest. Q. 8. & in priuatione bonorum spiritualium si nocumentum alteri dolo & fraude quis inferat puta contra fidem vel religionem aliquid suadens palinodiam canere debe & ab errore reuocare quantum potest illum quem in errorem induxit, etiam si absque fraude induxisset quamuis hoc vltimo casu cessante fraude secundum vnam opinionem tutam magisque ad praxim aptam cum volenti non fiat iniuria omnis tollatur restituendi necessitas. Q. 9. sed retrahens à religione eum qui iam fuit ingressus, vel ingredi volentem non tenetur ipse eam ingredi, nec restituere si bono animo ingredi impediat, si autem malo animo retrahat præsertim ingredi debentem ex voto suadere tenetur vt intret, prout & si dolo aut vi ingressum retrahit, vel ingressurum retrahit, impedimentum namque remouere tenetur ex communi; qui vero professum quomodocũque à religione reuocauit nõ tenetur ipse ingredi nec alium ingredi facere sed operari vt ille ad religionẽ reuertatur Q. 10. respectu autem damni quod impedito ingressu monasterium passum fuit vel ex retractu eius qui iam fuit ingressus respectu bonorum quę monasterium acquisiuit eo non retracto restituere tenetur arbitrio boni viri cõsiderata quãtitate emolumẽti certitudine & incertitudine & alijs circũstãtijs.

702 99. Amp. iniuriæ illatæ æstimationem restitui debere ac damnum resici iniuria etiam quoad odium remissa nisi plena remissio facta esset Roma. in l. 2. n. 7. 8. ad Sillan. de cõi. Carbon. de restitut. Q. 14. versic. secundo ex communi, fol. 90. aut nisi forent expræsè remisa, Alex. cons. 168. n. 5. lib. 2. de magis cõi. Petr. à Plac. in epitom. delict. cap. 6. n. 40. & Clar. in §. fin. Q. 58. versic. quarto modo Rim. Iun. cons. 103. n. 38. & seq. præsertim si fuerint iuramento promissa verbis vniuersalibus non obstantibus in generali remissione postea facta, & idem in Principe subdit iniuriam remittente, & in dubio non referri ad damna & interesse vt que plena remissio censeatur de damnis & interesse mentio facta requiritur vt per eum. Franc. Marc. dec. 192. n. 4. par. 2. & dec. 929. vbi etiam tradit quomodo hominis mortui operæ æstimentur de cõi. Villalo. com. opi. lit. l. n. 36. & Soarez. lit. l. n. 83. & lit. P. n. 64. & Minsing. cent. 4. obseruat. 10. idem dicẽs si depopulationes & deuastationes remisæ fuissent, & Rim. iun. supra de magis communi. Viui. cõi. opi. 375. Surd. dec. 261. n. 4. de magis communi. Farin. Q. crĩ. 105. n. 365. & seq. Franc. Marc. dec. 941. pat. 2. de communi vt rancore remisso iniuriarum agi possit. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. n. 12. Rot. Bono. dec. 111. n. 36. & seq. in nouissimis probans confessione sacramentali damna & actionem ad vindictam minime tolli & Gratia. decis. 58. in addit. nisi plena remissio facta esset cum sacerdos pro absente stipulari possit vt per eum. Carbon. supra. versic. dubitatio secunda fol. 91. vbi idem si offendens talionis pœnam passus esset Cabal. resol. crim. cas. 248. n. 17. & seq. vbi damna expensas & mercedem operarum solui debere non tamen ob viatricem deturpantem nisi non nupta esset, & membro debilitato tantum singulis annis solui debere eo viuente pro operis quibus offensus carebit vel occisus, & hæredibus occisi solui debere vltra curæ & mortis expensas secundum leg. hæreditatum ad leg. Falcid. tenetur etiam homicida ad interesse animæ occisi pro ea opera bona faciẽda de magis communi Achil. de Graf. dec. 365. sequendo Azo. opinionem & iudicis arbitrio æstimabitur n. 3. & in filio vel patre alendis ab occiso n. 5. vide supra. amp. 95. Carbon. de restitut. Q. 15. concl. 3. damnum & lucrum cessans esse arbitrio boni viri taxandum etiam si pœnam talionis occidens passus sit in fine. Q. & iuramento iniuria affecti probari æstimationem Seraphi. priuil. iuram. 31. n. 15. præuia iudicis taxatione. Crau. cons. 119. Manci. de iuram. par. 4. Q. 212. & per testes vt per eum & Bossi. de iniur. n. 2. & Soe. cons. 146. n. 16. lib. 1.

703 1. Subamp. (vltra subampliationes in corpore ampliationis positas) vt in foro poli licet odium & rancorem offensus remittere teneatur, non tamen damna & interesse; nec in eo etiam remissa censebuntur nisi plena facta remissione. Roma. in l. 2. n. 7. 8. ad Sillan. Marsil. sing. 246. post glo. in cap. si quis contristatus 90. dist. & in cap. 1. de malef. de cõi. Ias. in l. si tibi decem. §. quædam. n. 2. de pact. & Ceual. com. opinio. contra com. Q. 389. licet in contrarium alleget Igne. in l. 1. §. Diuus. n. 25. & 29 ad Sillan. de communi procontraria parte testantem & Ang. de malesic. verbo. nec non ad querelam. n. 90. & Durant. de legat. caut. 34. sed Durant. interesse peti posse tenet nisi plena remissio facta esset & subamp. cõmunem testatur. Carbon. d. Q. 14. versic. secundo. fol. 90.

704 2. Subamp. etiam si hæredes occisi diuites sint adhuc eis damna resici debent Carbon. supra. Q. 15. cõcl. 1. vel artem habeant Ricci. collect. dec. 831.

705 3. Subamp. hæredes occisoris restituere prædicta teneri Carbon. d. Q. 95. concl. 6.

706 1. Lim. 99. amp. nam si sufficiens satisfactio fuerit oblata non potest in iudicio agi nisi iudicis sententia necessaria sit ad consulendum honori, aut damno offensi & læsi. Bonacci. tract. moral. tom. 2. disputat. 3. Q. 4. puncto. 3. n. 5. loquens in foro poli.

707 2. Lim. non procedere quando plena remissio facta esset, hæc enim petitionem interesse tollit Rom. in l. 2. n. 7. 8. ad Sillan. Marsil. sing. 246. Durant. supra. Rim. Iun. cons. 103. n. 38. & seq. subdens tunc plenam factam censeri quando de damnis & interesse mentio facta fuisset Carbon. d. Q. 14. vers secundo. pag. 90. Add. ad Gratia. dec. 58. loquens de facta in confessione sacramentali.

1. Amp. à minore cum iuramento remitti posse sine tutore & curatore, siue iuramento adultus habens curatorem, eo authore remittet; si pupillus sit solus tutor

tutor remittet, & contra hanc remissionem non restituetur Gutier. in auth. sacramenta puberum n. 135. & seq. C. si aduers. vendit. Gomez. de homicid. n. 66. Menes. in l. transigere. n. 65. C. de transact.

708 3. Lim. non procedere quando vulnerans vel occidens ad sui defensionem id fecisset inculpatæ tutelæ modum non excedens, hic enim non teneretur damna vel interesse reficere Crau. cons. 119. n. 7. & seq. Cabal. cas. 248. resolut. crim. nu. 29. & seq. subdens tunc non dici excessum modum, quando saxo offensus pugione se defendit cum aliter non posset ex quo licet se meliori & fortiori instrumento defendere post Clar. in §. homicidium. versic. scias tamen & Gomez. de homicid. n. 22. & cum Crau. sup. n. 72. Cabal. supr. n. 33. probat ad defensam homicidium factum censeri quando occidens prius insultatus fuit, & pugno percussus, & ei turpe fuisset eiusmodi percussionem sustinere, vel quando occidens erat occiso corpore debilior, Quin etiam modo excessu qui aduersarium vulnerat pro sui defensione ad damna, & interesse non tenetur, licet modum excesserit Gomez. supr. n. 38. & Cabal. supr. n. 33. & seq. qui tamen subdunt in aliquo teneri ob excessum iudicis arbitrio non tamen in totum. Carbon. de restitut. Q. 15. in prima concl. vbi lim. procedere ait etiã in mutua prouocatione puta duelli & in suorum etiam defensione.

709 4. Lim. non procedere quando mors non processisset ex vulnere, sed culpa medici vel vulnerati. Gomez. sup. nu. 28. versic. tertius casus Clar. supra. nu. 42. versic. quandoque etiam Cabal. supra. n. 35. & seq.

710 5. Lim. non teneri nisi ad expensas vtiles & necessarias non autem ad superfluas & voluntarias Abb. in c. finem n. 28. 29. de dul. & contuma. Cabal. sup. n. 49.

711 6. Lim. vt licet agi possit ad mercedes medicorum, & alias expensas in curatione occisi factas ęstimatio operarum etiam fiet quibus pater occisi caruit pro tẽpore leg. hereditatum ad lege Falcid. & hominis occisi æstimatio debeatur; attamen non fiet libertatis, vel cicatricum, vel membrorum eius æstimatio sine vulneratus, vel occisus aliquis fuerit, Achil. de Gras. decis. 365. n. 2.

712 7. Lim. non procedere in hærede extraneo qui agere non potest ad damna & interesse occisi Azo. in sum. C. de leg. Aquil. n. 9. Crau. cons. 119. n. 6. Achil. supra n. 4. qui communem testatur, sed filius tamen vel pater occisi ab eo alendi cum aliunde non haberent, ad damna agere posse omnes Dominos ait concurrisse; quamuis in filio hærede substiterint n. 6.

713 Contrarium tenet Carbon. supra concl. 8. qui magis communẽ comprobat vbi etiam creditoribus occisi esse satisfaciendum. concl. 9.

714 8. Lim. actione iniuriarum agi non posse puta si mille perdere maluisse, quam iniuriam seu contumeliam illam pati dicat iniuriam passus; (licet agi possit l. Aquil. ad damna expẽsas & interesse) quia agitur de pœna & publica vindicta, si gratiam Princeps homicidæ condonauerit Crau. cons. 119. nu. 2. vel si dolus cessaret n. 4.

715 9. Lim. operas non posse prætendi quando occisus nobilis erat, nec operari solitus erat Crau. supra. n. 6.

716 10. Lim. non teneri occisorem se iudici offerre ad satisfaciendum pro homicidio etiam si id ei confessarius imponeret Silu. verbo. restitutio. 3. quest. 2. Carbon. d. Q. 15. concl. 4. pag. 95.

717 11. Lim. hæredes occisi nil pro honore defuncti offens petere posse, nisi honor æstimatus fuisset ante mortem offensi Carbon. d. Q. 95. concl. 7.

718 100. Amp. in accusatore iniusto criminis occulti quod in iudicio probari nõ potest, qui mortaliter peccat & famam restituere tenetur de cõmuni Carbon. de rest. Q. 19. concl. 2. quia contra charitatem & iustitiam facit, subdens negantem malo animo crimen de quo iniustè accusatur calumniando accusatorem grauiter peccare, nõ tamẽ teneri restituere famã & Q. 51. contra verum accusantem mortaliter peccare & restituere teneri & desistere teneri si accusationem veram non esse compererit, nec potest vti falsis testibus, & pro iustitia non animo nocendi accusare debet.

719 101. Amp. honorem ablatum restitui debere ex necessitate salutis Carbon. de restitut. Q. 25. concl. 1.

720 1. Subamp. vt honor non reparetur per vindictam, nam vindicta est contra rationem & ex suo genere grauissimum peccatum, repugnat autem, vt peccando honorem quis recuperet cum actionibus honestis acquiratur Carbon. supr. concl. 2.

721 2. Subamp. vt si iniuria vni facta in alios redundaret, ijs etiam honor restitui debeat glo. in cap. parrochianos. de sentent. excom. de communi Carbon. de restitut. Q. 25. concl. 12.

722 3. Subamp. restituere teneri non modò eum qui proxime contumeliam aut conuicium fecit, sed & eos qui causam sufficientem dederunt vt contumelia fieret si quid detrimenti inde ortum sit, qui enim causam damni dat, damnum dedisse videtur, vno tamen restituente cœteri liberantur, verum qui iniuriam irrogauit semper actui restituere debet Carbo. d. Q. 25. concl. 13.

723 1. Lim. amp. 101. nam omni contumeliæ & iniurię etiam verberibus factæ per verba potest satisfieri, quoniam iniuria non tam fit rebus & verbis, quam animo, qui verbis optime patefit; honor ergo restituetur si quis dicat si nihil animo despiciendi aut paruipendendi fecisse, & si hoc animo fecisset se male ac iniuste fecisse & huiusmodi verbis Carbon. supra. concl. 3.

724 2. Lim. nam honoris restitutio optimè fit honoris exhibitione ijs signis quibus honestos homines & re aliqua excellentes honorare solemus Carbon. supra. concl. 4.

725 3. Lim. nam veniæ petitione honoris restitutioni satisfit, namque Deo satisfit venia petita cur nõ priuato Carbon. supra concl. 5. ex magis communi.

726 1. Sublim. non procedere in superiore qui veniam petere non tenetur sed æqualis & inferior & cum iniuria est leuior Carbon. sup. concl. 6.

727 2. Sublim. nam inferior superiori, ignobilis nobili si grauis sit iniuria respectu personæ affectę, aut afficientis circumstantias & genus iniuriæ, hoc casu vltra veniæ petitionem aliqua alia satisfactione opus est Carbon. supr. concl. 7.

728 3. Sublim. veniæ viam non sumi si alio modo possit honor restitui Carbon. supr. concl. 8.

729 4. Lim. nam mediante pecunia honoris restitutio fieri potest, licet inter nobiles & aliqua ornatos dignitate in vsu non sit Carbon. supra. concl. 9.

730 5. Lim. condonatam non esse restituendam hono-

ris

ris ablationem Carbon.supra.10.conclus.10. vide supra.amp.79.in eius.2.limitat.

731 6. Lim. non esse restituendum hæredibus iniuria affecti, nisi & in eos iniuria redundaret.Carbon.sup. concl.11.12.nec per hæredes iniuriantis vltim. concl.quia iniuria fit certæ, & à certa restitui debet.

732 102. Amp. vt gabella fraudata restitui debeat si imposita fuerit (requisitis concurrentibus primo authoritas imponentis c. super quibusdam. §. præterea. de verbo.sig.vt in Imperatore, Rege, Generali Concilio metum & mixtum Imperium habentes Principes, & Respublicæ superiorem non recognoscentes ex antiquissima consuetudine id possunt; secundo causa, necessitatis vel publicæ vtilitatis non priuatæ Principis; tertio forma quæ in proportione geometrica cõsistit circa duo,nempe vt plus possidens plus grauetur, & ex causa maioris minorisuè necessitatis maius minusuè tributum imponatur) & fraudans mortalitet peccat.Carbon.de restitut.Q.32.in princ.& concl.1. Matte.22.& conclus. 6.& Q. 33. dub. 2. ex causa & consuetudine super commestibus etiam imponi posse & dub.7.tradit an gabellarijs offerri debeat.

733 1. Subamp. etiam si antiquissima sit nec de causa impositionis constet adhuc enim iusta præsumitur, fraudans mortaliter peccat, & restituere tenetur. Carbo.supra.concl.8.d.Q.32.

734 1. Lim. nam nemo pœnam impositam gabellam non soluenti soluere tenetur nisi post sententiæ executionem.Carbon.supra.concl.3.d.Q.32.

735 2. Lim. iniusta tributa non obligari in foro poli, & iniusta dicuntur si requisita de quibus in amp. cessarent.Carbon.supra.concl.4.& exigentes mortaliter peccant & restituere tenentur.concl.7.

736 1.Sublim. nam ex accidenti ratione scandali iniusta soluenda esset.Carbon.supra.concl.5.

737 3.Lim. nouas imponi non posse nisi pro necessitate publica totam communitatem respiciente, puta bellum iustum, defensio ciuitatis, redemptio Domini capti bello iusto, pro construendo ædificio, pro liberanda Republica ab onere vel obsequio Carbon.sup. concl.9.ex cõi.Cabedo.dec.lusit.49.par. 2. nec à feudatario Imperatoris habente regalia indefinite Rot. dec. 29.par.1.diuers.Marta.dec.160.Pis. licet possint imponi à Ducibus Italiæ qui iura imperij præscripsere vt per eum.

738 1. Amp. vt si à subditis noua & insolita pedagia & tributa exigantur seu vectigalia sibi non præindicent metu enim soluisse censentur Ond.conf.86.n.17. lib. 1.licet ex diutina obseruantia metu purgatus censetur.Pereg.conf.13.n.11.& seq.lib.1.& licet antiqua iusta præsumantur secus in nouis,nisi causam habeant & fraudari possunt hæc noua, nec exigi possunt Carbon.de rest.Q.33.dub.1.

739 4. Lim. non deberi causa cessante nisi noua superueniat causa; vel nisi præscripta vectigalia forent. Carbon.d.Q.33.dub.3.& ideo si pro custodia viarum fuerint imposita si non custodiantur fraudari possunt. dub.4.

5. Lim. in gabella imposita pro rebus necessarijs vsui deferentis quæ non restituitur fraudata. Diana.part. 2.tract. 17.resol. 28.

740 6. Lim. in clericis qui non tenentur soluere gabellas nisi in quatuor casibus; primo ex Papæ authoritate. secundo ex necessitate communi clericis, & laicis sed cum consensu Episcopi; tertio si negocientur pro se ipsis vel res alienæ sint.Carbon.d.Q.33.disp.7.Ferret.de Gabel.n.431.& seq.

7. Lim. in contractu conditionali in loco purificatæ conditionis non contractus solui debere. Meno. cons. 96... n.24.lib. 10.Gutierez.de gabel.Q. 8. n. 9. Zuccar. in conf.post.dec.luca.nu. 19.& seq. vbi etiam ex noua adiecta qualitate ibi contractum dici irritum.

741 103. Amp. vt sub conditione data vel donata, cõditione & causa finali (non etiam impulsiua) cessante, restitui debent, prout & modo non impleto, nisi conditio talis esset quæ non adiecta censenda foret, & si finalis causa simulata esset restitui deberet. Carbon.de restitut.Q.44.

742 104. Amp. vt ficta sanctitate acceptum seu ex ficta paupertate restitui pauperibus debeat Innoc.& Abb. in cap.quia plerique.de immu. Eccle. n.36. nisi paupertas vel sanctitas vt causa accipiendi non fingatur, sed ideo fingeret vt ad dandum moueret ratione paupertatis, & si vere pauper sit non teneretur restituere Carbon.de rest.Q.50.ad finem.dub.50.

743 105. Amp. vt Reus in iudicio veritatem fateri debeat si à proprio iudice de crimine cuius præcesserit infamia vel semiplena probatio interrogetur id quod in processu debet esse probatum, & indicatum reo, alioquin appellare potest; nec etiam tenetur complices reuelare nisi prędicta præcedant, & prædictis cessantibus negare potest, nec peccat mortaliter, prout accideret si prædictis concurrentibus negaret; & vbi negare potest id facit iuxta suam intentionem, scilicet se non fecisse id de quo iudex interrogare possit. Carbon.de restitut.Q.51.vers.primum dictum in reo & Q.19.concl.8.de cõmuni quod nulla infamia præcedète posse verbis ambiguis iudicem fallere non tamen directo mentiri ex communi Silua.nup. lib. 3. n. 41.& seq.& Ceual.Q. 603. vbi verissimam & consulendo & iudicando tenendum & Q.301. iuramentum de veritate dicenda à reo exigi posse, si tamen neget delictum commisisse & de periurio conuinceretur nõ posse de periurio puniri & idem in iuramento calumniæ & in respondente positionibus & Surd.dec.17.n. 7.& 15.Diana.par. 2. tract. 15. resol. 27. non teneri fateri si de pœna graui puta capitali, confiscationis bonorum, triremium vel mutilationis membri nisi plene delictum foret probatum & par.3.resol.52. reũ negantem delictum ex quo pœna pecuniaria inferretur non teneri ad restitutionem.

744 106. Amp. vt vendens plus iusto præcio, legitimo, vel naturali mortaliter peccet & illud plus restituere teneatur in his quæ ad victum sunt necessaria de cõmuni omnium Carbon.de restitutio. Q. 52. concl. 1. nisi ex liberalitate id plus donaretur, vel ratione dàni concl.2.& 3.& siue plus siue iusto minus constituatur ad iustum in foro poli reduci ac restitui debet Bal. in c.cum causam.2.in fi.de testi.Iaf.in l.fiquis in conscribendo.n.5.C.de pact.Franc. Marc. dec. 698. n. 6. par.2.Cirier.de primogenit. Q.15.n.3.lib.2.Lopez.de contract.lib.1.cap.13.de communi Soarez.com. opi. lit.C.n.17.& lit.E.n.138.Ferrat.caut.19.n.4 licet secus dicat iure canonico in foro contentioso & Manti. de contract.lib.4.tit.20.n.59.& seq.Spino. de testam. glo.rubr.13.part.n.52.Barbos.in 4.part. rub. sol. matrimo.

trimo.n.16.Iacob.à Canib.de executor.vltim.volun. §.consentaneum.n.10.de communi Carbon.de restit. Q.52.concl.4.de magis communi Farin. Q. crim. in fragment.par.1.verbo,decipere.n.43.dixi in tractatu emptionis & venditionis.de magis communi in foro poli.Tiraq.de leg.connub.glo. 9. n. 8. & seq. & Add. ad Bertaz.cons.crim.238.lit.D. & Lup. in cap. nauiganti.n.11.de vsur.

745 Contrarium nisi magna læsio sit. Moli.de primog. lib.1.cap.5.n.56.

746 1. Lim. primam opinionem non procedere in sciẽter emente Dec.in l.semper in contractibus,157.n. 9. de reg. iur.

747 Contrarium vt ampliatio procedat siue scienter siue ignoranter læsio contigerit.Couar.var.lib. 2. cap. 4.n.11.Farinac.supra.n.45.& 46.

748 2. Lim. non procedere in emente minoris quàm res valeat à sciente rei valorem qui tutus est in foro poli.Rip.in l.si vmquam.n.18. Q. 9. C. de reuo. don. Soarez.com.opi.lit. D. num. 17. & lit. E.n.139.Crema.in l.2.n.159.C.de rescind.vend.Meno. cons. 109. n.30.nisi necessitatis causa, vel mentis leuitate vendidisset, vel nisi ex parte emptoris nimius affectus interuenerit.Crema.d.n.159.Farin.supr.n.48.

749 3. Lim. non procedere in emente ad rem actionem qui minus iusto pręcio emere potest vt ex Inno.tradit Cag.in l.qui actionem.n.10.de reg.iur.

750 4. Lim. non procedere cessante dolo emptoris. Trentacinq.de subst.par.2.c.16.n.5.versic.secundo.

751 Contrarium tenent. Crema.supra.n.158.& Farin. supra.n.154.

752 107. Amp. vt venditor sciens vitium rei in substantia, quantitate notabili, pondere, mensura, qualitate maioris momenti & idem si post venditionem scientia superuenerit restituere teneatur ex receptissima. Carbon.de restit.Q.52.concl.6.& conclus. 7. celantẽ rei notabile vitium tribus casibus restituere teneri; Primo si defectus damno sit emptori; Secũdo si ad id inutilis emptori res esset,gratia cuius emitur;tertio si quis emeret vt reuenderet & cum tali vitio minus vẽderetur extra hos casus seruato iusto præcio vitium tacere potest.

753 108. Amp.vt emens ab eo qui iustum præciũ ignorat illud ei manifestare teneatur Abb.in c.quia plerique.de immu.Eccle.de cõi.Carbo.d.Q.52.concl.13.

754 109. Amp. vt emptor iusto soluto præcio ad aliud obligari nequeat esset enim vsura ac restitui deberet. Carbon.d.Q.52.concl.14.

755 110. Amp. vt si vendatur res plus iusto præcio à Republica taxato etiam si dubium sit an iustum sit, iniquum erit; secus si expræssè præcium iustum non foret & non seruaretur æquitas naturalis; præcium autem à lege humana taxatum etiam clerici seruare debent, quia æquitati naturali consentaneum est quã omnes seruare tenentur.Carbon.d.Q.52.concl.16.

756 111.Amp. simoniace data restitui debere Nauar. in manual.cap.23.n.103.Carbon.de restit.Q.60.versic.21.vbi non esse ei faciendam qui dedit sed pauperibus quia non est facienda iure Diuino sed humano, & non nisi post sententiam ex communi ante autem rem in iudicium deductam ei qui dedit restitui potest; secus postea de communi Gutierez.cano.QQ.lib. 2. cap.23.n.20.dixi in tractatu, Simoniæ & in simonia reali ita etiam tradit Carbon.supr.versic. 24. & idem de eo qui simoniæ à tertio commissæ notitiam postea habuit quod resignare, & fructus ex quibus ditior est factus restituere debeat versic.25.de communi,Garz. de benef.par.8.c.1.n.45.& antecedentibus.

757 1. Lim. nam per simoniam mentalem accepta nõ restituuntur c.vlti.de Simon.Carbon.de restitu.Q.60. versic.22.de cõi.Garz.d.n.45.

758 2. Lim. conuentionalem ex neutra parte completam ad restitutionem non obligare.Carbon.supr.versic.23.subdens temporale datum spirituali non accepto danti restitui debere,quia conditione non impleta contractus non dicitur factus; si autem completa sit ex parte eius qui spiritnale dedit,licet sit peccatum non adest poenæ subiectio & collatio tenet vt stilo curiæ seruatur.

759 112. Amp. in clericis qui si inhabiles sint puta minores 14. annis & beneficium obtinuerint, curatum ante 25.illegitimi, irregulares, hæretici, eorum filij, excomunicati, simoniaci, & huiusmodi beneficia obtinere non possunt, & qui accipiunt beneficium curatũ animo nõ clericandi mortaliter peccant,& fructus restituere tenentur licet in simpliei beneficio secus videat.Carbo.de restitut.Q. 61. Nauar. in enchirid. c. 25.n.118.vbi clericum qui simplex beneficium acquisiuit animo non consequendi sacros ordines non teneri restituere fructus licet mortaliter peccet & Senat. Dolan.dec.65.n.8.

760 1. Subamp. vt beneficium curatum residentiam exigens obtinens si non resideat non lucratur fructus licet Vicarium tenuerit Concil.Trid.sess.13.cap.1. de reform.Carbo.d.Q.61. versic. quartum exceptis causa studij & Theologiæ Doctoribus publice in aliqua Vniuersitate docentibus ibid.& cap cum eo. de elect. in 6.vel alia iusta causa non residentibus Carbon.sup. Garzia.de benef.par.2.c.1.n.5.

761 2. Subamp. in habente plura beneficia simplicia etiam sine dispensatione sine causa si vnum ad substentationem sufficeret conuenientem restituere tenetur.Carbon.supra.versic.quintum.

762 3. Subamp. vt qui crimen commisit quo ipso facto beneficio priuatur fructus restituere debet & idem si per sententiam priuandus sit; vt hęresis, schisma, lęsa Maiestas, simonia, sodomia frequentata Cardinalis, Episcopi curati & iuuantis percussio, homicidium qualificatum, falsarius literarum Apostolicarum qui per vim possessionem beneficij ingrediuntur, qui profitetur religionem qui ipso iure amittit, matrimoniũ ab existente in minoribus contractum etiam non consumatum, vel inualidum, & etiam ante consumationem muliere ingrediente religionem, curatus ad ordinem necessarium intra annum se promoueri non faciens ipso facto, & si incompatibile receperit ipso facto,causę sunt iustæ priuationis licet in alijs sententia requiratur Carbon.concl.61. de rest. versic. multa & excõmunicatus qui est in mora absolutionem petendi ante eam non lucratur fructus & idem de suspẽso nisi per ipsum non steterit quin absolueretur versic. octauum & versic. nonum. sed beneficiatum homicidam iniustè, posse retinere nec dici ipso iure vacare ex cõi. Viui.dec.6.n.18.

763 4. Subamp. clericos beneficiatos restituere teneri ecclesiastica bona quæ post sufficientem substenta-

tionem

tionem male dispensarunt de magis communi Carbon. de restit. Q. 61. versic. decimum; sed fructus in magno excessu male consumptos restituere non teneri licet mortaliter peccet clericus ex cõiori Garzia. de benef. par. 2. c. 1. n. 6. 7. de communi Leo. in thes. fori. Eccle. c. 12. n. 21. vbi ex Coua. in c. cum in officijs n. 3. in fi. de testam. de consuetudine non seruari ait sed esse corruptelam.

764 5. Subamp. beneficiatos qui post sex menses ab accepto beneficio non recitant officium restituere teneri, & admonitione præmissa si non resipiscant beneficio priuantur, dummodo fructus percipere possint. Carbon. supra. versic. vndecimum Garzia. de benef. par. 3. c. 1. n. 23. ex constitutione Pij V. 138. quæ cum impediat acquisitionem ipso iure sine iudice operatur ex cõi n. 32. & per tot. plura de hac restitutione explicat, & respectu residere omittentis. c. 2. vbi n. 151. in foro poli non restitui nisi per sententiam condemnetur. Vasq de succes. lib. 3. §. 22. n. 56. in contentioso nõ teneri restituere, sed in poli foro controuersum ostendit in negatiuam cum alijs quoad omnes fructus inclinans.

765 6. Subamp. vt fabricæ illius Ecclesiæ restitutio isthæc facienda sit in qua habetur beneficium, vel pauperibus; distributionum verò quotidianarum restitutio & distributio inter participantes fiet, & quando ex communi massa sumuntur, restitutio Canonicis fiet Carbo. supra. versic. duodecimum Garzia. supra. n. 35 amissas ob non interessentiam fabricæ vel pauperibus dari, licet amissæ per aliquem Canonicum massæ capitulari dentur. n. 36. & par. 3. c. 4. in fi.

766 7. Subamp. in pensionarijs qui tenentur officium Beatissimæ & Gloriosissimæ Mariæ semper Virginis recitare vel horas in choro, & non recitant Carbo. supra. versic. decimum tertium ex bulla Pij. V. quoad primum & ex cap. 1. de cleric. non resid. in 6. quoad secundum Garzia. de benef. par. 1. c. 5. n. 67. qui tamen restringit ad percipientem pensionem vt clericum non titulo seculari.

767 8. Subamp. idem esse in omnibus ministris qui stipendium accipiunt; nam si suis non fungantur muneribus pro rata restituere debent Carbo. supr. versic. decimum quartum & si indigni sint Garz. de benef. par. 7. c. 7 n 30.

9. Subamp. in indigno beneficij, qui saltem ad damna & interesse tenetur & collator in subsidium Garzia. de benef. par. 7. c. 7. n 23. & seq.

768 10. Subamp. curatos non modò pro horis, verum etiam pro sacrificijs prætermissis restitutioni obnoxios. Carbo d. versic. decimum quartum.

11. Subamp. in eo qui intra bimestre à die adeptæ possessionis curati beneficij professionem fidei non emisit, Garz. de benef. par. 3. c. 3. n. 35. & seq. vbi etiam fabricæ Ecclesiæ vel pijs locis dari, & vbi capitulo applicantur non potest cum eo componi, & nisi à Papa donari non possunt vel sacra Pœnitentiaria data aliqua eleemosina n. 53. & seq distributiones vero nõ perdi num. 58. nisi eam non faciat ex ignorantia vel inaduertentia. n. 66 & seq.

769 1. Lim. amp. 112. eum qui ficta sanctitate si dignus sit beneficium acceperit non teneri restituere. Carbon supra. versic. tertium.

770 2. Lim. non teneri fructus restituere nisi pro rata defectuum Carbon. supra. versic. decimum tertium. Garzia. supra. n 34.

771 3. Lim. nã pauper superioris licentia fructus quos restituere deberet retinere posset. Carbo. d. versic. decimum tertim.

772 113. Amp. vt si bellum moueatur à Christianis cõtra Turcas, hæreticos, infideles vt fieri potest & debet. Carbon. de restit. Q. 62. vbi etiam probat bellum non esse ex se malum; & vt iustum sit quinque requiruntur; primum publica authoritas, causa iusta; secundum est quando scilicet à suis iniuste acta punire vult Respublica, vel si iniuste occupata recuperare velit, qua de causa contra Turcas Christiani bella gerunt; tertium quod prius legati mittantur pro suorum recuperatione, & quod bellum sit vltimum remedium; quartum recta intentio non lucri causa fiat; quintum vt in progressu iura belli seruentur, & pacta, & legatorum impunitas & huiusmodi vt per eum qui alia de bello tradit, & si iuste motum fuerit obligatio restitutionis cessabit, secus si iniustè hoc enim casu restitutioni locus erit; declarando quod si bellum sit defensiuum sine authoritate cesset peccatum; damnum tamen illatum non coactè defendendo restitui debet pro excessu cap. olim. 1. de restitut. spoliat. si modum non excedit mortaliter peccat; idemque dicitur de eo qui bellando recuperat suum qui peccat mortaliter licet restituere non teneatur, ideo autem grauiter peccat, quia in re graui iuris ordinem peruertit, si bellum iustum authoritate infert, vel suscipit non tenetur restituere; si vero iniustum restituere debet omnia damna etiam subditis Carbo. supra. Q. 63. qui communissimam testatur subdens quod Princeps bellum iniustum suscipiens cuius causa non esset criminosa, non seruato ordine admonendo aduersarium an sine bello restituere vellet, peccat & suis damna reficere tenetur & restituere quod plus damni intulit quam percipere deberet, vel receperit quam deberet ab his qui culpa carerent, vel si oblatam satisfactionem recusaret si crimen non intercessisset, & si initio iustum videretur postea iniustũ apparuerit, damna post modum illata restitui debent, & vbi etiam res dubia esset damna omnia restitui debent & dub. 2. inquit durante conflictu omnes qui occurrunt occidi posse, modo is non occurrat qui naturali reuerentia, vt pater seruandus sit, parta victoria particulares nequeunt hostes occidere, illi vero qui belli iniusti causa fuere occidi possunt non ex furore belli, sed iuridico more vt Rei necantur & in 3 dub. tradit quando Ciuitas militibus in prædam dari possit, nempe si pro plena victoria nullum aliud remedium subesset tradi posse non tamen Ecclesias & monasteria spoliari posse sub pœna excõmunicationis bullæ in cœna Domini, & innocentes directo offendi nequeunt, peregrini, hospites ad nundinas venientes mercatores & rustici vt per eum & dub. 4. Principem damna illata subditis non posse condonare, nisi ex iusta causa cum nõ posset hosti resistere dando quid minus ne maius amittat nec peccat, nec restituere tenetur & dub. 5. milites si bellum dubium sit mortaliter peccare ac restitutioni obnoxios esse si dubium sciant; stipendiati pugnare possunt nisi eis constet belli causam esse iniustam, secus si nullo modo subiecti essent, parati autem ad pugnandum in quocumque bello indifferenter mortali-

ter

ter peccant. & dub. 6. pugnantes culpabili ignorantia iusti belli vel iniusti, quia scire debuerunt & potuerũt mortaliter peccant & restituere tenentur, & si ignorantia sit inuincibilis quia nec debuerũt nec scire potuerunt ad aliquam restitutionem tenentur & dub. 7. milites sine licentia sui Ducis pugnantes & sua recuperantes mortaliter peccare sed restituere ea non tenentur, sed si aliena receperint, vel damna intulerint restituere debent nisi tacita Principis voluntas saltẽ subesset & dub. 8. captiuos Turcarum remigantes in bello iniusto non peccare & dub. 9. seruos in bello captos, vel emptos licitè non posse fugere ex cõi. & dub. 10. die etiam festo bellare posse dummodo missa audiatur si adsit facultas. Soarez. alleg. 8. n. 10. ex l. si captiuus. §. expulsis. de capti. & postlim. reuer. inquit quod licet bello quæsita Principis sint, domino tamen priori restitui debent.

Iniusto autem bello vi capta restitui debent & iuramẽta relaxari c. sicut. 29. de iur. iur.

773 114. Amp. vt qui ex contractu puta mutui, locati, commodati depositi & huiusmodi aliquam rem pro certo tempore & ad vsum certum accepit, elapso tempore restituere debeat nec possit ad alium vsum, vel vltra vti, alioquin ad damna & interesse tenebitur & commodatarium qui pro sui vtilitate recepit, si culpa sua perierit ad restitutionem teneri ex cõi. Carbon. supra. Q. 72. concl. 2. secus si culpa cesset concl. 1. sed si gratia commodantis sit factum commodatum, cõmodatarius non tenetur ad restitutionem si eius dolus vel culpa lata cesset. concl. 3. idem si gratia vtriusque res locata vel commodata esset. concl. 4. mutuatarius autem tenetur indistinctè restituere etiam culpa cessante concl. 5.

774 115. Amp. vt rei restitutio facienda sit à quo res accepta fuit. Carbo. de restit. Q. 73. in versic. quo etiam & reg. 2. ex cõi.

775 1. Subamp. etiam si tradens vsum, custodiam, vel procurationem rei haberet, adhuc illi restitui debet, licet in foro poli domino restitui possit si ei vtile esset nec damno vsurarij vel custodis cederet. Nauar. c. 17. n. 29. Carbo. supra. reg. 4. ex cõi.

776 2. Subamp. etiam si dubitetur cuius res sit adhuc tradenti restitui debet. Carbon. d. Q. 73. reg. 6. ex cõi.

777 3. Subamp. in pecunia ad certam causam data vel sub conditione quæ defecit, danti enim restitui debet Nauar. cap. 17. n. 28. Carbon. supra. reg. 7. ex cõi.

778 4. Subamp. hæredibus eius à quo habuit seu domini restitui deberi Carbon. de restit. Q. 76.

779 5. Subamp. vt ei solui non possit cui creditor debet in foro exteriori, nisi ex eadem causa essent debitores in foro interiori, secus si dominum soluens admonuisset, nisi inuito creditore soluisset Carbon. supra. Q. 85. concl. 1. & seq.

780 1. Lim. 115. amp. vt domino suum restitui debeat ab eo vel aliunde habitum Carbon. supra. reg. 3. ex cõi. d. Q. 73.

781 2. Lim. nam ab eo acceptum qui nullum ius habet vt monacho & filio, patri & monasterio restitui debet. Carbon. supra. concl. 5. d. Q. 73.

782 3. Lim. non procedere quando causa dationis ad effectum perducta fuisset siue turpis iniusta, vel honesta sit, vbicumque restitutio facienda est non danti, sed pauperibus restitui debet de communi Carbon. supra. reg. 8. quamuis non desint recipientem ante sententiam retinere posse tenentes d. Q. 73.

783 4. Lim. non procedere in re data simoniace quæ non danti sed Ecclesiæ restituenda est cap. de hoc de simo. licet quandoque ei qui dedit restituatur vt in c. veniens eod. tit. Carbon. supra. reg. 9.

784 5. Lim. nam iure naturæ vel ipsa ratione inspecta ei restitui debet à quo res accepta fuit, secus iure humano ideo per iudicis sententiam fisco vel alteri res applicata tradi debebit. Carbon. supra. reg. 10.

785 6. Lim. nam si dominus ignoretur vel ita absit, vt ei restitutio fieri nequeat nisi hæredes adsint, pauperibus in vtilitatem domini restitui debet nisi de re notabili ageretur cap. sicut dignum. de homic. Carbon. supra. reg. 11.

786 7. Lim. datum causa nocendi alteri ei non esse dãdum qui iniuria affectus fuit ante sententiam namque in pauperes distribui potest nisi pro se recipiens retinere velit. Carbon. supra. reg. 12.

787 8. Lim. nam res empta ab iniusto possessore non animo restituendi domino, si vendens non compareat domino restitui debet sine pręcij recuperatione, quod recuperabit emens animo restituendi domino de magis communi Couar. in reg peccatum par. 3. in initio. n. 5. & Carbo. de restit. Q 74. concl. 2. vide supra amp. 53. qui loquuntur si modico præcio pro domino emerit. Affl. dec. 369. n. 6. 7. Lup in rub. cap. per vestras. §. 65. n. 57. de donat. inter. vir. & vxo. Bursa. cons. 43. n. 35. dixi in tract. furti & infra. n. . . . .

788 Contrarium ut pro domino emens nisi ab hostibus emisset præcium non recuperet Benint. dec. 34. Natt. cons. 436. Assis. dec. luc. 42. Granuc. Theore. 24. de cõi Farin. Q. 177. n. 40. & seq. nisi ab hostibus emerit uel domino utilis fuerit uel præcium conuersum fuisset in rem domini.

789 1. Sublim. nam à fure emens si ipse compareat ei non domino de iustitia restituere tenetur, quamuis de charitate domino restituere possit. Carbon. d. Q. 74. concl. 4.

790 1. Lim. d. sublim. non procedere quando emens à fure probabiliter crederet non restituturum, & sine suo detrimento restituere posset, tunc domino non furi poterit restituere hoc monito fure ne restituat interim & in conscientia tutus uiuat. Carbon. supr. cõcl. 5. secus si detrimentum pati posset tunc domino restituere non posset concl. 6.

791 9. Lim. nam in exteriori foro res ab iniusto possessore habita domino restitui debet l. inciuilem. C. de furt. Carbon. supra. concl. 8. & quidem sine præcio & l. si mancipium. C. de rei vendicat. Mascar. concl. 831. n. 18. & seq. ubi etiam ignorantiam in dubio præsumi Lepid. dec. luc. 151. uersic. his ita. Farin. Q. crim. 177. n. 20. & seq.

792 10. Lim. nam dubius an uendens rem sibi dominus sit, eam emere non potest tuta conscientia, nisi animo eamdem domino inuento reddendi, & si diligentiam adhibuerit uendere uel donare potest emptore monito rei conditionem Carbo. d. Q. 74. concl. 13. & seq. & si superueniat rumor quod aliena sit retinere potest animo restituendi, & uendere animo præcium tradẽdi emptorem monendo in casu quo alterius esse compertum sit concl. 16. de fructibus autem dubij possessoris controuersum probat, concl. ultima.

793 11. Lim. vt nec domino restituenda sit constito in eius perniciem re sua dominum abusurum, etiam si magna contentione rei dominus instaret, itaut si posset impediri restitutio nec fieret mortaliter peccaret & ad restitutionem restituens teneretur veluti causã damni dans de communi Carbon. de restitution. Q. 75. quod si dominus contra charitatem vellet abuti non debet restituere nisi minaciter dominus instaret & tempus restitutionis aduenisset vt per eum.

794 12. Lim. vt si is à quo res habita fuit, vel dominus aut cui debetur absit nec reperiatur diligentia adhibita, pauperibus vel in pios vsus erogari potest authoritate ordinarij, nisi de re modica ageretur proqua d. authoritas non est necessaria Carbon. de restit. Q. 76. dub. 2. intellige nisi adessent hęredes quia eis restitui deberet & Q. 78. vel consanguineis vers. sextum.

795 13. Lim. vt inuenta licet verò domino reperto ex perquisitione restitui debeant, eo tamen non inuento præhabita locorum diligentia solita in perquirendo pauperibus restitui debet cum authoritate superioris si de re momenti agatur Carbon. d. Q. 76. dub. 3. cessantibus tamen hæredibus domini rei & dub. 5. & si inueniens pauper esset pro se retinere posset. concl. 7. quamuis expedire dicat in manibus confessarij tradere vt ad libitum distribuat, inuẽtoris autem nõ fieri probat. Q. 77.

796 116. Amp. vt debitor teneatur domino rem suam eiue debitam restituere vbi eam accepit cap. Episcopis. &c. reintegrandæ. 3. Q. 1. de communi Carbon. de restitut. Q. 78. vers. primum.

797 1. Lim. 116. amp. nam bonæ fidei possessor rẽ alienam vbi est restituere tenetur Carbon. supra versic. secundum.

798 2. Lim. nam ex contractu ibi reddi debet vbi conuenit, vel cõueniri potest ac repeti Carbo. sup. versic. tertium post Nauar. cap. 17. n. 42.

799 3. Lim. nam si a loco dominus recesserit etiam sine iusta causa qui iustè recepit expensis creditoris transmittere potest ad eum ex communi, si verò expensa magna esset & ferè ad rem debitam ascenderet monendus esset dominus quid fieri vellet nec mittere teneretur Carbon. supr. versic. quartum & quintum & domini expensa aliò transmitti debet quò dominus migratus est nisi absque expensa dominus transmissurus fuisset vers. seq.

800 4. Lim. nam nuncio à creditore destinato tradi potest, & si pereat quomodocumque domino perit; debitori autem perit, si ipse nuncium miserit quomodocumque pereat, si verò rem eam miserit debitor per nuncium fidelem sine cuius culpa perierit creditori peribit, quia creditor dominus mansit, licet si miserit per nuncium non fidelem debitoris mittentis periculum foret. Carbon. d. Q. 78. vers. ad extremum.

801 117. Amp. vt compositio quam debitor cum Pontifice faceret de aliquo soluendo, & tuta conscientia reliquum retinendi si debitor certus sit non liberet à restitutione in conscientia; quod si verus dominus adhibita omni diligentia non inueniatur, erit tutus in conscientia; qui autem fraudolenter bona à pluribus occuparit compositione liberari nequit; potest Papa dispensare & componere in bonis incertis; vt autem debitor ex compositione in conscientia tutus sit non quid minimum, at proportione seruata soluere debet, non expectato iubileo sed quam primum compositionem obtinendo Carbon. de restut. Q. 86.

802 118. Amp. vt si bonæ fidei debitor omnia habeat restitutioni obnoxia nisi creditor sit in eadem necessitate extrema, & futuræ restitutionis spes probabilis esset, sit ei restitutio facienda retento eo per debitorem quod est necessarium pro sui status conseruatione vt eiusdem status pauperes seruare solent, instrumenta suæ artis artifex retinebit; quod si spes probabilis futuræ restitutionis adesset non teneretur integrè restituere itaut cadat à suo statu, sed sat est si in suo statu se restringat vt restituere possit Carbon. de rest. Q. 88. concl. 1. & 2. & si sua bona alijs habeat obligata, & iniuste acceptum restituere debeat à suo statu cadere debet & ad magnam se necessitatẽ redigere posset, tamen instrumenta retinere si artifex esset. concl. 3. si aliena bona habeat restituere tenetur vsque ad mẽdicitatem non ad infamiam si mutuata vel furto alteri ablata haberet; concl. 4. quas autem ex alienis bonis empta haberet restituere teneretur ad grauem vsque necessitatem concl. 5. malus autem possessor ex iniqua acceptione omnia restituere tenetur ex communi.

803 119. Amp. non valere venditionem dilata præcij solutione, si propterea merces uel bona plus iusto præcio uendita sint; uel minus iusto præcio anticipata solutione, nisi probabiliter dubitetur an plus uel minus his temporibus merces uenditæ ualituræ forent Hostien. in sum. de usur. n. 8. uers. quarto Rodulph. de usur. part. 2. Q. 29. n. 44. Buro. in cap. cum dilecti. nu. 37. & seq. de emp. & uend. Soc. cons. 176. n. 9. lib. 4. Archiep. Florent. de usur. n. 16. 17. Petr. de Vbal. de duob. fratr. part. 5. n. 24. & 25. ex Bal. in rub. C. de usur. n. 4. Natta. cons. 369. n. 1. & 2. & cons. 670. Add. ad Bertaz. cons. cri. 238. lit. B. Rim. Iun. cons. 218. n. 58. de magis cõi. Gutierez. de iuram. confir. contract. part. 1. cap. 2. n. 6. intelligens ex aliorum mente quod hæc uera æstimatio consideretur secundum ualorem proprietatis fundi venditi cum fructibus percipiendis tempore quo dies solutionis non dum venerit cum hoc verum proprium & considerabile interesse sit Lopez. de cõtract. lib. 2. cap. 22. 35. 36. versic. propter aliqua vbi cõmunem etiam si periculum aliquod subesset vers. ad sextum & cap. 37. versic. his autem probat ratione metus debitum non consequendi plus recipi minimè posse & cap. 41. vers. ex prædictis vbi de lanis per pastores venditis Mastril. decis. 106. vbi si ematur, vel conducatur vilius anticipata solutione, tametsi verisimiliter non certitudinarie hoc accidit Spino. de testamẽt. glo. rubr. part. 13. n. 47. & 54. pręsertim si merces corruptas ad tempus solutionis seruare non posset n. 55. Gutierez. cano. Q.Q. lib. 1. cap. 39. nu. 10. vbi illicitum dicit contractum pro maiori prætio quod valebit à tempore contractus ad mensem Maij, vel Iunij post Coua. var. resolution. lib. 2. cap. 3. n. 7. & seq. de communi Carbon. de restitut. Q. 52. concl. 9. Lup. in c. nauiganti. n. 104. & 105. de vsur. & 111. magis communem testatur in foro poli, & restitui debere id plus Viui. dec. 28. vbi etiam legem non vendendi nisi certo præcio & nimis carè transgredientem mortaliter peccare etiam si clericus vendat, & in casu necessitatis vendere quem cogi etiam de clericis loquens, & dec. 106. mortaliter peccare legi etiam ciuili con-

trauenientem sed ex Feli.limitat In cap. Ecclesia.nu. 37.& sequēt. de constit.Surd.de alim. tit.1. Q.77. vbi ex necessitate cogi quem vendere quod habet vltra suum victum tam à Laico quam ab Episcopo; & cogi etiam emere fruges quæ fiunt deteriores à Republica iuxta patrimonij quantitatem nec corrupta bonis misceri posse fisco excepto; sed vbi quis vendere cogitur, intelligitur iusto præcio refecto l. fideiussor. §. meminisse. vbi Doc.de legi.1. Rol. cons.71.n.9. lib. 3.Surd.de ali.tit.8.priuil.77.n.14.& priuil. 94. in casu necessitatis cogi vendere victualia habentem præcio taxato & in conscientia excedi non posse ex communiori.

804 Contrarium tenet Bertaz cons.eri.138.n.3.in fi. & Vasq.contr.ill communem dicit lib.3.cap.50.n.5. vt refert Gutier.d.n.6.

805 1.Lim.amp.119. non procedere in venditione immobilium in quibus contractus vsurarius non præsumetur, sed ad prætium supplendum agendum erit Bal.in rub.C.de vsur.n.4.Petr.de Vbal.de duob.fratr. par.5. nu.24. Soc. cons.176. nu.4. & 9. quando aliàs non inuenisset emptorem & 103.n.22. lib. 4. Burgos. in cap. ad nostram.nu.18.de emp.& vend. Lup. in d. cap. nauiganti. n.117. Rim.Iun. cons.177. n.20. subdens merces in hapotheca existentes quid immobile censeri.

806 Contrarium tenent Salic. in autb. ad hæc. n.8. C. vsur. Rodulph. de vsur.in cap.cōsuluit.n.9.par.2.Dec. cons.119.n.13.de magis cōi.testantur Soc. cons.88.n. 15.lib.4. & Gutier.cano. Q.Q lib.1. cap.39.n.17.& sequent.

807 2 Lim.non procedere quādo ratione periculi & laboris suscepti aliquid vltra moderatè emptoris consēsu augeretur in prætio, hæc.n. æstimationem recipiunt Molina.de contract. disp.356. Lopez. de contr. lib.1.c.37. vers.ar verò.& vers.secunda conclusio; inquit conuenire posse de aliquo soluendo vltra præciū pro damnis pro debiti recuperatione, culpa debitoris incurrendis Gutier. sup. nu.32. vbi etiam ratione expensarum.

808 3.Lim.non procedere in rebus etiam pondere, numero, vel mensura consistentibus, quando emptor præsente pecunia non fuisset verisimiliter inuentus, tunc enim non erit vsura es quo pecunia nō potest videri ab alijs tradita etiam postea illis mutuata, quia illam solutioni paratam non habebat Sali. in autb. ad hæc. nu 8. Q. 9. C. de vsur. Anan. in cap. in Ciuitate. nu. 3. de vsur. Soc. cons. 176. nu. 4. versic. sexto. lib. 2. Dec. cons. 111. nu. 8. Siluest. in verbo, vsura. 2. §. 1. Caietan. 2. 2. Q.77. Rim. Iun. cons. 177. nu. 14. Valasc. dec.44. n.4. Lup.in cap.nauiganti.n.107. de vsur.

809 Contrarium & præcium iustum temporis contractus debere solui tenent Bal.in d. rubr. C.de usur. n.4. Petr. de Vbal.sup. Couar.uar.resol.lib.2.cap.3.n.6.7. Gutierez.supr.n.36.& seq.

810 4.Lim.non procedere in venditione in nūdinis facta ad creditum carius quam si præsente pecunia uenisset Moliua.de contract.disp.357. qui intelligit dūmodo præcium non sit in indiuisibili & à lege taxatū sed crescere, ac decrescere possit ut per eum Couar. sup n.6.ubi tamen controuersūprobat Lup. in d.c.nauiganti.n.129.probans si non inueniantur emptores carius ad tempus uendi posse, & præsente pecunia uilius emi,

811 5.Lim.non procedere quando non excederetur rigorosus iustus ualor aut infimus iustus de cōi omnium Molina.sup.d.disput.355.n.1. & Lopez de contract. lib.1.c.36.uers.secunda cōclusio, nisi præcium fuisset à Republica taxatū ut per eum Dec. cons. 111.n.11. Spino.de testam.glo.rubr.13.par.n.47. probans ultra à lege taxatum uendere mortale esse peccatum; quod si taxatum non sit, quod in publico foro uenditoribꝰ soluitur, iustum censeri & est diuisibile, & iustitiæ latitudinem habet, cuius alterum extremum dicitur rigidum præcium, alterum medium quod uocatur moderatum; ut si res iuste decem aureis uendatur, nouē & undecim uendi possit, & intra illos extremos limites licet omnibus carius uendere pecunia credita quā numerata, & uendens ultra à lege taxatum præciū restituere tenetur etiam si clericus esset n.54. Lup. in d. cap.nauiganti.n.116.de usur.

812 6.Lim.non procedere in uēditione pro maiori precio soluendo tempore mortis emptoris, uel matrimonij, monachatus aut præsbiteratus, dummodo læsio non interueniat ratione habita dubij futuri euentus Dec.cons.115.& ita iudicatum testatur Thes. Q. forens.14.n.6.lib.2.

813 7.Lim.non procedere quando data dilatione præcium propter lucrum cessans, damnumue emergens augeretur uel minueretur, si hoc emptori fuerit significatum Molina.sup.n.4.& seq.ubi declarat & disput. 355.de cōi Soc.cons.88.n.16.lib.4.Dec. cons. 111. n. 9. Lopez.d.c.36.uers.4.Rim. Iun.cons.586.n.1.& seq. Lup. in d. cap. nauiganti. nu.128.de usur.uide infra. lim.20.

814 8.Lim. non procedere nisi quando uēditur res emptori in necessitate constituto, secus in emente merè uolūtario, ac de rei ualore optimè instructo Thesaur. supr.n.9.

815 9.Lim.non procedere nisi uenditoris intentio fuerit deprauata, etenim contractus iustitia ex intentione uenditoris pendet prout omnis usura c. consuluit de usur. si ergo idcirco uenditor maius præcium constituerit quia de præcio fidem habuit, & uenditio legum decreta excedat, nec ad pericula respexerit quę medio tempore accidere possunt, aut cum iuuene inesperto contraxerit, quo eū de iure contrahi nequeat, cumque incerto de rei ualore, uel sagax adita paciscendum fatuum & grossolanum induxerit, contractus non erit tutus in foro poli, nec in exteriori sustineri poterit, licet dici soleat rem tanti ualere quanti uendi potest, quoniam intelligitur de sciente rei conditionem, non de ignaro & egeno & dummodo iusta æstimatione ac præcio communi uenditio facta sit glo. in l.prætia rerum. uerbo. funguntur. ad leg. Falcid.quam Doc.communiter sequūtur ut testatur Lup. in d.cap.nauiganti n.110.Thesaur.sup.qui omnes Canonistas ita tenere probat.

Temporis antiqui probabitur si constet quantum ab eo tempore creuerit nam 30.uel 40.annis ab hinc circa dimidiam creuerat nunc tribus ex quatuor partibus in circa Onded. cons. 31.n.50.lib.1. Surd. cons. 451. nu. 39. 330. nu. 5. Merli. decis. 70. nu. 6. ita depositiones peritorum uide etiam in causa Dominicæ Raphaelis cū hæredibus D. Barthulomei Vanulli 1633. exactis

exactis D. Christophori Geminiani.

816 10. Lim. non procedere quando mercatori frumentum vel res aliæ mercesue venales venditæ fuere cum eisdem negociaturo, tunc enim dummodo vsuræ ad fructuum quantitatem commensurentur qui ex re vendita percipi possent, permittentur Dec. cons. 111. nu. 8. de communi Rim. Iun. cons. 177. nu. 14. & 586. n. 17. & seq. Carbon. de restit. Q. 52. concl. 17. Lup. in d. cap. nauiganti. n. 130.

817 11. Lim. non procedere quando mercator suas merces vendere paratus erat, & in alijs mercibus preçium conuersurus, ex quibus verisimiliter lucrari potuisset, nam si ab hoc contractu desistat vt animo res suas ad creditum vendat, de lucro cessante non integro, sed ratione habita quod impediri potuisset conuenire potest Lopez de contract. cap. 36. versic. quarto intelligens si certum sit pecunias alioquin inuestisse in alias merces, non si amico vendiderit ac lucretur, nec si pecunias pro vsu familiæ impedisset, aut cum pecunijs alijs retinuisset. Dec. cons. 111. nu. 8. & 9.

818 12. Lim. nam potest emptor pacisci de reficiendis damnis patiendis, ac pro eis fideiussorem velle Lopez d. cap. 37. versic. secundo & versic. tertia conclusio. quamuis propterea nequeat præcium augeri concl. 4. si damna sequantur intelligendo. versic. secundo concesso.

819 13. Lim. non procedere quando impeditur consequi iustum præcium, non enim peccat quando sine alicuius iniuria suam iniustam vexationem redimit Lopez. d. lib. 1. cap. 42. uersic. secundo adijcimus.

820 14. Lim. non procedere quando dubitatur an res vendita tempore solutionis præcij plus, vel minus valitura sit, hæc enim incertitudo validum contractum reddet cap. in Ciuitate. & cap. fina. de vsur. Hostien. in summa. de vsur. nu. 8. versic. quarto Dec. cons. 111. n. 10. Soc. Iun. cons. 83. n. 7. lib. 2. subdens non esse peccatum nisi mentem habeat de prauatam nu. sequent. intelligens limitationem hanc procedere ita demum si concurret etiam quod contrahens tunc non fuisset aliter venditurus, vel empturus, & vtrumque requiri probat Coua. supra nu. 6. & Bero. cons. 168. n. 22. lib. 1. & Spino. de testament. glo. rubr. 13. part. nu. 54. si conijci possit merces tempore traditionis puta recollectæ plus minusue valere posse, vt si in hieme triticũ vendatur pro tempore futuræ recollectæ vt per eum & duo prędicta requiri ex communi nempe incertitudo præcij tempore solutionis & quod venditor non esset venditionis tempore venditurus Nauar. in manua. cap. 17. nu. 241. receptissimam dicit Coua d. nu. 6. & Gutierez. cano. Q. Q. lib. 1. cap. 39. nu. 2. Lup. in d. cap. nauiganti. nu. 119. & 120. tenuit Rot. Rom. in vna Amerina. grani. 29. Maij. 1592. coram Rpd. Blanchetto, subdens non præsumi tunc venditurum. Lanar. cons. 61. vbi valere frumenti emptionẽ ante tempus certo præcio ancicipate soluto, si pręcium tale sit quod tempore messis plus vel minus valere possit. & idem si pręcium conuentum ante tempus messis solui debeat tempore consignationis; idemque si præcium anticipate soluatur nec dubitetur quod plus minusue valere possit, sed venditio frumenti non est in genere sed ad certum fundum restricta & non conuenit dari nitidum purum & cribratum, quia emptor periculum subire potest ne frumentum bonum sit, contractus valet nu. 1. & sequent.

821 15. Lim. non procedere quando res vendita in melius per emptorem mutaretur, tunc enim in foro etiã poli ad tempus carius vendi posset Dec. cons. 111. n. 11. Lup. in d. cap. nauigãti n. 131. licet ipse dissentiat, alios pro hac limitatione citat.

822 16. Lim. non procedere vbicumque venditor merces ad tempus quo pluris valituræ essent seruaturus fuisset, tunc enim carius vendere potest solutione in tempus dilata quo pluris valerent, tametsi venditionis tempore minus valerent, & vendi posunt rigoroso præcio quo valerent tempore solutionis, non autem vltra rigorosum Archiep. Florent. de vsur. cap. 1. nu. 16. 17. Spino. supra n. 55. & idem si ad illud tempus eas seruare potuisset siue seruauerit, siue non, de communi nu. 56. Gutierez. supra. nu. 6. vbi tamen exigi non pose maius præcium illius dixi vel mensis sed mediocre vel commune post Couar. d. nu. 6. versic. item secundo. Carbon. de restit. concl. 12. d. Q. 52. modò pręcium variari posit vt per eum est tex. in cap. nauiganti. de vsur.

823 1. Sublim. tamen & declara non valere tritici venditionem factam soluendi in mense Maij secundum præcium quod eo mense curret, vel quod interim valuerit vsque ad d. mensem, debet enim ęqualitas fortunæ inter contrahentes adesse, ac etiam temporis Spino supra. n. 56.

824 17. Lim. nam potest venditor qui merces seruaturus erat illas ea conditione distrahere, vt cum sibi libuerit præcium commune eligere posit, modò à semel electo non variet Coua. supra Gutierez. supra nu. 7.

825 1. Sublim. vel potius secus ese dicas in venditore mercium quas seruaturus eset ad Kalend. Martias, qui non potest pacisci eas vendens Kalendis Octobris de prætio quo fuerint Kalendis Maij Couar. supr. Gutierez. supr. n. 8.

826 18. Lim. non procedere in foro fori in quo non rescinditur venditio cariori præcio ad tempus quam in promptu ac de præsenti valeat; vel viliori anticipata solutione, nisi constiterit ea propter carius aut vilius factam venditionem extitise Abb. in cap. in Ciuitate nu. 5. Ana nu. 5. & 6. & cœteri. de vsur. de communi Gutierez. supra. nu. 15. & 16. secus dicens si solutionis tempore constitiset plus minusue valituram ex receptisima post Couar. variar. d. lib. 2. cap. 3. nu. 7.

827 19. Lim. non procedere ratione periculi cui venditor subijcitur puta si pauperi vendat à quo præcium nisi medio litis minime consequetur Nauar. in manuali. cap. 27. n. 239. & 240. Carbon. de restit. concl. 10. d. Q. 52.

828 Contrarium tenet Sot. de iustit. & iur. lib. Q. 4. artic. 1. ad primum Gutierez supr. n. 30.

829 20. Lim. ut licet carius non liceat ad tempus uendere ratione lucri cesantis, uel damni emergentis, secus tamen est tribus concurrentibus; Primo quod mercium dominus eas statim præsenti pecunia uendere posent emere uolentibus, ac præcium in alias merces inuestire pòset ex quibus sibi uel certum, uel uerisimile lucrum foret. Secundo quod præcibus, & importunitate alterius id omitteret ut illi ad credi-

tum venderet ex quo certè acuerisimiliter certam pecuniæ quantitatem lucrari omisit; Tertio quod hoc casu tonum non exigat quod ex illa negociatione lucrari potuisset, sed id minus quod lucrum valet non dum quæsitum seu habitum licet speratum ob eius incertitudinem quam valeat actu Couar. var. resol. d. lib. 2. cap 3. nu. 6. versic. tertio. de communi Corduba. im sum. de casos de conscientia Q. 84. & Gutierez. supra n. 25. & seq. vide supra. lim. 7.

830 21. Lim. nam rem vilius emere licet anticipata solutione quam nunc vendatur, si probabiliter credatur tempore quo tradenda est plus minusue valituram cap. nauiganti. de vsur. vbi Lup nu. 95. Carbon. d. Q. 52. cooel. 11. & de grano in herba vendito minoris quam tempore messis esset Bal. in rub. C. de vsur. nu. 4. distinguit quod aut præsens numeratio est causa damni venditoris & est vsura; aut sola conuentio est causa damni, quia de præsenti non soluitur præcium, & tunc contractus non erit vsurarius, aut neutrum est causa damni, quia frumentum in herba non plus valet tempore contractus & tunc licitus sit contractus l. fistulas. §. si frumenti. & de contrahen. emptio. l. si debitor. §. verisimile eod. tit. l. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. oblig. refert & sequitur Petr. de Vbald. de duo. fratri. part. 5. nu. 25. Natt. cons. 369. nu. 2. vbi quandu non esset ablata debitori facultas se liberandi & cons. 670. nu. 6. inquit an plus minusuè valiturum sit verisimile attendi, minus enim valet frumentum tempore messis quam seminaturæ vt per eum quem secutus est Rim. Iun. cons. 218. nu. 58. tenet etiam Gab. cons. 77. in solito fœnerari si verisimile sit plus percepturum vsuram esse probans. lib. 1. Neuiz cons. 90. n. 32. vbi Augusto minus valere quam tempore Paschatis.

831 22. Lim. & declara vt vsura non consideretur nisi ratione excessus iusti præcij, ideo iustum præcium solui debet, non etiam excessus Abb. in cap. in Ciuitate nu. 2. Ana. n. 1. de vsur. Salic. in authent. ad hæc n. 9. Q. 9. C. de vsur. Couar. var. resol. lib 2. cap. 3. n. 7. Lup. in d cap. nauiganti. n. 105. de vsur.

120. Amp. vt si plures furtum commiserint insolidum teneantur. l. vulgaris. §. si duo. de furt. l. si plures arbor. furt. Cæsar. Mar. Anguf. cons. 113. nu. 1. de communi etiam in foro poli Coua. in reg. peccatum §. 12. nu. 3. subdens restitutione damni ab vno facta, cæteros liberari a restitutione eidem facienda qui damno fuerat affectus, nec aduersus confures agere posse si ipse rem furatam habuisset quam restituisset; si verò ad alium confurem res furata peruenisset, is eam in totum restituere tenebitur illi qui domino restituit, & reliqui socij rapinæ æque principales tenebuntur pro portione damni dati sibi ipsis competenti ad restitutionem faciendam ei qui iam restituit tametsi ad eos nihil peruenerit; quod si plurium vnus principalis existat, qui alios alioquin non facturos induxerit, hic tenebitur in foro poli restituenti totum quod restituit ex his quæ ad eum non peruenere omnino reddere; At si plures vno omnium consilio damnum dederint, tunc eorum altero restituente, alij pro rata ei restituere debent, si consensus omnium furti causa efficiens fuerit cum alioquin id vnus ex eis sine alijs non fecisset. Verum si plures concurrerint in datione damni absque eo quod vnus ab alio causam mouentem habuerit, etiam si communi consilio, aut simul vt socij facinus aggressi fuerint, quilibet in solidum damnum passo restituere tenebitur; sed consulens, vel auxilium præstans non tenebitur, nisi ad eam damni partem quæ consilio vel auxilio illata fuit; & centum furari volenti, aliquis ut 200. furaretur consuluerit non tenebitur nisi pro centum nu. 4. in 2. part. relect. Thes. decis. pedem. 254. qui dicit quod si sententia lata sit condemnatoria in actione ciuili ex delicto descendente, & omnes socij criminis condemnati sint, tunc in executione si cœteri non sint omnes soluendo, qui furati sunt; & soluendo reperiuntur, pro alijs qui soluendo non erunt in subsidium soluent; idque in delictis procedet si æqualiter delictum sit commissum quod pluribus arrestis iudicatum testatur Boer. decis. 310. num. 8. in fine, quem secuti sunt Roncbegal. de duob. Reis. in l. eandem. nu. 103. & 113. & in re diuidua furata puta frumento ita iudicatum testatur Thes. supra subdens quod si de pœna corporali ageretur non sufficeret alterum reorum luere pœnam, & insolidum etiam teneri omnes qui rem inseparabilem puta trabem furati sint vel capsam quæ per solum hominem portari non possunt Thes. supra Viui. decis. 451. vbi insolidum teneri & non posse a carceribus liberari, nisi damno satisfacto quãdo non suspenduntur; eorum tamen bona non esse hipothecata pro furti, vsuræ, vel alterius delicti restitutione nisi post promissionem factam sacerdoti de restituendo, nec isto casu retrotrahitur.

121. Amp. vt aduocati vel procuratores consulentes veras positiones negari, teneantur ad damna illius cuius positiones negatæ sunt, & ad resarciendũ damnum amissionis causæ ubi ob ueras positiones, causam ponens amisisset glo. in cap. 1. uerbo statuimus. uersic icirc tamen. de confes. in 6. ubi etiam iudicem aduocatos expellere ubi Apostil. intelligit quando coostare esse admittendas; & ego suppleo si respondẽs ueras non ignoret, secus si ueras non crederet, licet re uera ueræ essent, puta quia alienum factum sibi incognitum continerent glo. in cap præsentium. uerbis. quid sciat. de testi. in 6 Natt. cons. 59. n. 1. & 2. aduocatus tamen & procurator pro rustico & idiota interuenire potest Maran. de ord. iud. par. 6. act. 3. n. 15. 16.

122. Amp. non posse prælatum concedere subditis redimere punitionem & sic pecuniam recipere pro pœna pro peccato imposita, ac retinere, quia huiusmodi uexationem redimere illicita esset cum daretur occasio in peccato perseuerandi cap. vt clericorum. de vita & hone. cle. Viui. dec. 50. n. 1.

1. Lim. nam redimere vexationem licet, ac pecuniam soluere si quis plenum ius habeat in beneficio & sit in possessione cap. dilectus. Primo de simo. si autem non haberet plenum ius in re, sed ad rem puta in expectatiuis non posset vexationem redimere, nec si ius plenum haberet in beneficio, & possessionem adeptus de facto spoliaretur, quia non redimeret vexationem, sed amissam etiam possessionem recuperaret Inno. in cap. ad aures in fine. & alij de simo. Viui. dec. 50. n. 1. & 2. intellige primo nisi à potẽti impotens nõ posset aliter vexationẽ redimere de facto circa possessiõẽ beneficij occupatam, tunc licitè datur pecunia pro recuperatione Ecclesiæ de facto possessæ

& redimitur

& redimitur vexatio facti & non iuris Abb. in d.c. dilectus ad fi. vbi Feli. prima. Fal. de cōi. & Viui. supra. n. 3. Felin. in d.c. dilectus. n. 3. Anan. n. 8. de commmuni. Ferret. cons. 235. n. 2. Rebus. in tit. de simo. in resig. n. 17. Redoa. de simo. par. 3. c. 2. n. 17. par. 4. c. 11. n. 44. dummodo detur modicum aduersario valde potenti vltra ius certum & possessionem. Gutier. cano. QQ. lib. 2. c. 23. n. 53. ex communi & ius plenum requiri & possessionem nisi eam amisisset Carbo. de rest. Q. 60. vers. decimum. Spino. de testam. glo. 7. in fi. nec pro iure quærendo redimi posse Franc. Marc. decis. 1248. par. 1. Gutier. supra. licet possit pro iure amisso recuperando. Redoa. par. 2. c. 3. n. 27. non posse etiam dari pro expensis litis & ballis glo. in c. super hoc. verbo. pecuniæ. de renunc. Feli. supra. n. 4. Redoa. supra. par. 2. c. 10. n. 9. par. 3. c. 2. n. 17. par 4. c. 11. n. 45. nec pro damnis & interesse Imo. in c. cum pridem. n. 2. de pact. 2. intellige redimi posse si de iure suo non dubitet quia à peritis ei dicatur babere meliora iura Feli. d. n. 4. Redoa d. c. 2. n. 16. & d. c. 11. n. 44. Meno. cons. 67. n. 17. Rebus. supra. n. 18. 3. redimi potest iudiciaria vexatio propbanæ rei spirituali annexæ vt iurispatro. fructuum decimarum, & pensionum Viui. supra n. 5. & seq. & rei materialis simpliciter puta domus, fundi, num. 9. & extraiudicialem rei spiritualis concernentis honorem, famam, infamiam, crimina falsò obiecta, præter veritatem, falsum testimonium & huiusmodi. n. 9. & seq. vbi autem redimi potest sunt seruandæ conditiones de quibus per Doc. in d. c. dilectus & Redoa. d. par. 3. c. 21. 22.

1. Sublim. tamen & declara quod licet dans pecuniam in casu permisso pro vexatione redimenda non peccet, sic tamen accipiens simoniacus est, ac peccat & accepta restituere tenetur de cōi. Abb. in d. c. dilectus. ad fi. Feli n. 6. Hosti. in sum de simn. n. 16. Rebuf. supr. n. 23. Bocc. in c. de hoc. de simo. vbi distinguit Ana. in c. veniens n. 3. eod. tit. dicit quod quando dedit prętextu consuetudinis vti prauæ ei restituitur cui dedit, si autem ex conuentione debeat remanere penes Ecclesiam illam vel dari pauperibus cessante iniuria, & distinguit etiam Redoa. par 4. c. 11. n 46. & c. 14. & sublim. tenet Gutier. supra. n. 59. Quod si per extorsionem recipiatur duplicatum restitui debet, secus si cōi concordia Abb. in c. audiuimus. n. 1. de simo. Verum in simonia quæ dicitur quia prohibita circa venditionem beneficiorum pecuniam non esse restituendam, licet secus sit in prohibita quia simoniaca vt est vendere sacramenta & omnia veteri & nouo testamento simoniaca iudicata. Bocc. in c. mandato. nu. 8. de simo.

2. Sublim. & declara vt transigens super beneficio vt quiete possideat non deponatur vti simoniacus, sed quia datione temporalis speciem simoniæ committit transactio nulla est ex cōi. Paris. cons. 30. n. 14. lib. 4. de cōi. Viu. dec. 50. n. 12. valida tamen erit si spirituale pro spirituali detur c. ex multiplici. c. de coetero. c. suggestum. de decim. Redoa. de simo. par. 2. cap. 31. n. 39.

123. Amp. vt iniuste bannito iudex teneatur omnia damna quomodocumque contingentia restituere Inno. in c. fi. in fi. d his quæ vi metusue &c. Sum. Armil. verbo. bannitum. §. 2. Viui. dec. 355. vbi etiam ex statuto permittente bannitum impune occidi posse, id fieri non posse pendente tempore appellandi, & appellationis ex Alex. cōs. 184. n. 7. & seq. 186. n 4. & 14. lib. 4. Nell. de bannit 4. par. 1. temp. n. 23. & seq. & licet bannitus contumax pro confesso habeatur innocentiam suam probare potest. Viui. decis. 439. nu. 9. & sequent.

124. Amp. vt si dubiū sit quid vel quātū debeat restitui, testator iubere possit canonistam consuli, cuius declarationi magis quam Theologi standum est in pertinentibus ad dubia conscientiæ, quoniam scientia iuris canonici principaliter tendit ad ius Diuinum in dubijs casibus ad moralem philosophiam pertinentibus interprætandam, & potest debitor cum creditoribus transigere si certi sint; sed si incerti vel procul sint cum Episcopo transiget vel vt partem restituendorū debitoris filijs Episcopus relaxet; poterit etiam debitor obtinere vt per Episcopum fiant publica edicta, vt si cui restitui debeat intra certum tempus compareat alias restitutio pro facta habebitur, & tunc restitutio pro incertis habebitur, nec post terminum comparens audietur Durant. de tut. caut 11. subdens dicto monentium circa restitutionem non stari in damnum tertij, sed examinatus à iudice parte citata iudicium faciet.

125. Amp. vt clericus qui beneficij possessionem sacerdotij ordinem annexum habentis accepit & intra annum à die possessionis quæsitæ ordines sacros non susceperit, si per ipsum steterit iure ipso priuetur nisi illiteratura non approbetur vel alia causa iusta excusetur; & si ad sacerdotium non promoueri intendat mortaliter peccat & fructus restituere tenetur nisi voluntate mutata promotus sit, & idem in alijs beneficijs ordines annexos habētibus si ita accipiat vt fructus lucretur & postea dimittat, secus si hæsitet an accipiat ordinem sacerdotij vel pro adsumendo animū mutasset, secus si pro non sumendo; si vero cum proposito se non promouendi accepit, non pro fructuum lucro sed ad alios fines, restituere tenetur, & fabricæ Ecclesiæ vel pauperibus dabuntur, nisi ex mensa capituli sint, quia tunc mensæ capitulari remanebunt; in simplicibus vero sufficit animus oneribus satisfaciendi & si matrimonio copulari intenderet Garz. de benef. par. 3. c. 4.

126. Amp. Episcopum qui Vicarium ineptum elegit grauiter peccare, ac restituere damna teneri & receptas assessorias prout & Vicarius Theologus vel aliter ineptus Garz. de benef. par. 5. c. 7. n. 17. & seq.

127. Amp. excōmunicatū qui ex clausula absolutionis ad effectum beneficium obtinendi tantum fuit absolutus non faciet fructus suos Garz de benef. par. 7. c. 13. n 65. & n. 90. & seq. dari Ecclesiæ, & pensiones titulari, & distributiones alijs; nisi nulla vel iniusta esset excommunicatio, vel pro sua Ecclesia si extet statutum de hoc, aut ex consuetudine eos lucretur post. Gutier. cano. QQ. lib. 1. c. 1. n. 90. & seq. & Vgal. in de cens. Eccle. tit. de excom. maior. tab. 2. cap. 12. vbi sub amp. & lim.

128. Amp. vt si eligi seu præsentari debeat consanguineus vel patrimonialis, qui id petat & idoneus sit & alius præsentetur, teneatur ei alium præsentans ad damna & interesse. Garzia. d. par. 7. c. 15. n. 11. 12.

129. Amp. vt licet beneficium pure libereque renunciari possit non tamen spe vt conferatur certo, obligā-

di non declarata intentione nisi enim spes sit vt certo conferatur sine animo arctandi ad ei dandum simonia mentalis committitur obligans ad restitutionem & censuras ac pœnas quamuis ignorans alterius partis prauam intentionem à censuris & pœnis excusetur duráte ignorãtia licet alias simonia mẽtalis non obliget ad restitutionẽ Garz. de benef. par. 11. c. 3. n. 184.

130. Amp. vt intrusi in beneficijs ab his obtentis qui conferre non poterant titulum dimittere, & fructus perceptos cum damnis & expensis persoluere teneantur alioquin in inferno cruciabuntur. Gonz reg. 8. cãcel. §. 7. proem n. 8.

131. Amp. vt cappellanus qui tenetur celebrare certas missas si infirmetur, teneatur illas celebrari facere nisi modico tẽpore infirmus maneat sex vel octo dierũ, alioquin fructus restituere tenetur Nauar. de restitut, lib. 2. n. 210. qui tamen distinguit quod si beneficium sit fundatum ex redditibus principaliter ad sustentationem ministrorum vt canonicatus & dignitates & similia, & his tempore infirmitatis debeantur & si quotidianę distributiones forent c. 1. de cle. non resid. in 6. quod si principaliter instituta sint pro missarum celebratione secundario autem pro sustentatione ministri pro tempore quo celebrat, & tunc æquum non est fructus infirmo dari, & licet duos menses infirmo deberi probet; de 6. vel 8. diebus debere intelligi tradit Genuen. in prax. c. 54. licet ex statuto loci infirmus maiori tempore lucrari possit ex c. significatũ de præben & quod famulo infirmo non debetur salarium, sed modica impensa per 8. vel 10. dies ex veriori. Gonzal. reg. 8. cancel. glo. 5. n. 71.

132. Amp. vt ipso iure beneficio priuatus, fructus restituere teneatur, quamuis vbi sententia ad priuationem requiritur eos percipere possit donec per sententiam priuetur glo. fin. in cap. fraternitatis. 12. Q. 2. Felin. in cap. 1. nu. 42. & sequent. de const. Gab. conclus. crim. 12. num. 10. Gonzal. reg. 8. cancel. glo. 15. n. 150. & per totam tradit quibus casibus ipso iure beneficij priuatio incurratur, & quibus non; & effectus differentiæ huius & glo. 56. n. 124. vbi quando collatio ab Episcopo facta fuit in mense reseruato si post collationem Papa declaret alternatiuæ priuilegium amisisse expræsse vel tacitè alteri de eo beneficio prouidendo, & ista declaratio retrotrahitur ad diem contrauẽtionis ordinarij, nisi ex iusta causa Episcopus excusaretur, puta si contrauentio Episcopi non esset ita clara quin posset aliqua tergiuersatione controuerti, tunc declaratio iudicialis requireretur, vel beneficium obtinens in longinquis partibus obijsset, & ordinarius verisimiliter credidisset in suo mense obijsset, isto casu non priuabitur alternatiuæ priuilegio per abusum, quia alternatiua non est proprie priuilegium idest contra ius commune vt priuilegiũ per abusũ amittatur sicut nõ amittitur quãdo nõ ex priuilegio sed statuto vel cõsuetudine cõpetit, nisi postquã scietiã habuisset quod cõferre nõ potuisset nõ destitisset, sed ad immissionẽ intrusi in possessionẽ processisset, vbi autem alternatiua priuatur fructus à die contrauentionis restitui debent, quia declaratio retrotrahitur ad instar emphiteotici commissi ad Ias. in l. fi. n. 7. C. de iur. emphi. Feli. in c. de quarta. n. 33. de præscr. Tiraq. in l. si vnquam n. 270. & seq. C. de reuo. donat. & vbi alternatiua Episcopus priuatur redit ad suos quatuor mẽses Martij Iunij Septembris & Decẽbris. Gonzal. supra. n. 125. & seq. vsque in finem d. glo. 56.

133. Amp. vt pœnitens qui confessario pecunias dedit vt suo creditori restitueret quod non fecit, iterum creditori restituere teneatur Diana. tract. moral. par. 2. tract. 17. resol. 2. ita tenentes plures citat; ipse vero cum alijs dissentit.

134. Amp. dubitantem initio possessionis rei an sua sit teneri diligẽtiam adhibere pro domino inueniendo, eique rem cum fructib. etiam consumptis restituere; post diligentiam si manet adhuc dubius pro rata dubij creditori restituere tenetur de quo dubitat, si vero talis persona ignota sit pauperib. eam distribuere; quod si dubium æquale sit, dimidiam restituere debet & quominus probabile est rem alienam esse, eo minus restituere tenetur iuxta quantitatem dubij perseuerantis. Verum si initio bonam fidem habuerit, si postea dubitare cœperit, veritatem inquirere debet, at manente dubio, si æqualiter dubitet, vel tenetur restituere ex communi. At si inæqualiter dubitet magis inclinans vt res aliena sit, partem restituere tenetur pro ratione maioris illius propensionis secundum probabilem; sed ex probabiliori nil restituere tenetur Diana. par. 2. tract. 17. resol. 44.

135. Amp. inuitatum qui bona fide cibos furtiuos edit, teneri restituere id in quo locupletior est effectus quos scilicet domi suæ edisset Sanchez. in sum. tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 34. Diana. par. 3. tract. 5. resol. 43 vbi tamen communem in contrarium extare probat licet amp. probabiliorem dicat.

136. Amp. vt qui restituere tenetur non possit pro parte restituere si totum restituere queat. Diana. part. 3. tract. 6. resol. 5. Moli. de iust. & iur. tract. 2. disp. 756.

137. Amp. vt si quis vi vel fraude impediat ne aliquis instituatur restituere teneatur ei quod non fuit consecutus Nauar. in manuali. c. 17. n. 76. Bonacc. de contract. disp. 1. Q. 2. puncto. 12. n. 5. & alij contra alios quos citat. Diana. supra. resol. 33. secus probans dolo & fraude cessantib. & qui fraude alijs casib. damnum dedit restituere tenetur de quibus per eum.

138. Amp. vulnerantem opificem teneri restituere expensas medici, & æstimationem operarum quib. ex vulnere caruit, deducta æstimatione molestiæ ac laboris quem in officio, & opificio subiturus erat; prouocatum tamen ad rixam restituere non teneri Moli. de iust. & iur. trac. 3. disp. 82. & 83. Dian. sup. resol. 53.

139. Amp. eleemosinis pauperib. datis sui debiti immemorem ex furto non liberari a restitutione, quia gratis dedit Sanch. in sum. tom. 1. lib. 1. c. 13. n. 11. Lopez. de contract. lib. 2. c. fi. ad fi. Diana. supr. resol. 57.

140. Amp. vt clericus carius vendens quam lege statutum sit restituere teneatur Viui. dec. 28.

141. Amp. præces importunas reddentes mixtum inuoluntarium, quod euenit quando voluntate omnino repugnante & quasi coactus nõ ex sola reuerẽtia quid agit in conscientia ad restitutionẽ obligare Sanch. de matr. lib. 4. disp. 10. vbi idẽ si ita legatũ impediatur.

142. Amp. non teneri offensum vel eius hæredem instrumentum publicum pacis cum offendente puta bãnito inire nisi ex causa puta grauis damni quod eius familia pateretur Reginal. in prax. fori pœnit. lib. 17. n. 123. Azor. tom. 20. lib. 12. c. 5. Q. 7. Beia. in resp. cas. consu. par. 1. cas. 10. fol. 25. Comitul. lib. 4. Q. 32. n. 17.

Bonacc.

Bonac. disp. 3. Q. 4. punc. 3. n. 5. si tamē illud faciat & aliquid accipiat restituere tenetur, quia vi præcepti ad id tenebatur. Coua. in reg. peccatum. 2. par. releċt. §. 3. n. 6. Medi. de rest. Q. 27. Nauar. in manua. cap. 17. n. 34. Lessi. lib. 2. de iust. & iur. cap. 14. dub. 9. n. 69. si tamen pacto cessante, offendens aliquid offenso donaret non crederem teneri restituere, ut de sponte mutuanti datis dicitur, sensisse uidetur Coua. supra.

143. Amp. ut restitutio omnino facienda sit rei alienæ ablatæ sine dilatio. S. Tho. 2. 2. Q. 62. art. ult. Coua. in reg. peccatum 1. par. releċt. in princ. n. 1. Gutier cano. Q Q. lib. 1. cap. 40. n. 1.

1. Subamp. vt procrastinantes dum restituere possūt & annuatim restituere promittētes nō videantur absoluendi nisi prius restituant, vel efficaciter negocium disponant vt executionem habeat, nec etiam communicandi quatenus ad iudiciū confessoris spectat Silu. in sum. verbo. rest. 5. n. 4. Nauar. in manual. cap. 17. n. 62. Cordub. in sum. Q. 68. n. 1. Gutier. 5. n. 8.

1. Amp. vt confessarius non debeat secundo pœnitentē absoluere qui tenetur statim restituere, & eam primo iussus omisit, nisi actualiter nunc eam faciat Caieta. in sum. verbo. restit. cap. 6. nisi talis esset pœnitens & causa ob quā restitioitutionē omitteret, & locus & Epis. vbi sit confessio quod absolutionē impartiendā indicarent arbitrio prudētis confessoris cū verò proposito restituendi hoc enim sufficit quod Deum si oportunitas ad aliud non adsit Nauar. 5. n. 59. fortius absol. denegabitur ei, qui sepe restituere promisit & non restituit Gutier. 5. n. 9.

2. Amp. vt si debitor soluendo sit non absoluat nisi restituat inuito creditore, nec possit annuatim soluere velle, nisi ex iusta causa nisi confessarius nosset creditorem permissurum dilationem, si verò cōtrariū sciat vel dubitet, eidem dilationem rationabilem dare potest recepta cautione quod prædicto tempore soluet; & cū hoc eum absoluat Gutier. 5. n. 13.

3. Amp. vt procrastinantes vsque ad mortem eum restituere possent licet certè tunc velint restituere vel hæredib. mandare vt restituant perdurēt in peccato mortali, nec absoluendi sint, & improuisa morte præuenti in statu damnationis decedunt, idemque dicit de dubitantib. an id quod habent alteri debeant nolentes in vita iudicio decernere, sed in testamento illud hæredi suo demādare proponunt. Cordub. in sum. Q. 68. versic y delosuso. Gutier. 5. n. 14. & seq.

1. Lim. 3. amp. non procedere quando debitor crederet verè & certè quod talis detentio non sit cōtra Dñi voluntatem; vel si contra ipsam, inordinatā tunc vt inf. 2. lim pupilli. Silu. d. vers. 5. n. 7. Gutier. 5. n. 18.

2. Lim. quando viuens omisit restitutionem eam sciens eius hæredem melius facturum; proponens quod si aliud crederet, ipse statim restitueret. Ang. in verb. rest. 3. §. 2. Nauar. d. cap. 17. n. 68. versic. 13. Cord. d. Q 68. vers. 2. Gutier. 5. n. 19.

7. Subamp. vt impediens alterum dolo vi aut fraude ne legatum vel huiusmodi cōsequatur ad restit. viri boni arbitrio teneatur, secus si dolo vi vel fraude cessante etiam odio, vel vt sibi consulat alterum ad mutationem volūtatis induxerit Coua. in reg. peccatū par. 2. §. 7. n. 8. concl. 5. Gutier. cano. Q. Q. lib. 2. c. 11. n. 83.

1. Lim. non teneri aliquem ad restitutionem certæ rei faciendam certæ personæ quando multo maius damnum restituens pateretur quam res esset restituenda, nemo enim tenetur restituere rem inferioris ordinis vt pecuniam cum detrimento famæ vel honoris, nec famam vel honorem cum detrimento uitæ Caieta. 2. 2. Q. 62. art. 6. Nauar. in manuali. cap 17. n. 87. & seq. & est uerissima & cōis. omnium Theologorum sententia ut testatur Gutier cano. Q. Q lib. 1. c. 38. n. 10.

2. Lim. quando debitor pauper esset & inops, quia non tenetur restituere qui restitutionem aliorum deliberatam non potest executioni mandare S. Tho. 2. 2. Q. 62. art. 2. & Caiet. d Q 62. art. ult. Gutie. 5. Q. 40. n. 2. 3. ex communi omnium Theolog.

1. Amp. idem si quis re aliena indigeat ad subleuandam propriam necessitatem extremam, quia tunc rem alienam inuito domino capere posset, nisi creditor eadem extrema necessitate laboret. cap. si quis præp. de furt. Sot. in 4. dist. 15. Silu. in sum uerbo. restit. 5. n. 2. Coua. in reg. peccatum. par. 1. releċt. in princ. n. 2. Nauar. in manual. c. 17. n. 60. de communi omnium Gutier. d. Q. 40. n. 4.

1. Subamp. etiam si debitoris necessitas extrema nō sit sed habita ratione dignitatis & status grauissimam pateretur ex restitutione iacturam modò ex ea dilatione leue oriatur crediroris detrimentum, ut si debitor pro restitutione cogeretur res suas uili prætio uendere, uel instru. quib. uiuit, uel artem relinquere dū tamē firmiter proponat restituere cum primum possit Arch. in cap. si res 14. Q. 6. Scot & alij in 4. dist. 15. Silu. d. uerbo. rest. 5. n. 2. 3. Caietan. d. Q. 62. art. 8. Q. ult. Lup. in rep. rub. de don. inter uir. & uxor. §. 65. nu. 51. Nauar. d. cap. 17. n. 56. & seq. Coua. d. n. 2. Gutier. d. Q. 40. n. 7.

1. Lim. d. subamp. dūmodo debitor parcè uiuat infra ultimū decentiæ sui status gradum, quia non debet laute uiuere, pomposè uestire, & filiab. magnas dotes dare Gutier. 5. n. 8.

2. Lim. quando is cui restitutio fieri debet esset in æquali uel propè æquali necessitate, uel incommodo rei, ac debitor, quia tunc integre statim ei facienda est restitutio quamuis debitor omnino panper remaneat, quia non licet alicui in re aliena dominum incōmodare ut se ipsum commodet Ang. in sum. uerbo. rest. 3. n. 4. Silu. & Cord. 5. Gutier. 5. n. 10. idem tenens in debitore bonæ fidei. n. 11.

3. Lim. quando restituenda res extat, nisi debitor extrema necessitate laborat tune eam statim restituere debet etiam si statum mutare cogatur Caieta. d. Q. 62. art. 8. Q ult. Gutier. 5. nu. 12. reiecta distinctione debiti ex delicto uel causa ciuili.

4. Lim. ut licet agens contra lege iustitiæ commutatiuę ad restitutionē teneatur, secus tamen est in agente cōtra legem charitatis de communi latè Gutier. cano. Q. Q. lib. 2. cap. 6. n. 108.

5. Lim. ut licet rei inuentor quæ prius fuerit alicuius in nemore repertæ Episcopo exhiberi debeat eius loci, qui si dominū non inuenerit pauperib. distribuere debeat, neque cum bona conscientia pro se retinere possit; secus tamē est in re quæ antea uerisimiliter in bonis nullius fuerit, tunc eam restituere non tenetur Gutier. 5. C. 9. n. 2. ubi autem dominus certus abest curator dabitur qui rem custodiat, si autem incertus sit facta debita diligentia præconijs uel libello publicè in Ecclesia appenso & nō reperto domino pauperib. distribui

distribui detur n. 8. 9. post Gul. de Bened. verbo. & vxorem nomine Adelasiam. dec. 5. n.368. & seq. de testam.in cap. Rainut. ex cõmuni & Gomez. de furt. n.1. & Silu. in sum.verbo.inuentum.& Nauar.in manual.lati.cap.17.n.92.& 171.& Coua.reg.peccatum 3.part.relect.§.1.n.3.talis autem distributio per Episcopum fieri debet imo & fine eo ex communi Gutier. 5. n. 10.si autẽ inuentor pauper sit poterit pro se retinere, etiam si seruando seruari posset actio tunc domino restituendi si reperiatur Silu.Nauar.Guliel.& Gutier.5.n.12.& seq. vbi subdit facta compositione discreta cum camera Apostolica inuentorem posse retinere sibi dimissa quæ tamen solui debent ijs quib. postea deberi constiterit & quidem integrè vbi etiam quid legib. Hispanicis & Gallicis seruetur.& n.24.restitui debere etiam post præconia & Iudicis sententiã solutis tunc expensis & n. 25. vbi quis restituere tenetur non posse ex pacto quocumque recipere vltra impensum sed à sponte dante recipere posse, vel oblatũ.

6. Lim. in datis meretrici quæ non tenetur restituere etiam in foro poli etiam turpi causa postea non secuta Abb.in cap.plerique n. 12. 13.de immu Eccles.Coua.in d.reg.peccatum.2.par.§.2.n.4.& Theol.Leges. & Cano.conuenire ait Nauar. in manual. cap. 17. n. 34.moderatè tunc & sine dolo & fraude data Salon. de iust.& iur.art.Q 62.art.5. controu. 4. de communi Gutier.d.c.10.n.1.& 2.& Coua. d.nu.4. & dummodo dantes habeant ius donãdi at non id permitti filijsf. monacis & nuptis mulierib.ijs exceptis de quibus possunt liberè disponere. milites etiam & clerici nequeũt concubinis donare, imò si meretrix petat in iudicio meretricium ei solui debet Gutier. 5.vsq; ad n.11.vbi non quia scilicet licet turpiter faciat non tamen turpiter accipit. nec promittitur & nu. 29. magis communem ait & n.16.& idem dicunt in alia muliere nõ meretrice Coua & Nauar.5.& Gutier.5.n. 25. quãuis non meretricib.actio propterea non detur in foro fori. n.26. & Coua. 5.n 3.

832 1.Lim. principaliter in non valente restituere, hic enim excusatur cap. si res. 14. Q. 6. Anchar. in reg. peccatum n.7.de reg.iur.in 6.vbi in foro poli non teneri eum satisfacere qui debet, nisi deducto ne egeat si ex contractu debitor existat Lup.in repetit.rubr. de donatio.inter vir. & vxor. §.65.n.36. & seq. & n.40. in fine Riccard in 4.sententent.distinct.15.artic.5.Q. 4.& idem si ob filij necessitatem restituere aliquis nõ possit n.41.& 48.& quando artis instrumenta vendere cogeretur qua cum viuit, dilationem petere debere, qua negata, aliquid annuum soluere teneri inquit n. 50. & limitationem receptissimam dicit Coua. in reg. peccatum.in prima part.relect.n.2.de reg.iur.in 6. vbi rationes adducit; & idem subdit extrema necessitate cessante si debitor ex tali restitutione maximam iacturam pateretur,sed modicam creditor ex dilatione Bonacci.de restit.disput. 1. Q.vltima. puncto. 1.n.30.vbi idem tam ob sui quam suorum extremam necessitatem vel grauem.Carbon. de restit. Q.5. vers. sexta conclusio. fol. 39. & Q. 80. difficult. 1. vbi ex magis communi etiam si in eadem necessitate sit cũ creditore & vi & fraude alienum occupasset. nisi ab eo accepisset qui in extrema necessitate requireretur & in fine idem dicit si soluere aut restituere iurasset, nisi etiam necessitate superueniente soluere iurasset tunc enim iuramentum seruari deberet; & non teneri in foro fori furem inopem restituere Bero. in cap. delicti.de arbit. n. 68. nec pœnam quadrupli soluere tenetur de commmuni Soarez. comm. opi. lit. F. nu. 397.

833 1.Sublim.quando is etiam cui restitui debet fuisset prius in extrema necessitate constitutus, vel eodem tempore cum restituere obligato, quamuis is nõ teneatur debitor prius in extrema necessitate constitutus restituere; debet tamen si eodem tempore vel postea constitutus fuerit in dicta necessitate Scot. in 4. sentent.dist. 15. Lup.d.§.65.n 43 Bonacci. supr. n.31. nec si pari modo necessitas grauis existat. n. 32. vide infra lim.6.

2.Sublim. vt si res cessante necessitate extet, debeat restitui P. Nauar. Less. & Bann. & alij quos refert & sequitur Bonacci supr. n. 34.ac teneri restituere ablatum penes se existens Anchar. supr.n.7.Carbon. de restitut. Q.81.concl.4.ex communi.

834 3.Sublim.vt si ad pinguiorem fortunam peruenerit restituere debeat Lup. d. n. 48. vers. tutius Couar. supra n.2.versic.hinc etiam vbi idem de vsurario nisi propter inopiam à restitutione excusaretur Bonacc. supr.n.33.& 34.vbi quando ante necessitatem recepit & in extrema necessitate consumpsit, restituere teneri si ad pinguiorem fortunam deuenerit, secus si in necessitate accepta consumpsit ex Nauar.cap.17.nu. 61.Clar. in §. furtum.versic.sed vidi & alijs, nisi prius ex contractu recepisset in necessitate consumpta, vel etiam in necessitate ex contractu accepisset Bonacc. supr.n.35.Carbon supr.concl.5. & in extrema secundum quid existens quia speraret hereditatem restituere teneretur, modicum autem in extrema necessitate receptum non tenetur restituere ad pinguiorem perueniens ex communi concl.7.prout. nec si de volũtate domini etiam præsumpta constaret pro non restitutione ex communi concl.8.

835 4.Sublim. vt licet magna necessitas, quãuis extrema non sit à restitutione excuset, debitor tamen à superfluis cauere debet, quia cum honore, statusque decentia ex alieno viuere aliquis non potest Archiep. Florent.part.2.tit.2.cap.8.col.5.Lup.d.§.65. n.51.& 52.dicam infra lim.40.

836 5.Sublim. nam si pro parte restituere possit, pro parte restituere debeat l.quæ de tota. de rei vendicatio Anchar.in reg. peccatum.n.5.versic. quarto principaliter. de reg.iur.in 6.

837 6.Sublim. non tamen posset parentes in necessitate existentes præferre creditori si tempus restituendi venisset licet alioquin secus Carbon. supra. Q. 80. diffic.2. idem dicẽs de vxore & filijs quod de parentibus secus autem de fratribus & cognatis quibus creditor est præferendus vt per eum.

838 7.Sublim.nõ procedere si ab alijs necessarium subministretur Carbon.d.Q.81.concl.1.

839 2. Lim. quando dominus vel alter subditi vel alterius castrum defendit, ne occuparetur etiam pro interesse domini, qui propterea impensas fecit non teneatur, non refectis expensis restituere Anchar. in reg. peccatum n.11. versic. sed occurrit. de reg. iur. in 6. Lup.d.§.65.n.61.

840 1.Sublim.quando vasalli castrum dominus fortificauit, uel etiam Ecclesiæ vt cõmodius bellum gerere posset

posset, tunc enim castrum vasallus repetet non solutis expensis, nisi vti per vnum de populo Bald. in l. si in aliquam in fine principij de offic. proconf. Iacob. de S. Georg in inuest. feud. versic. de castro Rubei montis n. 14. Lup. d. §. 65. n. 62.

841 2. Sublim. vel potius secus esse dicas quando quis ex contractu vel quasi castrum custodire tenetur, qui non repetet expensas Iacobin. à S. Georg. supra n. 15.

842 3. Lim. in vxore adultera quæ viro confiteri non tenetur alterum filiorum ex adulterio procreatum, si periculum vitæ aut incursus infamiæ subesset, quia vita, & fama bona superiuris ordinis sunt, quæ non sunt periculo exponenda pro hæreditate quæ bonorum inferioris ordinis est latè Couar. in reg. peccatū de reg. iur. in 6. in prima par. relect. n. 3. per cap. officij de pœnitent. & remission. P. Nauar. lib. 2. cap. 4. puncto. 2. dubitat. 6. Nauar. cap. 17. n. 69. Bonacci. de restitutio. disputat. 1. Q. vltim. puncto. 1. n. 25. vbi etiam tradunt nolenti ex causis prædictis suum adulterium manifestare non esse absolutionem denegandam nu. 16. post Anchar. in d. reg. possessor malæ fidei. n. 22. de reg. iur. in 6. idem dicentes de partum supponente Carbon. de restit. Q. 89. concl. 7. 8. idem de adultero quod de adultera dicens ex communiori concl. 12. & adulterum teneri ad alimenta quousque pater alere tenetur, ad dotem si fœmina sit, & ad hæredes conseruandos indemnes, & ad hospitale mittentes ad expensas tenentur nisi paupertate excusentur; spurius autem non tenetur credere matri concl. 15. nisi argumenta legitima extarent concl. 15. & si plures cum muliere rem habuerint neuter eorū credere tenetur filium esse suum & 17. concl. 1. mulierem adulteram testari posse probat & lim. communem probat Dian. resol. 30. in fi. par 3. tract. 5. vbi etiam non teneri ei credere filium spurium.

843 1. Sublim. quando remoto periculo uitæ sciret cū famæ iactura utilem fore reuelationem, eique crederetur uelut si ualde ingens patrimonium esset quod auferretur, & spurio daretur non facta reuelatione prædicta discretissimi viri arbitrio Couar. d. par. 1. n. 6 ante finem versic. sed si adamussim, Carbon. supra. concl. 5. & 6. idem de adultero dicens concl. 12.

844 2. Sublim. quando adultera restituere posset sine periculo incursus infamiæ vel vitæ, tunc hæredibus viri restituere teneretur, alioquin proponere debet se restituturam cum poterit, & vbi non extet cui restituere debeat pauperibus dabit, quod dare poterit, Anchar. in d. reg. peccatum n. 6. in versic. sed quid dices. vbi subdit adultero no filio vt ab hæreditate abstineat sua dere posse & in d. reg. possessor. n. 22. Carbon. supra concl. 5. 6. idem dicens de adultero concl. 12. legatum autem quo facta fuit indigna per adulteriū occultum retinere potest in foro poli Vasq. de suc. progres. in præfat. lib. 1. n. 89. & lll contro. cap. 104. n. 6. Marta. de suc. leg. par. 3. Q. 12. art. 3. n. 7. sed Diana. supra, inquit ex communi matrem si possit teneri legitimis filijs satisfacere, aut consulere spurium religionem intrare.

845 4. Lim. vsurarium mentalem non teneri etiam pauperibus restituere sponte data ex mutuo, si de libera datione constet Siluest. in verbo. vsura. 3. & de magis communi Theologorum sententia testatur. Couar. supra par. 2. n. 3. 4. & 8. idem interiori quod in exteriori foro probans, quamuis secus in vtroque sit, si non constet liberè datum sed remissas non restitui, & à sponte dante recipi, non tamen pro tempore præterito ad exactionem differendam nisi ita testator iussisset Surd. de alim. tit. 8. priu. 29. vbi etiam circa vsuras Theologorum declarationi standum circa ius nō factum & fori Ecclesiastici circa ius esse & de communi tit. 9. Q. 18. n. 16. puniri tamen posse etiam à seculari ex communiori Diana resol. 77. par. 1. tract. 2. Cla. in prac. cri Q. 37. vers. quæro igitur Gall. de excep. succes. tit. 14. excep. n. 27. par. 2 Garz. de benef. par. 8. c. 1. n. 48. vbi libere data & sponte etiam mentem deprauatam habenti non restitui.

846 1. Amp. etiam si quis mutuet ea spe, vt debitore eo animo omnino libero dante percipiat, alioquin non mutuaturus, modo spes ista non sit principalis, sed impulsiua causa mutui Caietan. in quodlibet de vsura. cap. 3. Couar. supra sub n. 8.

847 5. Lim. quando debitori creditori habenti animum non restituendi solutas vsuras remisisset l. si rem. §. omnis. de pignor. actio. l. certè. §. iulianus. de præcar. l. item liberatur in princip quib. mod pig vel hipothe. soluat. glo. in d. reg. peccatum. verbo. restituatur. Fede. de Sen. cons. 18 & 22. Medina. de restitut. Q. 3. caus. 2. veriorē & eōi omniū consensu receptam testatur. Couar. d. par. 2. n. 5. & respectu alterius debiti, si donatio liberè, & iure permittente facta sit Bonacci. de rest. disput. 1. Q. vltim. n. 2. vbi idem si debitor certus sit de tacita dilatione, vel remissione creditoris, licet secus si de hoc dubitaret ex communi opinione Docto. & actualis non requiritur oblatio Carbon. de restit. Q. 82. requiritur tamen remittentem habere potestatem remittendi fraudem vim & grauem metum abesse & ignorantiam; remitti autem non potest tribus casibus iure prohibitis de quibus in c. statutum. de rescr. lib. 6. & cap. ex eis igit &c. fœlicis recordationis de cens. lib. 6. &c. 2. de hæretic. in element.

848 6. Lim. in fure in extrema necessitate constituto qui non tenetur restituere quando scilicet vitæ periculo non poterat aliter subuenire quam furto. c. discipulos. de consecrat. distinct. 5. de communi omniū Couar. supra in §. 1. n. 3. Bonacci. de restitutio. disput. 1. Q. 8. puncto. 3. n. 3. & 8. qui subdit pro extrema pauperum necessitate aliquem furari posse, si ipse non habeat, quia pauperes id furari possent. Ameri. de patr. pot. eff 1 n 5 6. Viui. cōi. opin. 346. n. 1. vbi de cōi. Surd. de alim. tit. 1. Q. 76. n. 11. vbi etiam militibus permissum furari si non soluantur stipendia in bello iusto pro victu tit. 8. priuil. 39. vbi idem si necessariā asportet.

849 1. Sublim. vt si ad pinguiorem fortunam peruenerit restituere teneatur Couar. d. §. 1. n. 4. de cōi contra aliam cōem. Viui. 5. n. 4. deductis tamen sibi necessarijs Lup. de vsur §. 4. n. 64. ad quem se refert Surd. sup.

850 Contrariam sententiam communem dicit Siluest. verbo. furtum. Q. 5. quia eo casu res communes fiunt. & Viui. supra. Surd. d. priuil. 39.

851 2. Sublim. in graui necessitate in qua furari non licet de cōi. Bonacci. supra. n. 5 & 6. si enim maxima non sit mitius puniri Surd. d. priuil. 39. n. 10. & cōem dicit Diana. par. 2. tract. 17. resol. 29. licet cum alijs secus teneat salua &c.

852 3. Sublim. in fornicatione & adulterio, & sic in præcepto

præcepto decalogi nō mœcaberis quod in hoc differt ab alio præcepto non furtum facies vt pluribus rationibus probat. Couar. supra. n. 5. & seq. Surd. d. tit. 8. priuil. 40.

853 4. Sublim. quando ei furatur qui in eadem necessitate existit D. Thom. 2. 2. Q. 60. artic. 7. Less. lib. 2. c. 12. dubitat. 12. de cōi. Bonacci. de restitutio. Q. 8. puncto. 3. n. 3. vide supra. lim. 1.

5. Sublim. quoad non commestibilia si commestibilia extent Surd. d. priuil. 39. n. 9.

854 7. Lim. in meretrice quæ non tenetur restituere quæ pro fornicatione recepit. Coua. supra. §. 2. n. 4. vbi n. 3. in fine idem ait in monacha, adultera, & alia nō meretrice & in meretrice. Vasq. contro. illust. cap. 48. n. 5. 10. Ceual. com. opi. contra. com. Q. 587. de cōi. Viui. cōi. opi. 499. de magis communi etiam in foro poli Gutierez. de iuram. confirmato. contract. part. 1. cap. 6. n. 2. Lopez. de contract. lib. 1. cap. 9. receptissimam testatur. Carbon. de rest. Q. 48. vbi de prædictis omnibus idem ait ac de maribus etiam ex magis cōi.

855 1. Sublim. quando maius esset debito prætio meretrici datum, aut à non valente dare, quamuis quæ meretrix non est plus possit quā meretrix recipere de cōi Nauar. lib. 4. cap. 2. n. 121. & Bonacci. de restitutio. disputat. prima. Q. 3. punct. 3. n. 6.

856 2. Sublim. non procedere quando concubitum lex prohiberet, tunc promissa merces peti non posset Carbo. supra.

857 8. Lim. vt licet quis alium ab iniuria defendete teneatur lege iustitiæ, vel præcepto charitatis si commode & absque proprio periculo possit. cap. quantæ. vbi glo. & Doc. de sentent. excommunic. Grat. consi. 1. n. 47. lib. 1. mercedem tamen petere potest l. si pater. §. 1. de donatio. Adrian quodlib. 1. a rt. 2. col. 3. Couar. d. §. 3. n. 4. intelligens modò propterea defensionem non moretur, sed postea stipendium petat.

858 1. Amp. & declara vt is qui non defendit à damno cum commode posset, quamuis grauiter peccet, non teneatur ad illati damni restitutionem, quia contra legem charitatis tantum fecit, si autem ex officio publico teneretur iniurijs obuiare vel testimonium à Iudice requisitus perhibere, quia contra legem iustitiæ commutatiuæ faceret, restituere teneretur D. Thom. & Caieta. 2. 2. Q. 62. art. 7. Adrian. quodlibet. 11. Q. 1. Siluest. verbo. restitutio. 3. Q. 5. de communi Theologorum Medina. de restitutio. Q. 9. & Couar. d. §. 3. n. 5. Bonacci. de restitutio. disputat. 1. Q. 1. puncto. 3. §. 1. n. 3. disputat. 2. Q. vltim. sectio. 1. puncto. 11. n. 2. ex communi probat quem teneri vitam & bona proximi defendere, si illud sine suo notabili incōmodo possit, non tamen quando alterius bona tueri non posset sine morte inuasoris; nec Principem vitam exponere teneri pro vita priuati tuenda n. 5. & seq. ex officio autem defendere teneri superiores etiam prælatos, tutores, & curatores. n. 11.

859 2. Amp. quem teneri furtum, furemque priuato indicate, quando res aliter eidem restitui non potest, attamen mercedem pro labore & expensis inueniendi illum, petere, ac recipere potest Couar. d. n. 5.

860 3. Amp. vt inuasum etiam inuitum tueri quis teneatur, si hoc sine sui graui incommodo facere possit, præterquam in casibus infrascriptis; si inuasor persona publica sit, ex cuius morte graue damnum Reipublicæ oriretur & quando inuasor esset pater, & quando quis fidei causa martirio se objiceret, & quādo inuasus nō vult defendi, vt inuasoris vitam saluet, Bonacc. de restitutio. disputat. 2. Q. vltim. sect. 1. pūct. 11. n. 8.

861 9. Lim. in hærede ocelsi in casibus limitationum. 95. ampliationis. n. 673. & seq.

862 10. Lim. in acquisitis ex contractu nullo solemnitatum defectu, non deficiente consensu contrahentium, quæ in foro animæ non sunt restituenda Innoc. in c. quod sicut. de electio. Abb. in c. quia plerique. nu. 28. de immunita. Eccles. Felin. in c. 1. n. 39. Dec. in 1. lect. n. 19. de constitutio. Tiraq. de legi. connub. glo. 4. n. 20. Boer. dec. 1. n. 13. de magis cōi. Cras. de successio lib. 1. §. 1. n. 12. & seq. Lamberteng. de contract. glo. 16. n. 3. Ceual. cōi. opinio. contra commun. Q. 71. & 137. vbi valde controuersum esse probat an hæreditas ex minus solemni testamento retineri possit, tutius eam dimittere, valde iuridicum retinere tradens, & ante eos Ancharan. in reg. peccatum. n. 26. Q. 7. versic. vbi in simili & latius. in reg. possessor malæ fidei. n. 15. & seq. de reg lur. in 6. vide supra, amp. 18.

863 Contrarium tenet Couar. in d. §. 3. n. 9. 10. (idem dicens in testamento nullo solemnitatum defectu, vbi autem ratihabitio etiam hæredum nulliter contrahentis præsumi posset primam opinionem tenet d. n. 10. in fine.) de communiori Garzia. de benef. part. 9. c. 1. præsertim in prouisione beneficij vbi etiam forū fori non differri à foro poli si vtrumque veritati nititur, secus si fori præsumptione fundetur Cancer. var. resol. pat. 2. c. 1. n 204. & seq. in foro poli d. bere seruari solemnitatem statuti, alias non obligari quia cessat naturalis obligatio si lex resistat, restitui tamen debere recepta si ex eis locupletior fit factus.

864 11. Lim. in ludo quæsitis fraude cessante legibus ludi seruatis si ludentes liberam administrationem habebant, quæ restitui non debent sunt enim licitæ conuentiones à futuro euentu fortunæ pendentes D. Thom. 2. 2. Q 32. artic. 7. ad secundum Io. Maior. in 4. sentent. distinct. 15. Q. 13. Paludan. ibi. Q. 3. artic. 5. Medina. de restitutio. Q. 22. Couar. supra. § 4. n. 1. & seq. vide supra. amp. 14. late Add. ad Cap. Tholos. dec. 193. vbi etiam agit de filiofamilias, seruo, & monacho pendentibus vt patri &c. detur repetitio cessante libera administratione. Diana. par. 2. tract. 17. resol. 27 non esse restituenda tracto per minas vel preces, etiam si omne pecunias prius amissas vicisset & alias etiam licet vi tractus iure fori amissas posset repetere pecunias & consuetudinem ludendi excusare à restitutione ex communi Rocch. de consuetud. num. 134. cautius tamen esse pauperib. erogare. n. 137. ex communi.

865 1. Amp. non esse restituendum quod pro sponsione duplicatum fuit per habentem potiores ludi partes certas, his quæ alteri obuenire possent, modo alia fraus non lateat Medina. de restitutio. Q. 22. Dec. cōs. 115. Couar. d. §. 4. n. 6. vers. sed contrariam. Nec per habentem minus capitale qui maius recepit ex sponsione totius residui. Diana. resol. 40. tract. 17. par. 2.

866 2. Amp. non debere solui amissa in ludo contra legem dantem repetitionem soluti, & actionem vincenti negantem, & idem si ex lege ludi pecunia apposita tantum ludenda foret, & super credito ludens amiserit

amiserit Adrian.in 4. sentent. §. quia in superioribus. Sot.lib.4.de iust.& iur.Q.5.art.2.Couar.d.§.4.n.8.

867 1. Sublim. quando alium inuoluntarium cupiditate lucri ad ludum aliquis attraxit, puta conuicijs, & opprobrijs, & vehementibus præcibus, quamuis secus sit vbicumque leuis fuisset attractio D.Thom. 2. 2.Q.32.art.8. Alciat.lib.8.paregon.cap. 16. de cõi. Couar.d.§.4.n.7.

868 12. Lim. non teneri in foro poli restituere qui gabellas non soluit ex lege non soluenti pœnam imponente Azor.in sum.verbo.pedagium.Q.6.Mattes. notab.78.Gomez.in cap.2.n.60.de constitut.in 6.Ias.in l.2.n.143.C.de iur.emphi.

869 Contrarium quia humana lex quæ iusta sit vi humani præcepti ad culpam transgressores obligat quãdoq; mortalem, quandoque venialem, tametsi transgressoribus pœnam addiderit, quia humana potestas a Diuina deriuatur, ac procedit ad mortale obligat, quando finis est valde vtilis Reipublicæ, contemptus autem legis semper mortalem continet culpam, licet alioquin legis transgressio venialem tantum contineret D. Thom. 1.2.Q.96.art.4.& 2. 2. Q. 186. art.9. latè Couar.supra.§.5.& n.3.col.3.versic. attamen inquit gulam non esse mortale peccatum, sed veniale crimen, nisi excessus sit planè immodicus, vel excedentem obijciat periculo peccati mortalis ex communi omnium; & vbi lex ob commune bonum grauem imponit pœnam censetur legislator ad culpam mortalem obligasse num. 1. & seq.& n.4.versic.ego sanè post Sot.quodlibet.1.Q.6. art. 5. & contra limitationem de communi testatur Couar. supra. n. 5. & Bertacchi.de gabel.par.9. in princ.Silu. verb. gabella.3.Q.8.Medina.de contrac.Q.13. Alph.à Castr.lib. 1.de potest.Lega.Princ.cap.11. Sot. lib. 3. de iust. & iur Q.6.art.7.& iustam gabellam fraudantem restituere teneri ex magis communi & probabiliori Bonacci.de restitutio.Q.9.puncto.1.n.3.

870 1. Lim. secundam opi. in ea parte quæ est contraria 12.limitationi circa vectigalis solutionem; non procedere quando vectigalia iniusta essent nempe ab eo imposita qui ius indicendi nõ haberet; vel absque vlla causa præter iustam laboris & regiminis mercedem a Principe instituta, tunc enim in foro poli soluenda non erunt Bar.in l.vectigalia de publican. quẽ cœteri sequuntur receptissimam dicit Coua.d.§.quinto.in fi.versic.quod si & Bonacci.supra qui etiam subdit creditorem Principis qui aliter suum consequi nõ potest gabellas fraudare posse compensando, & vt Princeps non teneatur restituere sat esse causa adueniente ob quam gabellæ exiguntur, esse paratum exequi & impendere Ancbar.in reg.possessor malę fidei. n.22.Q.4.de reg.iur. in 6. non tamen fraudari posse subdit iusta causa indictas, & hanc lim. tenet etiam. Felin.in c.1.n.41.de cõstitut.loquens de gabella iniusta, & quando permissæ impositionis causa cessaret, Dec.n.18.

871 2. Lim. quoad ea quæ de Prouincia in prouinciã transmittuntur si ex eorum transmissione nullum vectigal foret institutum, sed tantum pœna contra trãsmittentes imposita respectu rerum vetitarum transmitti; hæc etenim pœna in foro poli non debetur. Medina.de rest.Q.15.ad finem.Couar.d.§.5. in fine.

872 13. Lim. nam venatione prohibita ob causam publicam vel priuatam capta per venatorem non sunt restituenda quia non offenditur commutatiua iustitia, cum non sint res alicuius, nec alicui debitæ Couar.supra.§.8.n.2.& n.9.versic.quinto.vbi idem si dominus fundi locasset ius venandi in eo, & quando venatio prohibita esset ex iure præscriptione quæsito per inferiorem a Principe versic.septimo.& n.11.probat venari prohibentem teneri domino fundi vicini damna per feras illata restituere & n.12. idem de piscatione probat, quod de venatione dicitur per l.quẽadmodum. §. planè ad leg. Aquil. etiam si per alium lethaliter vulnerata, aut irretita ab alio capiatur. n. 13.per.§.illud quæsitum.Institut.de rer.diuis.Sed Bonacci.de restitutio.disputat.1.puncto.7. Q. 3. n. 11. inquit esse capientis si euadere potuisset, vel non fuisset lethaliter vulnerata, & pisces ex rete extractos debere restitui, sed captos ex rete per extrahentem extensa non habebit dominus retis sed extendens ob suã industriam.n.12.& seq. & venatione, vel piscatione vetita capta non esse restituenda si suam libertatem animalia retinebant.Carbon.de restit.Q.34.vbi quãdo prohiberi possit & Q.35.versic.in hac limitationẽ magis communem testatur & concl. 1. idem dicens de in loco priuato existentia trahente in locum publicum si animalia non essent propria sed vagari solita concl.8.idem de piscibus & auibus non inclusis dicens.concl.10.& Q. 36. columbas alienas attrahẽs ad suam columbariam non teneri restituere si pro suis pascendis fecerit ac retinendis, alioquin secus.

873 1. Sublim. quando lex ferarum acquisitionem impediret, tunc enim capiens restituere teneretur Cou. supra.n.6.vbi idem dicit de hæreditate spurio relicta, & beneficio irregulari & simoniaco collato.Carbon. supra.concl.4.in fine.d.Q.35.

874 2. Sublim. nã venator tenetur fundi domino damna venando illata restituere quoad fructus, etiam si dominus venationem minime prohibuisset in fundo suo quamuis feras captas restituere non teneatur Couar.supra.n.11.Bonacci supra. n. 15. Carbon. supra. concl. 5. vbi idem si dominus locare vel vendere venationem solitus esset d.Q.35.

875 3. Sublim. prohibentem aliquem venari, non teneri reficere damnum nisi ob retia fracta ob incertitudinem futuræ prædę vel piscationis vel venationis, etiam si piscatorem aut uenatorem occidisset ut ex Cast.& alijs probat Coua.supra qui tamen piscatoris & uenatoris occisi operas æstimari debere tenet; & maxime quando captura piscium uel aucupium certissima forent & uberrima Modern.Paris.in l.1.n.84. C.de sent.quæ pro eo quod interest profer.Cou.sup.n. 12.per l.ait lex in fine ad leg.aquil.& l.seq.tenetur autem qui ui alium in loco publico uenari prohibuit & mortaliter peccat Carbon.d.Q.35.concl.9.

876 4. Sublim.quando emptor piscationis uel uenationis impeditus fuit uenari uel piscari, nam ultra prætium agere potest ad aleam, & iactus retis æstimationem l.iactum retis de action.emp.Couar.d.n. 12. in uersic.quin & præter.

877 5. Sublim. in piscibus clausis in piscina, & animalibus in uiuario quæ sunt restituenda, quamuis secus sit, quoad existentes in stagno uel siluis circumseptis. l.3.§.item feras.de acqui.possess. Couar. supra. n. 14. & 15. Carbon. supra. concl. 2. idem probans de non clausis

clausis si redire solerent ut gallinæ & colůbæ concl. 3.
878 14. Lim. in repræsalijs quæ licitæ & iustæ sunt ubicumque bellum iustum est, & ex iusta causa indictum & plures causas congerit Couar. supra. §. 9. ubi etiam subdit innocentes propterea offendi non posse nisi repræsalias impedirent & alijs casibus concedi probat. Minsing. cent. 6. obseruat. 1. dixi in pactis pignorum; & quando uel non concedi possint, & damna refici debeant, & à quo tradit Meno. consi. 244. & quando contra infideles bellum moueri possit. Couar. supra. §. 10. capta autem in bello iusto capientium fiunt. cap. iusgentium. 1. distinct. l. hostes. l. si quid in bello de captiu. Coua. supra. §. 11. ubi n. 6. probat Christianos nō fieri seruos in bello etiam iustissimo inter Christianos, infideles autem seruos fieri n. 1. & 2. Immobilia Principis sunt qui iustum bellum indixit, mobilia autem Duci exhibēda sunt inter milites distribuenda secundum merita nu. 6. & ex interuallo recuperata eorum dominis non restitui, nisi id accidat iure postliminij, incontinenti uerò recuperata restitui prout, & si bellum iniustum foret in foro poli restitui debere n. 7. & in fine subdit in his rei militaris peritos consulendos, & à quibus & ex quibus causis bellum possit indici late tradit Bonacci. de restitutio. disputat. 2. Q. ultim. §. 1. & 2. & seq. ubi n. 16. milites probat damna illata contra superioris mādatum restituere teneri & n. 27. plures personas repræsentantes ut plura stipendia recipiant restituere teneri, nec posse milites à rusticis nisi quę solita sunt eis dari capere, quibus Princeps damna refundere debet, militibusque stipendia de publico. & nu. 28. inquit Principem non posse componere damna subditis illata, sine eorum consensu, nam sine iusta causa non potest Princeps disponere de bonis subditorum ex communi; & Anchar. in d. reg. peccatum n. 13. de reg. iur. in 6. inquit iusto, uel licito bello capta occupantis fieri.
879 15. Lim. in nobili habente male acquisita quæ pauperibus erogare deberet, quia si pauper sit pro se retinere potest uel filiabus in dotem dare Lup. in rub. de donatio. inter uir. & uxo §. 65. n. 41. & seq. & 48. uersic. quod autem & in c. per uestras. §. 12. n. 7.
880 16. Lim. nam uiolans iustitiam legalem seu generalem (si non teneatur ex officio conseruare commune bonum, ut puta si iudex furtum nō impediat, quod impedire tenetur) ad restitutionem non adstringetur Clauis Regia. lib. 10. tract. 2. cap. 15. n. 7. Less. lib. 2. c. 1. dubitat. 3. n. 11 Bonacci. de restiturio. disputat. 1. Q. 1. puncto. 1. n. 3. Carbon. de restit. Q. 31. concl. 4. & cōmutatiua nō legalis obligat ad restitutionem Bonac. tract. moral. tom. 2. disput. 10. Q. 3. puncto. 2. n. 23.
881 17. Lim. in Reo negante delictum qui non tenetur pœnam soluere ad cuius solutionem confitens condēnatus fuisset, quia generalem iustitiam tantummodò offendit, Clau. Reg. supra. Less. supra. Vasq. c. 2. Q. 96. art. 5. disputat. 273. cap. 12. n. 13. Azor. par. 1. lib. 5. cap. 8. Q. 5. Sanch. in sum. lib. 2. cap. 22 n. 22. Bonac. supra. n 4. Sanch. de matri. lib. 10. disp. 9 n. 33. vbi negare posse delictum & illud excludere falsis testibus (ex quo damnandus erat) in foro poli. Carbon. de restit. Q. 19. si iuste & iuris ordine accusatus neget mortaliter peccat ex cōmuni, idem si neget occultum sed verum cum iuramento, venialiter si neget sine iuramento, negans autem crimen de quo iniustè accusatur non tenetur restituere, secus si iustè accusetur; negans autem extra iudicium crimen non tenetur restituere & solum venialiter peccat vt per eum.
882 18. Lim. in portante contra legem Principis frumentum extra territorium qui non tenetur ad restitutionem, quia publicam & generalem iustitiam violauit, non particularem & commutatiuam Bonace. supr. n. 5. tametsi mortaliter peccet saltem quādo Respublica graue damnum ex eo pateretur, & se exponit sine iusta causa periculo vitæ, vel si ea sit Principis intentio. n. 6. subdens à confessario absoluendum non esse nisi amplius non extrahere proponat. n. 7.
883 19. Lim. quando culpa mortalis aut venialis cessat, tunc & restitutionis obligatio cessat etiam si graue damnum illatum sit, Rebel. par. 1. lib. 2. Q. 4. Nauar. lib. 2. cap. 1. n. 47. Less. lib. 2. cap. 7. dubit. 6. n. 26. Bonacci. de restitut. disput. 1. Q 1. puncto. 3. §. 1. n. 6.
884 20. Lim. in occidente hominem ignoranter feram esse putans, etiam si rei illicitè operam daret puta si clericus venaretur, qui damnum culpa illatum restituere non tenetur Molina. disputat. 728. Nauar. lib. 2. c. 1. n. 61. Less. lib. 2. cap. 7. dub. 9. Reginal. lib. 10. tracta. 1. n. 70. Bonac. supra. n. 7. idem probans quamuis illum occidisset, si hominem esse nouisset.
885 1. Sublim. vel potius secus esse dicas si quis ira correptus, aut vehementi motus passione, semiplenè saltem aduertens quid faceret aliquem occidit, nam ad aliquam restitutionem tenetur, quia peccauit contra iustitiam in damnum alterius, idemque si sua veniali culpa domum combusserit Rebel. d. Q. 4. Bonac. supra. n. 8.
886 21. Lim. in damno culpa tantum veniali illato quod non tenetur inferens in totum restituere Rebel. supra. Q. 10. Reginal. supr. n. 74. de communi testatur Bonacci. supra. n. 9. quia obligatio restituendi oriens ex iniusta actione et pœna iure naturæ debita quæ debet esse culpæ proportionata, & cum leuis sit venialis minus puniri debet quam si culpa grauis esset, vt per cum, et si dubium sit an culpa venialis vel mortalis sit, medietatem esse restituendam, subdens nu. 10. culpa veniali graue damnum inferentem, si culpa venialis adeò grauis fuerit vt obliget ad restituendā rem notabilem, teneri rem sub mortali restituere.
887 22. Lim. in damno contra intentionem illato per operam dantem rei illicitæ puta furem domum comburentem licet in foro fori teneatur l. in lege ad leg. aquil. Rebel par. 2. lib. 2. Q. 10. n. 9. Nauar. cap. 17. n. 140. Molina. tom. 3. disput. 728. Bonacci. de restitutio. disp. 1. Q. 1. puncto. 1. ante fin. n. 11. qui tamen furem teneri damnum reficere quod intulit pedibus frangendo vide supra. amp. 28.
888 23. Lim. nam subditus qui ratione obedientiæ pugnauit in bello de cuius iustitia non practicè sed speculatiuè tantum dubitabat, hic enim non tenetur dāna reficere, secus si practicè de iustitia belli dubitasset, hoc enim casu non excusatur à culpa iniustę damnificationis, ita nec à restitutione Rebel. par. 1. lib. 2. Q 4. n. 14. Clauis Regia. lib. 10. tract. 2. c. 2. n. 6. Molina. tom. 1. disputat. 113. Salon. 2. 2. Q. 62. art. 6. controuers. 7. Bonacci. de restitutio. disput. 1. Q. 1. puncto. 2. n. 19.
889 24. Lim. nam qui non tenetur in foro fori restituere vt puta qui bona fide acquisiuit, & postea dubitare
cœpit

cœpit facta debita diligentia, non tenetur etiam in foro poli, vtriusque enim fori idem est iudicium quãdo fori forus non nititur falsa præsumptione Bonac. supra disput. 1. Q.2. punct.2. n.6. & seq.

890 25. Licita in acceptis pio opere licito faciendo ad quod recipiens tenetur ex alio quam iustitiæ præcepto, quia ex violatione iustitiæ tantum oritur restitutionis obligatio Sot. de iustit. lib.4. Q.7. argum. 1. Vasq. de restitutio. cap.7. dubitat. 5. n.43. Emanuel Sà. verbo. restitutio. n.9. Bonacci. supra. Q. 3. puncto.2. nu.1. & quando peccatur contra charitatem tom.2. tract. moral. disp. 10. Q.3. punct.4. n.17.

891 26. Lim. in recipiente pro faciendo opere debito ex charitate qui non tenetur restituere vt in modico Rebel. lib. 10. Q.21. n.2. Molina. disputat. 93. concl. 2. Bonacc. sup. n.9. d. Q. 3. punct.2.

892 27. Lim. in receptis pro illicito opere faciendo nõ ante sed post opus etiam ex promissione præcedenti quæ restituenda non sunt vide supra amp. 63.

893 28. Lim. in repertis in littore maris quę occupantis sunt cum in bonis nullius existant §. Lapillorum Institut. de rer. diuisio. Bonacc. d. Q. 3. punct. 6. n.11.

894 29. Lim. in venis auri, & argenti per dominos fũdi inuentis quæ fundi dominorum sunt Bonacci. sup. nu.12.

895 30. Lim. in eo qui vas conflauit ex aliena materia quod si longè superet materiam non est materiæ domino restituendum (quamuis restitui deberet si non longe materiæ valorem superaret,) sed materiæ præcium restituet Sanch. in sum. lib.2. cap.23. nu.77. de communi Bonaccina. supra. punct.7. n.33.

896 31. Lim quando res perijt culpa nuncij à creditore deputati cui debitor ex delicto eam consignauit, debitor enim ad aliam restitutionem non tenetur, quãuis si ipse nuncium misisset teneretur Nauar. cap. 17. n.67. Molina. tom.3. disp.751. n.2. & 3. P. Nauar. lib. 4. cap.5. dubitat. 1. n.4. Clau. Reg. lib. 10. tract.5. cap. 9. Bonaccina. supr. puncto. 8. n.3.

897 1. Sublim. vel potius secus esse dicas quando res mutuata, per debitorem creditori per nuncium à debitore electum remissa fuit, si namque priusquam creditori sit tradita perierit, debitor à restitutione non liberatur Siluest. verbo. restitutio 4. quæsit. 8. Nauar. c. 17. n.67. Vasq. de restitutio. cap.2. §.3. dubitat. 9. Bonacci. supra. n.4.

898 1. Lim. quando nuncius fuisset à creditore electus, vel à debitore de creditoris mandato, tunc enim creditori periret. Molina. tom. 3. disp. 563. & 751. Clau. Reg lib. 10. tract. 5. cap. 9. n. 5. Bonacc. supr. n. 5.

899 2. Lim. vel potius secus esse dicas in re commodata vel deposita quæ eadem numero restitui debet, si nãque per nuncium debitoris transmissa periret non tenebitur debitor l. argentum. commoda. Molina. d. disputat. 751. Bonacci. supra. n.6. maximè si nuncio res etiam in genere debita signum conuentum habẽti credita sit, nisi debitor ipse signum manifestasset ex communi n. 11.

900 1. Sublim. quando debitoris culpa periret, vt puta famulum non fidelem eligentis si ex contractu maiorem diligentiam adhibere teneretur Bonacc. d. n.6. & & seq. & n.9.

901 1. Amp. idem esse quando creditor misit famulum vt debitorem de re mittenda moneret, non designata persona per quam mittere deberet, si enim eidem famulo tradet, & pereat, debitori peribit l. si mei causa commo. Bonacc. supr. n.12.

902 1. Lim. d. amp. quando res eadem numero sine delicto restituenda esset, & debitor famuli fidelitatem alias expertus fuisset Molina. disputa tio. 296. n.8. Bonacci. d. n.12.

903 1. Sublim. quando per alium famulum remisisset quam per conuentum, tunc enim debitor non liberaretur. Gomez. varia resolut. tom.2. cap.7. n.3. vers. & idem Bonacci. supra. n.13.

904 Confessario autem datum vt domino vel creditori soluat, si pereat non liberari debitorem plures tenẽt; alij verò liberari affirmant citati à Bonaccina. supr. n.8.

905 32. Lim. in possessore bonæ fidei qui fructus industriales restituere non tenetur D. Thom. 2. 2. Q. 68. art.3. Nauar. in sum. cap.17. n.15. Sanch. in sum. lib. 2. cap. 23. n.56. de communi Bonaccin. de restitutio. Q.3. puncto. vltim. §. 1. nu. 3. Menoc. de recuperan. rem. 15. n. 579. & sequent. & ita pluries iudicatum testatur Thesaur. decis. 29. n.7. Gab. cons. 35. nu. 14. & sequent. lib.2. de quo plenè dixi in pactis emptionũ & venditionum dum tractaui de præscriptione vbi idem de alijs fructibus.

906 1. Amp. non teneri fructus restituere quos sua negligentia non percepit de communi Bonaccina. d. §. 1. n.15.

907 1. Sublim. non procedere in perceptis ex locatione torquis furati Molina. tom. 3. disputat. 719. in fine. P. Nauar. lib. 4. cap. 1. dubitatio. 6. n.4. Sanchez. supra. n. 132. Bonacci. supra. n.4 quia hic fructus non est industrialis, sed est præcium locationis.

908 2. Sublim. vel potius secus esse dicas in naturalibus & mixtis quos extantes bonæ fidei possessor restituere tenetur si extant, sin secus eorum valorem quatenus locupletior factus est de communi Sanch. supra. n. 66. 67. & 77. & 147. & Bonacci. supra n. 7. & extantes restituere teneri Gab. cons. 108. nu. 5. lib. 1. Lamberteng. de contract. glo. 1. n. 224. Surd. decis. 247. nu. 10. Cęs. de Barz. decis. 53. nu. 36. & sequent. deductis tamen expensis vt per eum qui communem testatur loquentes tam de industrialibus, quam de naturalibus, & consumptorum præcium quatenus ex eis locupletior factus fuit esse restituendum ex veriori & magis communi & in iudicando tenenda Alcia. in l. si me & Titium n.6. si cert. pet. post alios ibi. & Meno. de recuperan. remed. 15. n. 598. & cons. 1173. nu. 12. Crau. cons. 737. n.24. Decia. cons. 79. n.22. & 23. lib. 2. Surd. dec. 45. n.15. Cacchera. decis. pedem. 95. n. 33. & vltra 80. congesti vbi supra; & plures etiam pro contraria parte & in hac contrarietate locupletationis obtinui pro dimidia circiter diuidi debere.

909 1. Lim. nam pro parte ex tantium restituenda, bonæ fidei possessor expensas laboresque deducet. Molina. supra. nu.4. Sanch. supra. nu.79. Bonacci. supra. nu 9.

910 2. Lim. quando bonæ fidei possessor fructus triennio possedit etiam si vltima dies triennij sit tantum modo inchoata, quia totam elapsam non est opus in vsucapione mobilium l. in vsucapione. de vsucapion. Molina. supra disputat. 718. n. 1. Couar. variar. resol. lib. 1. cap. 3. n.7. Bonacci. supra. n. 10. Peregri. de fidei-

com. art. 49. n. 123. & seq. de cōmuni testantur Becc. conf. 6. n. 28. vbi tam de consumptis quā de extātibus & Thesaur. dec. 114. n. 2. Lambert. de contract. glo. 1. n. 220. de communi Soarez. communi opinio. lit. F. n. 346. 350 355. de magis communi Crau. conf. 506. n. 1. & seq dixi vbi supra.

911 1. Sublim. non procedere nisi probetur per triennium continuum fuisse possessos absque eo quod consumpti fuerint, quia sine possessione non currit præscriptio Bar. in l sequitur. §. fructus. de vsucapion. Soc. conf. 251. in fine, lib. 2. Soc. Iun. conf. 150. n. 28. lib. 1. Bellamera decis. 412. Ruin. conf. 204. n. 15. lib. 1. Couar var. resol. lib. 1. cap 3. n. 7. in fine. Meno de recuperand rem. 15. n. 589. Ond. conf. 30. n. 74. lib. 1. vbi aliter etiam sublim. & nu antecedent.

912 1 Lim d. sublim. nam fundo præscripto sunt præscripti fructus tam pendentes quam percepti non tamen triennio possessi l. eos. C. de vsur. vbi Bal. Sanch. supra. n. 95. Bonacci. supra. n. 14.

913 2. Sublim. nam lapso triennio datur actio ad præcium fructuum intra triennium consumptorum quæ durat annis 30. Ond. supra. n. 74. Seraph. dec. 1168.

914 Contrariam opinionem vt siue fructus consumpti sint, aut extent triennio præscribantur communem dicit Thesaur. decis. 114 n. 2.

915 3. Sublim. 32. lim. non procedere quando bonæ fidei possessor titulum non haberet, tunc enim fructus triennio non præscriberet. Soc. conf. 251. in fine lib. 2. Barb. conf. 81. n. 11. & seq. lib. 3. Soc. Iun. conf. 150. n. 28. 29. lib. 1. Rim. Iun. conf. 244 n. 263. Decia. conf. 79. n. 25. lib. 2. Bonacci. supra. n. 13.

916 Contrarium tenet Sanch. supr. n 94. & Meno. d. remed. 15. n 594. vt refert Bonacci supra. sed Meno. in industrialib. & in naturalibus etiam, secus tenet nisi respectu naturalium condemnetur ad rei restitutionē, tunc etiam fructus bonæ fidei possessorem restituere teneri si titulum non habeat vel habeat inualidum n. 580. & seq.

917 33. Lim. vt qui soluit creditori creditoris liquido quod suo creditori debet non teneatur ad aliam solutionem in vtroque foro Molina. tom 2. disp. 743. Medina. de restitutio. Q. 3 caus. 5. P. Nauar. lib 4. cap. 2. dub. 5. n. 23. Clauis. Regia. lib. 10. tract. 5. cap. 7. nu. 6. Bonacc. d. Q. 4. punct. 3. supra. n. 779.

918 34. Lim. nam res bona fide accepta ibi restitui debet vbi est, quando aliena cognoscitur, nec tenetur bonæ fidei possessor eam domino mittere suis expensis Vasq. de restitut. cap. 10. dubitat. 2. nu. 40. Bonacci. de restitut. disputat. 1. Q 5. punct. 1. n. 1. & dominus absens admonendus est, & si hoc fieri nequeat nec fieri posse speretur, domini consanguineis restitui potest, & in eorum defectum pauperibus Nauar. cap. 17. n. 42. Molina. tom. 3. disputatio. 752. Clauis. Regia. lib. 10. tract. 5. cap. 4. n. 9. Less. lib. 2 cap. 15. dubitat. 18. Bonacci. supra. n. 2.

919 1. Sublim. quando possessor bonæ fidei cognouit esse alienam aliò transtulisset, præuidens dominum pro re sua recuperanda aliquas expensas facturum, nā proprijs expensis restituere tenetur detractis quas dominus fecisset si à priori loco abducta nō esset, quātuis secus sit si alio bona fide transtulisset ne forte surriperetur, tunc enim domini expensis deberet reduci. Clau. Regia. sup. n. 10. Rebel. part. 1. lib. 2. Q. 13. sect. 2. n. 5. Bonacci. supra. n. 3.

920 2. Sublim. vel potius secus esse dicas quando restitutionis obligatio orta esset ex iniusta acceptione, tunc restitutio est in loco facienda sine domini sumptu vbi dominus eam possedisset, nisi ablata fuisset Nauar. d. cap. 17. n. 43. Azor. part. 3. lib. 4. cap. 32. opi. 3. Bonacci. supra. n. 4.

921 1. Amp. etiam si maior esset expensa quam rei valor Vasq. cap. 10. dubit. 1. n. 27.

922 Contrarium tenent alij vt per Bonacc. sup. n. 5. tūc non teneri restituere, sed posse differre donec restituere possit sine tanto suo dispendio; si vero destituatur credens numquam posse sine tanto suo detrimēto restituere pro anima eius ad quem res pertinet erogare posse inquit.

923 1. Lim. 2. sublim. nam dominus qui mutauit domicilium, tenetur expensas facere quas dominus qui mutauit domicilium fecisset pro rebus ad locum illū transferendis Rebel. sup. Clauis Regia. sup. n. 2. & 13. Vasq. sup. n. 29. Bonacc. sup. n 6. & si maioribus expēsis transtulisset, quam malæ fidei possessor in restituendo fecisset, possessor malæ fidei illud plus retinere posset n. 8.

924 3. Sublim. in eo qui fuit in mora restituendi qui tenetur eas expensas facere quas dominus non fecisset Clau. Reg. sup. n. 7. Vasq. sup. n. 28. de cōmuni Bonacc. sup. n. 7.

925 4 Sublim. in obligato restituere ex contractu vel quasi, licet enim rē in loco contractus restituere debeat, secus tamen est si alibi restitui debere cōuenisset Bonacc. sup. n. 9. aut verisimiliter sit actū in domo creditoris præstari debere, puta si mutuum amico in itinere fieret, & tunc quia contractus mutui, commodati, vel depositi sit gratia recipientis, restitutio expensis debitoris facienda est; quando verò res accepta fuit in vtilitatem creditoris, restitutio fieri debet expensis creditoris, nisi rem legatam aliò transtulisset hæres, qui suis tunc expensis in loco restituere deberet, & nisi res deposita aliò translata fuisset sine culpa depositarij, tunc enim deponentis expensis reponi deberet, & qui equum commodatum recepit, nō tenetur expensis suis domino restituere extra locum in quo recepit nisi commodatarius mutasset domiciliū non autem commodans; quod si commodans illud mutasset eius expensis transmitti deberet ad locum mutatum Bonacci. supra. nu. 10. & sequent vsque ad nu. 16. vbi etiam mutuatarium non teneri mutuo recēpta transmittere ad locum domicilij post mutuum à creditore nouiter electi, nisi aliud conuenisset, vel nisi debitor fuisset in mora nu. 16. Azor part. 3. lib. 7. cap. 10. Q 4. & Reginal. lib. 25. nu. 184. non tamen valet pactum alibi restituendi, quam vbi quis recipit sine debita mercede, nisi liberè & voluntarie ineatur Bonacc. supra. n. 17. & vbi debitor timeret non posse recuperare expensas quas facere non tenetur, partem rei diuiduæ pro expensis retinere potest, vel indiuiduam vendere, & retentis sibi expensis, domino residuum transmittere, n. 18. post Cuna. in reg. peccatum part. 1. nu. 7. de reg. iur. in 6. & alios citatos.

926 35. Lim. vt qui titulo oneroso aliquid bona fide accepit a debitore non soluendo existente nisi a lijs esset hipothecatū, licet postea cognoscat in fraudē creditorū factū à debitore, nō teneatur restituere, quāuis teneretur si frau-

fraudem sciret, vel de ea dubitaret tempore contractus Couar. var. resol. lib. 3. cap. 3. Rebel. lib. 8. Q. 16. sect. 3. Salon. 2. 2. Q. 78. art. 3. cõtrouers. 3. Valent. tom. 3. disput. 5. Q. 21. punct. 3. Azor. part. 3. lib. de vsur. cap. 14. Vasq. de restitut. cap. 11. dub. 3. n. 58. Molina. de contract. disp. 328. Bonac. de rest. Q. 8. disp. 1. punct. 2. nu. 27.

927 1. Sublim vel potius secus dicas in recipiente à debitore gratuito ignorante in fraudem creditorum cedere, quia tenetur creditoribus intra annũ à die sciẽtiæ petentibus restituere l. 1. quę in fraud. cred. l. ignoti. C. de reuoc. his quæ in fraud. creditor. & si sciens fraudem acceperit, restituere tenebitur etiã post annum quantum ex eo contractu creditores læsi fuere quia culpabiliter actioni iniustæ cum damno alterius cooperatus fuit vt tradunt Doc. in limitatione citati.

928 Contrarium modò recipiens non induxerit ad donandum quod non teneatur in foro poli restituere etiã si nouerit impotentem fieri ad soluendum creditoribus Molina. disput. 318 n. 10. & 329. n. 6. Less. lib. 2. cap. 10. dubitat. 19. c 168. P. Nauar. lib. 3. c. 4. n. 218.

929 36 Lim. vt in limitationibus ampliationum.

930 37. Lim. nam damnum creditoris vel tertij quando creditur restitutionem eis damnum allaturã operatur, vt restitutio in tempus magis oportunum differri possit Molina. tom. 3. disputat. 755. n. 1. Rebel. lib. 2. de restitutio. Q. 17. sect. 3. n. 18. Nauar. cap. 17. n. 63. Azor part. 3. lib. 4. cap. 39. ad finem Less. lib. 2. cap. 16. dubitat. 4. n. 53. Clauis Regia. lib. 10. Bonacc. supra. disp. 1. Q vltim. punct. 1. n. 1.

931 1. Amp. vt si debitor cognoscat creditorem in dãnum tertij abusurum non possit restituere, & grauiter peccet, nisi excusaretur ratione damni notabilis quod ipse non restituendo pateretur Molina. tom. 3. disputat 755. n. 1. vel ob iudicis præceptum solui aut restitui mandantis Valent. tom. 3. disput. 5. Q. 6. n. 4. Salon. 2. 2. Q. 62. artic. 5. vbi Aragon. 2. dub. P. Nauar. lib. 4. cap. 2. dubit. 6. n. 31. Sot. lib. 4. de iust. & iur. Q 7. art 1. Nauar. cap. 17. n. 62. Bonacci. d. Q. ultim. punct. 1. n. 4. & restituere teneri damnum per ipsũ illatum ex communi n. 8.

932 1. Sublim. quando creditor abusurus est in sui solius detrimentum ut puta meretricibus, ludis, & huiusmodi, tunc enim restituere tenetur cum correctione præmissa, ne abutatur P. Nauar. supra n. 33. Azor. supra Sanchez. de matrimo. lib. 9. dispat. 6. Bonacc. supra. nu. 4.

933 38. Lim. debitorem à restitutione excusari ut eam differre possit, si longe maius damnum patiatur statim restituendo, quam creditor ob dilatam restitutionem pateretur, dummodo rei restituendæ substantia non damnificetur Molina. disput. 754. n. 2. Eman. Sà. uerbo. restitutio. n. 26. & Bonacc. sup. n. 11. & 12. ubi idem de periculo corporali & animæ, & quando dubitaret filios ob egestatem, uel filias, aut uxorem adulterari, aliterue peccaturas post Rẽbel. sup. sect. 4. n. 17. Nauar. cap. 17. n. 57. Coua. sup. in loco in prima lim. citatus Less. lib. 2. c. 16. n. 21. Carbon. de restit. Q. 87. ubi ratione damni quod ex ingenti debito percipitur non posse restitutionem differri ex communi & concl. 4. inquit debitorem non teneri statim restituere cum detrimento animæ corporis uel famæ, qui autem graue damnum ex sua fraude pateretur statim restituere cogeretur prout si creditor tãtum uel quasi, aut maius damnum pateretur concl. 8. & quando non esset damnum notabile restituenti statim restituere deberetur siue iusta siue iniusta sit acceptio; ex iusta tamen acceptione debitor non tenetur lucrum cessans dimittere quod ex suis bonis capit, nec statum mutare vt statim restituat & damnum dilationis reficere debet nisi adsit creditoris consẽsus concl. seq. Marta. decis. Pis. 18. vbi restitutionem debiti esse quanto citius faciendam sub mortali peccato, nisi fieri non possit sine graui damno debitoris, qui tamen parcè viuat alias procrastinat potens non debet absolui nisi prius restituat vel negocium disponat vt habeat executionem, & si creditor sit in æquali necessitate debet restitui nisi debitor non possit, & si restituenda res extet si debitor non sit in extrema necessitate, statim restitui debet & si debitor statum mutaret, & si vterque in extrema necessitate sit extantem restituere debet; & siue iustè iniustè habuerit, debitor egenus potest differre si proponat restituere cum primum poterit, ex Coua. in reg. peccatum, par. 1. n. 2. Nauar. in manua. cap. 17. n. 56. & seq. & aliis.

934 39. Lim. non teneri restituere inferioris ordinis bona puta pecunias & res pecunia æstimabiles, quæ infimi ordinis sunt cum notabili iactura bonorum medij ordinis idest honoris & famæ; nec supremi idest vitę, mẽbri, libertatis, sanitatis & huiusmodi Bonac. d. Q. vltim. punct. 1. n. 13. nec teneri se vendere vt restituat de communi. nu. 10. Carbon. de restitut. Q. 89. concl. 1. ex communiori & concl. 2.

935 1. Amp eum non teneri restituere qui sine detrimẽto valetudinis notabili, famę, aut vitę restituere non potest Molina disputat. 754. n. 2. Bonacc. supra. n. 17.

936 1. Sublim. vt debitor qui sine famę aut corporis detrimento non potest restituere per se, per alium restituere debeat, si ita famæ corporisue periculum cesset Molina. supra. Bonacc. supr. n. 18.

937 2. Sublim. non posse differre quando damnum debitoris & creditoris ex dilatione ęquale esset Molina. supra. de communi testatur Bonacci supra. n. 19. secus dicens si damnum debitoris non differentis esset maius notabiliter damno quod creditor propter dilationem pateretur, puta si cogeretur domum minoris vẽdere quam valeret, vel artis instrumenta quibus cum viuit, vel necessaria corpori, vel operturas cubilis, vel si nobilis famulatu se priuare, vel artem manualem exercere nu. sequent. & vt maius dicatur duplo maius requirit; tenetur tamen nobilis expensas minuere, vt paulatim restituat seruata sui status decentia n. 23. nec si famæ detrimentum pecuniæ valore inferius esset concl. 3. vbi si vtilitas speraretur.

938 3. Sublim. quando quis de alijs furtis infamatus esset, quamuis restituendo periculum infamię subeat Bonacci. supra. n. 14.

939 4. Sublim. vt qui Caium falsò accusauit ex quo ad mortem damnandus est teneatur suam falsitatem patefacere si ita Caius à morte liberaretur, cum non aliter liberari possit, etiam si ipse infametur; quamuis non teneatur nisi propterea liberaretur de communi Bonacci. supra. n. 21.

940 40. Lim. differri vel omitti posse restitutionẽ quando dominus rationabiliter nolle debet restitutionem fieri Nauar. cap. 17. n. 89. Molina. disp. 754. n. 2. vers.

ſicut autem. P.Nauar. lib.4. cap 4. n. 46. Eman. Sà. verbo. reſtitutio. n.25. de communi Bonacc.ſup.n.13. quod euenire probat ſi propter bona inferioris ordinis reſtituta, notabiliter ſuperioris ordininis reſtituta bona detrimẽto affieerentur. Carbon.de reſt. Q. 89. verſ. quarto nemo.

941 41. Lim. differri poſse quando debitor à proprio ſtatu caderet iuſtè acquiſito etiam ſi debitum contraxerit ex delicto, ludis, ſcortis, & huiuſmodi quamuis ſecus ſit ſi iniuſte ſtatũ acquiſiuiſſet per vſuras & huiuſmodi, quo etiam caſu retinere poteſt quę ſunt neceſſaria eiuſmodi conditionis hominibus pro tenui victu & veſtitu P.Nauar.lib.4. cap.4.n.60. & poſt ab eo citatos Bonacc.ſup.n.24. debitorem tamen ſubdens expenſas minuere debere vt paulatim reſtituere poſſit. Carbon.de reſtit. Q.87.verſ. an autẽ & concl. 11. vbi idem ſi creditor ſtatum mutare cogeretur, debitor tamen ſumptus reſtringere tenetur; & ſi reſtituenda res extet ſtatu etiam mutato, reſtitui debet concl. 3.

942 1.Sublim. in filio vſurarij qui reſtituere tenetur, tametſi ſtatum reſtituendo mutare cogatur Bonacci. ſupra.n.26.

943 1.Lim quando non adeſset infamia, nam ſi occultis fraudib⁹ ad eũ ſtatum peruenit nõ teneretur recedere cũ infamia, licet ſublimitatio procedat quando ad eũ ſtatu iniuſtè perueniſse cõſtaret Bonacc.d.n.26.

944 2.Lim.quando bona fide poſſideret neſciẽs vel dubitãs facultates quas poſſidet iniuſtè quæſitas tunc.n. non tenetur cum mutatione proprij ſtatus reſtituere cum ſit conditio bona fide poſſidentis Clau. Reg. lib. 10.tract.5.c.6.n. 3.Valent.tom.3.diſp.5. Q.6. puncto. 7.Bonacci d.n.26.

945 3.Lim.quando filius ſpurius vel vſurarij bona fide in ſtatu nobili conſtituti ſunt, quia non tenentur reſtituere tales comperti, ſed expenſas minuere deberi, vt reſtituant quantũ poſſunt, ita vt mendicare, vel artẽ vilem exercere minime cogantur Bonacc. ſupr. n.27. vbi tamen ſecus tenet ſecluſa excuſatione ratione cõſeruationis famæ, extremæue, grauiſue neceſſitatis.

946 42. Lim. in cedente bonis qui reſtitutionem differre poteſt, quia impotens ad ſoluendum cenſetur l.qui bonis, de ceſſio. bono l. 1.C.qui.bon.cede poſ.§ fin. Inſt. de action.Bonacc.d. Q vlt. punct. 1. n. 36. etiam ſi ex delicto. teneatur Carbon.de reſt.Q.83. concl. 1. & 3.

947 1.Amp. vt abſcondere poſſit quantum ſufficiat pro ſui ſuorumque ſtatus ſubſtentatione Rebel. de reſtitut.Q.12.ſect.4. P.Nauar.lib 4.c.4.n.60. & Bonacci. ſup.n.37. & ea quæ per leges permittuntur Carbon.de reſtit.Q.83.concl.4.

948 1.Sublim. quando ad pinguiorem fortunam perueniſſet, tunc enim reſtituere teneretur de communi Gomez.var.reſol.tom.2.c.11.n.52.Clau.Reg.lib. 2. tract.5.cap.7.n.4. Leſſ.lib.2.cap.16.dubitat.3.de cõi. Bonacci.d.n.36.Carbon.de reſtit.Q.83.concl. 1. & 5. ex cõi exceptis quæ lege retinere poteſt. concl. 6. ſed poſſe tuta conſcientia retinere alimenta & idem de vſurario; & ſi ignominioſè ceſſerit ad nihil tenebitur Surd.de alim.tit.8.priu.28.

949 1. Amp. vt ſi ei dedecus non ſit artem exercere teneatur, vt creditoribus ſatisfacere queat Sanchez. de matrimon.lib.6.diſputat.4. n. 10. ad tertium niſi creditores vrgerent vt in carcerem detruderent. ibidem.

950 2.Amp. etiamſi ignominioſè bonis ceſſerit Couar. var.reſolut.lib.2.cap.1.n.6.Bonacci.ſup.n.38.

951 1.Lim.primam ſublim. quando cum creditoribus compoſuiſſet minus ſoluendo, dolo fraude, vel metu, ceſſantibus Silueſt.verbo. reſtitut.7. n.2. Nauar. cap. 17.n.75.Eman.Sà.verbo.debitum.n.27.Bonacc. ſup. punct.2.n.6.

2.Lim.in ſcolari quoad libros Rebuf.priu.5.ſcolar.112. Intrig.ſing.101.n.63.lib.3.Soc.reg.57. Aufr.ad Tholoſ.dec.136. vbi idẽ de armis & breuiario, ſed quoad creditores poſtea contractos teneri inſolidum probat.

952 2.Sublim. vt vbicumque adeſt iuſta cauſa reſtitutionem differendi ſi ex delicto debitum procedat, debitor ad damni & ceſſantis lucri intereſſe creditorib⁹ ſoluendum teneatur Molina.diſput.754. n.3. 755.n. 4. P.Nauar. lib.4. cap.4.nu.56.Leſſ.lib.3.cap.16. dubitat.1.n.32.Bonacc d.puncto.1.n.38.

953 1.Lim.vel potius ſecus eſſe dicas quando debitum ex contractu procederet quia tunc non diceretur in mora vt ad intereſse teneri poſſet P.Nauar.ſupr. Clauis Reg.lib.1.tract.5.cap.1.n.12. Bonacc. d.n.38.

954 1.Sublim. quando debitor ad ſuum damnum vitãdum reſtitutionem euitaret, quia non conuenit vt ſe indemnem conſeruet cum damno creditorum Molin. ſupra.Aragon.2.2.Q.62.art.4.Ledeſm. par.2. Q 18. art.5.Clau.Regia.ſup.Bonac.d.punct.1.n.38.in fine.

955 3.Sublim. non procedere in eo qui fraudem commiſit qui in foro poli tutus non eſt Carbon.ſupra.concl.3.quæ præſumitur ex his de quibus Bal. in l. 1.n.9. Sali.n.9.C.qui bon.ad poſ. & n.10.

3 *Episcopus loci vbi res vendenda pro præcio distribuendo reperitur exequetur.*
4 *Episcopus originis vel domicilij exequitur vbi in loco rei vendendæ non adsit Episcopus.*
5 *Episcopus quando exequatur vel non, dic vt ibi.*
6 *Prælati inferiores ordinariam iurisdictionem habentes legitimi executores sunt.*
7 *Delegatus ab Episcopo legitimus executor est.*
8 *Capitulum mortuo Episcopo legitimi executoris loco succedit amp. nu. seq.*
9 *Capitulum compellit executores vt exequantur.*
10 *Archiepiscopus defuncto, infirmo, vel absente Episcopo officium executoris exercet.*
11 *Princeps secularis vltimas voluntates exequi potest.*
12 *Iudex secularis vltimas volūtates exequi potest lim. n. seq.*
13 *Iudex secularis non exequitur sed ad exequendum executores cogit.*
14 *Abbas, & Archidiaconus Episcopalem iurisdictionem in loco habentes sunt administratores legitimi.*
15 *Episcopus & legitimus executor etiam nō pia legata exequuntur vt ibi.*
16 *Episcopus legitimus est executor non obstante prohibitione testatoris.*
17 *Legitimus executor exequitur quando testamentarius vel legatarius contra debitorem hæreditarium agere noluit.*
18 *Executor legitimus exequitur absentibus bannitis vel excommunicatis executoribus.*
19 *Executoribus mortuis Episcopus succedet & exequetur.*
20 *Executor legitimus succedit testamentarijs in tempore præfixo competenti non exequentibus lim. num. seq.*
21 *Legitimus executor non succedit si maior pars exequi velit nec minor rationabiliter contradicat.*
22 *Episcopus executore remoto subintrat.*
23 *Episcopus exequi potest executore dato tempore debito non exequente.*
24 *Executore male arbitrante Episcopus succedit.*
25 *Executor exequi recusans per Episcopum cogi potest captis pignoribus.*
26 *Legitimus executor succedit eo dato executore qui esse non possit.*
27 *Episcopus alijs suas vices ex causa committere potest.*
28 *Legata pro anima exequenda sunt etiam si dubitetur an testator Saracenus, vel Christianus sit.*
29 *Episcopus nomine pauperum possessionis immissionem petere potest.*
30 *Incerta existente facta declaratione à testamentario, Episcopus declarat.*
31 *Executor qui officium in manu Episcopi renunciauit non potest sine eius consensu reassumere officium.*
32 *Legitimus exequi non potest extante testamentario nisi negligat per annū vel fraudis suspectus existat amp. n. seq.*
33 *Executore testamentario negligente ei à testatore substitutus succedit, non autem Episcopus.*

 34 *Hæres*

34 *Hæres Episcopum præuenire potest, quando testator nullo dato executore summam taxauit.*
35 *Executor testamentarius & Episcopus si certa sit persona & dispositio nisi vt facti merus executor se non potest ingerere.*
36 *Episcopus exequens non libero sed regulato debet arbitrio vti.*
37 *Ecclesiasticus iudex quibus casibus in seculares cognoscat.*
38 *Episcopo negligente superior exequitur.*

TIT. II. CAP. I.
DE SPECIEBVS LEGITIMORVM EXECVTORVM VLT. VOL.

1 EPiscopus legitimus dicitur executor, loci videlicet originis, vel domicilij testatoris, aut vbi sunt testatoris bona, vt prius exequatur episcopus loci bonorum, secundo loco episcopus originis, quæ si dubia fuerit, episcopus domicilij legitimus erit & exequetur quòd si dubium foret domicilium, episcopus loci in quo testator decessit exequetur vt illegitimus l. nulli. C. de episcop. & clerie. cap. nos quidem & cap. si hæredes de testam. Azo. in sum. C. de episcop. & cleric. nu. 20. Specul. de instrum. editio. §. nunc verò. n. 1. & 81. Bal. in l. nulli. n. 14. C. de episc. & cler. vbi subdit quod si bona in diuersis diœcesibus existant cuiusque loci episcopus exequetur Iacob. à Canib. de executor. vltim volunt. part. 1. n. 12. Ang. Aretin. de testam. glo. prima. n. 97. Luc. de Pen. supr. versic. tertio. & versic. 4. Coua. in cap. si hæredes. n. 1. & 4. & in cap. Ioannes. n. 2. & sequent. de testam. Capra. d. membr. 8. n. 42. 57. & seq vbi nu. 69. subdit gesta per episcopum loci in quo testator obijt valida esse, nec originis episcopo superueniente non reuncari & nu. 65. & sequent. eum exequi subdit qui potest exequi celerius; quod si episcopus originis, vel domicilij, aut loci in quo testator decessit fuerit executus de iure, non potest de facto exequi quoad bona alibi existentia nisi literas mittat ad Episcopum loci bonorum n. 70. & sequent. vbi etiam Episcopum executoris compellere eum posse ac debere n. 72. & si officium acceptarit in loco domicilij ibi executor compelletur n. 73. Rebuf. de sentent. prouisionalib. in præfat. n. 80. subdens quod si Episcopus negligens fit, Metropolitanus exequetur. n. 81. per. §. fin autem hæc authent. de Eccles. tit. & Iacob. à Canib. d. part. 1. n. 12. Boer. decis. 39. nu. 15. & sequent. Simon. de Pret. de vltim. voluntat. lib. 5. dubitat. 2. nu. 3. pag. 14. Oldendorp. de executor. testam. tit. 7. versic. secundum. vide supra tract. 1. tit. 9. Scain. decis. Bono. 44. n. 62. & ex Sacr. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. vt delegati Sedis Apostolicæ omnium piarum dispositionum sunt executores. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 9. nu. 4. vbi etiam non obstante testatoris prohibitione Episcopū posse exequi Surd. de alim. tit. 8. priuil. 32. negligente executore post annum Episcopum exequi sed annus non currit impedito nisi in legatis pijs nisi impedimētum proueniat à natura rei faciendæ & intra annum facta bina monitione transferri sed est controuersum vt per eum Conrad. templ. om. iud. lib. 1. cap. 5. §. 4. fol. 175. vbi latè quæ in hoc possit Episcopus & debere distribuere in loco testamenti vel male ablatorum Ciatlin. contro. foren. cap. 5. n. 15. vbi etiam pecunia relicta vt in bonis in alia diœcesi inuestiatur originis Episcopum exequi & obseruantiam attendi Leo. thes. fori Eccle. par. 4. cap. 2. n. 45.

2 1. Lim. & declara vt si species aliqua legata sit quę alicubi existat, tūc loci rei sitæ Episcopus exequetur. glo. & Doc. in l. nulli. C. de Epis. & cler. Iac. a Canib. d. par. 1. n. 14. & alij supra citati.

3 2. Lim. quando quantitas deberetur, tunc enim ille exequetur vbi res est quæ vendi debet pro d. quantitate soluenda, si res illa in vno loco sit, si verò in vtroque loco esset vterque exequeretur l. cum res. de leg. primo, Iacob. à Canib. d. n. 14.

4 3. Lim. vt si res legata vendenda in neutro d. locorum reperiatur, Episcopus originis, vel domicilij ut supr. attendetur & exequetur. Iac. à Canib. d. n. 14.

5 4. Lim. ut infra in limitationibus omnium legitimorum executorum; & ubi testator executore negligente alios substituisset, sibi metipsi executorem substituisset Cepol. caut. 209. Durant. de tut. caut. 6. Spino. de testa. glo. 28. n. 40. infra nu. 33. & quando testator tempus prorogasset uel currere noluisset Durant. sup.

5. Lim. quando intra annum cœptum fuisset opus plures annos requirens Spino. supra. n. 41.

6. Lim. nam in sua diœcesi tantum existentia eius Episcopus distribuet Rom. consl. 150.

7. Lim. nam in oblationibus imagini factis Parochus præfertur. Rot. dec. 37. nouis diuers.

6 Prælati inferiores si ordinariam habeant iurisdictionem legitimi executores sunt præsertim Vicarij Episcopi, quibus ultimarum uoluntatum executio committi potest Iacob. a Canib d. part. 1. n. 12. Capra. supra. n. 43. Coua. in cap. Ioannes n. 1. de testam.

7 Delegatus etiam ab Episcopo legitimus erit executor Iacob. à Canib. d. n. 12. & 13. quem potest ex causa Episcopus dare ut infra amp generali. 12. Capra. supr. n. 74 & seq. uide infra tit. 5. Coua. supra. n. 3.

8 Capitulum mortuo Episcopo legitimus dicitur executor Spec. de instrument. editio. §. nunc uerò. n. 78. uers. 83. Iacob. à Canib d. n. 12. Capra. d. memb. 8. n. 44. & seq. secus tamen si Episcopus abesset, uel esset infirmus tunc enim daretur coadiutor. n. 49. & 50. Specul. supra n. 79. de communi Couar. in cap. Ioannes. n. 2. de testam. Papien. in d. glo. ac executores. n. 2. ubi idem de Oeconomo inquit.

9 1. Amp. quoad compellendum datos executores ad officium executoris exercendum; licet quoad rationē reddendam Episcopus id possit quia habet tunc ordinariam, quamuis inferior id non possit Imo. in clem. 1. n. 13. de testam.

10 Archiepiscopus mortuo uel infirmo existente Episcopo uel absente, exequi non potest; poterit autem Episcopo negligente Specul. d. §. nunc uerò. n. 79. uers. 85. Capra. supra. n. 51. & seq.

11 Princeps etiā secularis ultimas uoluntates exequendi potestatem habet l. hæreditas. de petitio. hæred. Luc. de Pen. in l. 1. col. finali. uersic. quarto competit. C. de expens. ludor. lib. 11. Rebuf. de sentent. prouis. in præfatio. n. 82. Simon. de Pret. de ultim. uolunt. lib. 5. dub. 2. n. 3. pag. 14.

12 Iudex etiam secularis exequi potest præsertim in casibus quibus non potest Episcopus exequi legitimus executor

executor censetur Spec.d.§.nunc verò. n.80. vers. 86. Luc.de Pen.d.col fin.versic.item prætori de communi Capra.d.membr.8.n.53.maximè intra annum Couar.in cap.si hæredes.n.1.2.& 3.de testam. vbi etiam quemlibet petere posse executionem vltimarum voluntatum fieri Rebuf. de sentent. prouisional. in præfat.n.83. per l.si quis sepulcrum.§. prætor de religios. & sumpt.funer.Iacob. a Canib.de execut.vltimar.volunt.part.1.n.13.Oldendorp. de executor. testam. tit. 7.versic.magistratum.vbi mixti fori esse, & præuentioni locum probat Spino.de testam. glo.28.n.23.

13 1.Lim. nam non potest ipse exequi, nec dicitur legitimus executor, sed potest executorem, vel hæredem, vt exequantur, compellere Capra.d.membr.8.n.53. & seq.

2 Lim. in testamento vsurarij, vel incestuosi facta prohibitione per Episcopum Conrad. in templo om. iud. lib.2.cap.5 §.4 n.3.fol.175.

14 Abbas etiam & Archidiaconus } iurisdictionem Episcopalem habentes in loco, sunt legitimi administratores Iacob. à Canib.d.part.1.n.12.Couar.in d. cap. Ioannes.n.1.de testam.

Deputati ad fabricam S. Petri habent facultatem exequendi pia legata intra tempus non execu. vt S. Congreg. declarauit. Barbos.collecta bullar.verbo. fabrica.fol.352.

15 1.Amp. generaliter vt Episcopus & legitimus executor etiam non pia legata exequantur, quando nullus a testatore datus fuit executor; licet eo dato secus sit l.1.C.de sacr.san.Eccles.cap.vltima voluntas.§.sed alius 13.Q 2.Capp.Tholos.dec.112.& dec.51.vbi intelligit si ex officio procedat non ad instantiam legatariorum Tiraq.in tract.le mort.sais.lè vif. par.7. declarat.5.n.9.Coua.in cap.si hæredes nu.4.& in cap. Ioannes.n.2.& seq.de testam.Diana.de nume.Eccles. resol.98.par.1.tract.2.vbi si datus executor intra annum executus non sit & de immun.Eccl. par. 3.resol. 21. ex communiori etiam si sola prophana sint legata instante legatario post annum cogere posse hæredem ac executorem vt legata præstet post Moli.de iust. tom.1.tract.2.disp.250.n.5.& Barbos.collect.tom. 1.lib.3.tit.26.cap 6.n.12. & hæredes cogit vt legata etiam non pia soluant ex cõmuniori Alex. cons. 239. in fi. lib.6. & Conrad. supra & si executor intra annũ non exequatur Gutier.prac. QQ.lib.1.Q.44.n.4. Genua.in prax. Archiepi.Neap.cap.69 n.25. Barbo. de offi. Episc.part.3 alleg. 82.n.15. Ciarlin. contro. forens.cap.21.n.14.

16 2. Amp. etiam si testator Episcopo executori legitimo prohibuerit ne se ingereret in administratione, adhuc enim gerere potest & exequi nisi testator aliũ dedisset executorem Aufr. ad Cappel. Tholos. supra Iacob. à Canib.de executor. vltim. vol. versic. seu §. quæro tertio n.1. est tex. in cap. tua. nobis de testa. & in argum. l. nemo potest. delegat. primo. Papien. in forma.libel redden.ratio.tut.glo.ac executores nu. 7. Coua.in d.cap.tua n. 6. de testam. Bursat. cons. 226. n. 2 4. vide supra tit.14.cap.1. Leo.thes.fori.Eccles. par.4.cap.2.n.46.

17 3. Amp. vt legitimus exequatur quando legatarius vel testamentarius executor contra debitorem hæreditatis agere non vult Doc.in l nulli C.de Episcop.& cleric. Iacob.à Canib. supra.n.2.

18 4.Amp. legitimum exequi, executoribus absentibus, bannitis, vel excommunicatis d.l. nulli. & l si quis ad declinandam C.de episc.& cler. Iac.à Can.sup.n.3.

19 5.Amp. mortuis executoribus episcopum succedere & exequi §.sin autem qui auth. de eccles. tit d.l.nulli. §.1.d.cap.tua de testam Iacob. supra.n.4. & 14.

20 6.Amp. legitimum exequi, testamentarijs in tempore sibi præfixo non exequentibus vbi competens esset. Iacob supr.n.9.

21 1.Lim. quando maior pars parere vellet, nec minor rationabile aliquid opponat, & probet Iacob. d. n. 9. vbi tamen Spec. citat negantem hoc casu episcopum succedere, nisi gratificando rationabiliorem partẽ, vel per Commissarios tertium eligi iubendo.

22 7. Amp. episcopum remoto executore dato succedere Iacob. à Canib.sup.n.10.

23 8.Amp. vt si debito tempore executor non exequatur; episcopus exequi possit Iacob. supra. n.11. vide supra.tit.14.cap.1.

24 9. Amp. quando executor male arbitratur vel exequitur, tunc episcopus exequetur idest, si fuerit executus vlterius non arbitretur, sed si non fuerit arbitratus, arbitrari cogatur, & si male sit arbitratus, episcopus eius arbitrium non sequetur, sed factum tractabit, & per se implebit, si tamen certum sit male executum, si verò dubitetur ad arbitrium boni viri recurretur Iacob. à Canib.supra n.13.

25 10. Amp. vt executor viuens exequi nolens per episcopum captis pignoribus compelli possit Iacob. à Canib. sup.n.14.

26 11. Amp. episcopum succedere vel alios legitimos executores coexecutore dato, qui esse non potest §. si autem. authent.de ecclesiast titul. cap. nos quidem de testam. Iacob. de Arena. de commissar. nu. 20. & spurio dato executore episcopum succedere Bal. in l. si quis ad declinandam. nu.11. C. de episc. & cleric.

27 12. Amp. vt episcopus alteri suas vices possit ex causa committere Bal. in l. nulli. nu. 8. C. de episcop. & cleric. Couar. in cap. Ioannes nu. 2. sequent. vbi suo subdito delegare posse de testam. Iacob. à Canib. d. part. 1. nu. 12. Conrad. supra licet alij non possint.

28 13. Amp. relicta pro anima exequenda esse etiam si ignoretur an testator sit Saracenus vel Christianus, vbi enim de origine vel domicilio non apparet, vbi te inueniam ibi te iudicabo Bal. in l. nulli. nu. 12. C. de episco. & cleric.

29 14. Amp. vt episcopus nomine pauperum petere possit immissionem possessionis Bal. in l. si quis ad declinandam. nu. 6. C. de episcop. & cleric. & agere etiam contra tertium possessorem Gutier. prac. QQ. lib.4.cap.29.Ciarlin. contro. forens.cap.28.n.25.

30 15. Amp. vt si incerta sit declaratio per testamentarium facta puta ad pauperes declarandos qui etiam futuros declarauit, episcopus succedat. Bal. supra. n.12.

31 16. Amp. vt si executor in manibus episcopi renunciauerit, non possit sine episcopi consensu etiam reintegra officium reassumere Bal. in l deberi n.2.C. de fideicom. liberta.per. cap. licet de procur. in 6.

17. Amp. capitulum sede vacante executores cogat Spino.de testa. glo. 28.n.20.

18. Amp. vt episcopus in bonis Peregrini intestati succedat vt eius hæredibus præstet illius bona si fieri pos-

fit, alijs in pias causas distribuet auth. omnes peregrini. C. communia, de succes. Bonacci. de restit. disp. 1. Q 3. punct. 5. n. 5. Gallus. de except. succ. tit. 4. excep. 6. n. 6. part. 1. nisi lege loci fiscus vocetur Coua. in reg. peccatum. de reg. iur. in 6. in 3. par. relect. 1. n. 4. Lotter. de re benef. lib. 2. Q. 27. n. 8.

19. Amp. ne dum Episcopus sit legitimus executor sed omnis habẽs quasi episcopalem iurisdictionem Abb. in c. Ioannes. n. 2. Coua. nu. 1. de testm. Barbos. de iur. Eccl. vniu. lib. 3. c. 27. n. 32. & omnes actiones habet quas hæres vel testamentarius executor habet Conrad. d. lib. 2. c. 5. §. 4. n. 2. vers. habet fol. 175.

20. Amp. vt Episcopus constito legitime de executoris negligentia nedum possit verum etiam exequi teneatur volũtatem testatoris Barbosa. n. 40. etiam testator contrariũ disposuisset cap. tua nobis 17. vbi Coua. n. 6. Barbos sup. n. 41.

21. Amp. vt nõ modo executio verum etiam electio deuoluatur Coua in cap. nos quidem n. 7. de testa. de veriori & communiori Barbos. sup. n. 45.

22. Amp. exequi posse piam causam etiam in laicos Gratia. discep. 60. n. 31. Ciarlin d. cap. 21. n. 21.

23. Amp. exequi pia legata etiam ante annum licet hæres pœnam non incurrat nisi post sex menses, & quoad prophana post annum Gutier. pract. QQ. lib. 1. Q. 44. n. 4. Ciarli. sup. cap. 28. n. 22

32 1. Lim. generaliter non posse Episcopum vel legitimum executorem exequi si testamentarius extet executor nisi per annum neglexerit, vel de fraude suspectus foret Bal. in l. nulli. n. 5. C. de Episc. & cleric. Imol. in clẽ. 1. n. 12. de testam. Beninca. de pauperta. Q. 8. tertio. speciali. vltim. volunta. n. 45. Meno. lib. 4. præsump. 125. n. 3. & de exequendo monitus fuerit & adita fuerit hæreditas Barbosa. de iure Eccl. vniu. lib. 3. c. 27. n. 31. & 34. idem probans de alio intra certum tempus iudicare debent vt non teneatur non requisitus, & vnica sufficiet monitio pro deuolutione ad Episcopum non pro commodi priuatione quia duæ exigẽtur n. 35. decretum monitionis à iudice fiet notificatio autem per nuncium vel epistolam n. 36. & generales monitio sufficiet n. 37.

33 1. Amp. vt negligente testamentario si testator de alio executore prouidisset nõ succedat Episcopus Bal. in authen. licet testator. in fine C. de Episco. & cleric. Boer. dec. 39. n. 15. & seq. Barba. consf. 23. lib 3. Scain. Rot bono. dec. 44 n. 62. Spino. d. glo. 28. n. 40. Durant. de tuto. caut. 6. n. 3. Rot. dec. 121. nouis diuers. vbi si vnus plurium executorum nõ fuisset interpellatus vel mora cessaret ob incertitudinem & 213. vbi quando successiue plures vocati fuere omnes esse monendos.

34 2. Lim. quando testator nullo dato executore summã taxauit, tunc enim licet Episcopus exequi posset, eum potest hæres præuenire §. si quis in nomine auth. de ecclesiast. tit. Bal. in d. l. nulli. nu. 6. intelligens si bona fide hæres præuenerit, Tiraq. in tract. le mort. saisit le vif. part. 7. declaratio. 5. n. 5.

35 3. Lim. vt si certa sit persona & dispositio, non possit testamentarius executor nec Episcopus nisi vt merus executor facti Bal. in l. si quis ad declinanda n. 13. C. de Epi. & cler. per l. hæreditas. in fine de petit. hæred. & cap. nos quidem. de testam.

36 4. Lim. Episcopum non libero, sed regulato arbitrio vti debere Bar. consf. 194. n. 3 in fine. Paris. consf. 45. in fine. lib. 3. Meno. lib. 4. præsump. 125. n. 4.

5. Lim. non procedere contra Priores &c. monasteriorum nisi constaret de eorum negligentia Moli. de iust. & iur. disp. 251. vers. dubium fic Rot tenuit vt per Mar. Muta. dec. 2. n. 19. vbi n. 10. si conseruatores intra menses non eligantur religiosos coram Episcopo conueniri posse.

37 5. Lim. non posse ecclesiasticum se ingerere de relictis per defunctum in peccato mortali nisi cõtritum obijsse constaret c. à nobis. 2. vbi Abb. de sent. excom. Bargos. in c. 1. n. 14. de emp. & vend. vbi alios casus ponit quibus ecclesiasticus in seculares cognoscit.

38 6. Lim. vt Episcopo negligente superior exequatur Bal. in l. nulli. n. 15. vers. sed si C. de Episc. & cleric.

TIT. III.
QVÆ FACERE TENEATVR LEGITIMVS EXECVTOR.
SVMMARIVM.

1 *Executor legitimus inuentarium facere, ac rationes reddere tenetur lim. num. seq.*

2 *Inuentariũ à testatore remissũ legitimus executor facere nõ tenetur.*

3 *Satisdare legitimus executor non tenetur.*

TIT. III. CAP. I.
QVÆ FACERE TENEATVR LEGITIMVS EXECVTOR.

1 EXecutor legitimus inuentarium facere, & ratione reddere tenetur l. nulli §. cum autem C. de Epis. & cler. clement. 1. de testam. Capra. de executor. vlt. vol. membr. 8. n. 77.

2 1. Lim. non procedere quando inuentarij confectio fuisset à testatore remissa quod facere potest, quamuis redditionẽ rationũ remittere minime possit l. final. C. de tutor. & curat. l. tutores. de administr. tut. Capr. supra. n. 78. & 79. vbi in totum eam remittere non posse ostendit.

3 Satisdare tamen non tenetur l. nulli. C. de Episcop. & cleric. Bar. in l. 3. n. 3. de alim. & cibar. legat.

TIT. IV.
DE ACTIONIBVS EXECVTORIBVS LEGITIMIS COMPETENTIBVS.
SVMMARIVM.

1 *Legitimus executor in iudicio agere potest contra hæredes & hæreditarios debitores pro testatoris voluntate exequenda conditione ex l. &c.*

2 *Executor legitimus agens in defectum executorum experiri potest actionibus quibus testator potu fset.*

3 *Episcopus sine capitulo exequitur, delegat, & executores compellit.*

4 *Legitimus executor nomine pauperum adire & exequi potest amp. num. seq.*

5 *Executor particularis hæredes ex officio compellere potest.*

6 *Executor legitimus nomine pauperũ et pij loci agere potest.*

7 *Legitimus executor pia causa excepta, & his quæ ad honorem & authoritatem defuncti pertinent exceptis legatariorum nomine agere non potest.*

8 *Executor legitimus ad pias causas agit tantummodo.*

9 *Executor legitimus vt vir bonus procedere potest.*

TIT.

TIT. IV. CAP. I.
DE ACTIONIBVS EXECVTORIBVS LEGITIMIS COMPETENTIBVS.

1 Agere potest in iudicio legitimus executor cōtra hæredes & debitores hæreditarios, pro testatoris voluntate exequenda condictione ex l. nulli. C. de Episc. & cleric. & l. si quis ad declinādam eod. tit. vbi Bar. n. 3. vel in factum actione l. quoties. de præscr. verbo. Capra. de execut. memb. 8. n. 80.

2 1. Amp. vt si agat in defectum executorum, experiri omnibus actionibus possit quibus testator potuisset e. si hæredes. §. nos quidem. de testam. auth. licet. C. de Episc. & cleric. Capra. d. memb. 8. n. 81.

3 2. Amp. vt Episcopus sine Capitulo exequi possit, executorem compellere, & alteri puta Vicario suo delegare; quamuis a testatore datus executor hoc nō possit, cum secundum suam conscientiam distribuere debeat l. nulli. C. de Episc. & cleric. Capra. de executo. d. membr. 8. n. 74. & seq. vide supra hoc tracta. 2. tit. 2.

4 3. Amp. vt pauperibus institutis, vel si bona inter pauperes distribuenda sint nullis constitutis executoribus, vel datis negligentibus, seu exequi nolentibus, ita vt potestas exequendi in legitimum transferatur, legitimus adire, & nomine pauperum agere possit, & conueniri l. si quis ad declinandum vbi Bal. n. 4. & seq. C. de Episcop. & cleric & ex l. fin. C. de edict. D. Adria. tollen. immissionem in possessionem nomine pauperum petere vt per eum Capra. sup. n. 82. & 83. & hoc quando legitimus executor est vniuersalis vt supra scilicet pauperibus institutis, vel si nullo instituto hærede, bona sint inter pauperes distribuenda, vel solis pauperibus, vel loco pio institutis Capra. d. n. 83.

5 1. Subamp. etiam si sit particularis executor, adhuc etenim potest hæredes ex officio compellere & alios ad quos spectat vltimam volūtatem exequi in relictis ad pias causas, vel in his quæ spectant ad honorem, vel authoritatem testantis l hæreditas. in fine. de petit. hære. l. l Quintus de annu. legat. Capra. sup. n. 84.

6 4. Amp. vt legitimus executor nomine pauperum vel pij loci agere possit cum sit legitimus administrator & defensor cap. cum dilectus. de succes. ab intesta. d. l. si quis ad declinandam Capra supra. n 85. eique remedium adipiscendæ competit. Meno de adip. rem. 4. n. 156. & seq. vbi amp. & lim. sequitur Gonzal. reg. 8. cancel. glo. 5. §. 7. n. 90.

7 1. Lim. non posse legitimum in alijs relictis prçterquā ad pias causas, & his etiam exceptis quæ pertinent ad honorem & authoritatem defuncti nomine legatariorum agere, sicut nec testamentarius executor poterat eo casu quo ad legitimum exequendi potestas deuoluitur; quamuis legitimus possit ex officio hæredem vel alium compellere qui defuncti voluntatem exequi debet cap. Ioannes. & cap. tua de testament. Capra. d. membr. 8. n. 86.

8 2. Lim. non procedere nisi in relictis ad pias causas Alex. in l. qui liberis. §. hæc verba n. 8. de vulga. & pupilla. vide supra hoc tractatu. tit. 2. prima amp. generali.

9 3. Lim. nam procedere debet vt vir bonus, & ea facere, quæ ille, cuius loco extitit subrogatus, iuxta formam à testatore præscriptam facere tenebatur Ruin. cons. 48. n. 20. lib. 2. Simon. de Pret. de vlt. volunt. lib. 5. dubitat. 2. n. 36. pag. 17. dum tamen vt testator iusserit, possit executioni mandari n. 37.

TIT. V.
DE POTESTATE LEGITIMI EXEC. IN EXTRAIVDICIALIBVS.

SVMMARIVM.

TIT. V. CAP. I.
DE POTESTATE LEGITIMI EXEC. IN EXTRAIVDICIALIBVS.

1 Legitimus executor omnia gerere potest quæ testamentario concessa sunt Capra. d. membr. 8. n. 90.

2 1. Amp. vt non possit à testatore prohiberi in casu quo ad ipsum iurisdictio de iure spectat Capr. supra n. 93. & seq. vide supra tit. 2. ampliatio. 2. generali hoc eodem tract. 2.

3 1. Lim. quando testator in defectum vnius alium executorem constituisset Capra. supra. n. 96 vide vbi sup.

4 2. Amp. vt possit Episcopus facere cōstitutionem circa vltimarum voluntatum executiones, quæ seruari debet Capra supra. n. 97. quæ quando locum habeat vide supra tract. primo. tit. 14. cap. 1.

5 1. Subamp. procedere in capitulo in locum executoris succedente Capra. supra. n. 98.

6 3. Amp. vt bona distribuenda capere possit, si pauperes vel pius locus hæres scriptus sit l. si quis ad declinandam C. de Epis. & cler. Capr. d. memb. 8. n. 87. etiā per procuratorē Rot. dec. 630. n. 3. & seq. corā Caual.

7 4. Amp. vt quamuis testamentarius executor ex dispositione

fitione testamẽti sine alicuius cõsilio exequi nequeat, in legitimo tamen secus est, quia legitimus ex iurisdictione, non ex permissione testant s exequitur auth. licet. C. de Episc. & cler. cap nos quidem. cap. si hęredes. de testam. Capra supra n. 91. & seq.

8 5. Amp. vt legitimus transigere, pacisci, & alia facere possit, quę testamẽtario executori permissa sunt, cũ in ipsũ potestas testamẽtarij trãseat l. si quis ad declinãdam & l. nulli C. de Epis. & cle Capr. d. tit. de exec. vlt. vol. memb. 8. n. 89. vide sup. tract. primo. tit. 13. c. 16.

9 6. Amp. vt legitimus terminum executoribus prorogare possit Bal. conf. 207. n. 1. lib. 3. Papien. in form. libel. ad redden. ration. tute glo. ac executores nu. 11. vide supra tract. 1. tit. 14. cap. 1. lim. 1.

10 7. Amp. vt legitimus substituere alium sibi subditum possit ad not. in cap pastoralis de offic. delega. & in l. 1. C. qui pro sua iurisd. t ouar. in c. Ioannes. de testam. n. 3. qui potest idem quod executor prior, nisi prioris industria electa fuisset, vel executio in certo loco facienda esset Simon. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dub. 2. n. 35. & seq pag 17. Cotta. in mem or. verbo. erogatorij vide supra. tit. 2. hoc 2. tractatu.

11 1. Lim. nam si plurium executorum aliquis superfit, non potest legitimus alium subrogare, quia in defectum vel ob maleficium tantum subrogare potest Io. And. in cap. religiosus n. 4. de testam. in 6. per cap. nos quidem & cap. tua nos. eod. tit.

8. Amp. posse vendere quæ pauperibus in genere relicta fuere sine solemnitatibus & præcium pauperibus dare Bal. in auth. hoc ius. n. 3. C. de sac. san. Eccl. Redoa. de reb. Eccl. pag. 232. n. 12. subdẽtes posse etiam Episcopum pauperibus certi loci puta hospitali cui acquirẽtur vt alia eiusdẽ hospitalis bona & pag. 161. n. 1. & 2.

12 1. Lim. nam si alius esset institutus hæres in bonis pauperibus distribuendis, tunc bona caperet executor tenetur de manu heredis l. nulli. §. fi. C. de Epis. & cler. alio. de alim. legat. Capr. d. membr. 8. n. 88.

13 1. Sublim quando testator expræssisset, quod pauperes vel legatarij a se ipsis caperent. l. Titia. cum testamento. §. 1. de leg. primo Capra. supra. n. 89. Durant. de tutor. & executor. caut. 10. n. 3.

14 2. Lim. quando testator in defectum primi executoris de secundo prouidisset, tunc enim nil posset gerere legitimus. Bal. in l. si fundum §. si stichum vers. ex primo not. de legat. 1. Capra. sup. n. 96. vide supra. tract. 1. tit. 14. cap. 1. lim. 7.

15 3. Lim. non procedere nisi quando testamentarius, cessat, negligit, non vult, aut exequi non potest glo. pen. in cap. religiosus vbi Doc. de testam. in 6. Capra. d. memb. 8. n 99. & 121.

16 4. Lim non posse Episcopum & legitimum executorem fraudem in ipsa distributione committere, vel facere, sed alijs prohibere tenetur l. si quis ad declinandam in fine C. de Epis. & cler. quia sunt nudi ministri ac meri executores, nec aliquod lucrum percipere debent l. si quis Titio. de legat. 2. nec inter suos distribuere possunt l. si tibi mandauero §. si tibi manda. Floria. in l altius ædes si seruit. vend. vbi citat. Io. Crisostom. dicentẽ, si bene dixeris, & male vixeris tu solius condemnator eris, nam bene viuẽdo, & benè docendo populũ instruis quomodo viuere debeat, bene autẽ docẽs & malè viuendo dominum instruis quomodo te debeat condemnare cap. multi 40. distinctio. de omnibus sacerdotibus loquens.

TIT. VI.
QVANDO, ET QVOMODO LEGITIMVS EXEQVI POSSIT.
SVMMARIVM.

1 *Executor legitimus vbi nullus testamentarius extat exequi potest amp. & lim. num. seq.*

2 *Legitimus executor exequi potest, quando testamentarius nollet vel exequi non posset.*

3 *Executoribus vita functis principale cõmissum perpetuò duraturum ad Episcopum successiue deuoluitur.*

4 *Legitimi executoris potestas perpetua est, & quandocũque Episcopus compellere & exequi potest lim. nu. seq.*

5 *Archiepiscopus potest Episcopo terminum ad exequendũ assignare, eumque negligentem officio priuare.*

6 *Legitimi executores non dantur nisi post aditam hæreditatem, ideoque ante exequi nequeunt lim. nu. seq.*

7 *Legitimi executores ante aditam hæreditatem distribuẽda exequi possunt.*

8 *Legitimi executores ante aditam exequi possunt ex mente testatoris*

TIT. VI. CAP. I.
QVANDO, ET QVAMDIV LEGITIMVS EXEQVI POSSIT.

1 Executor legitimus vbi nullus extat ex vltima volũtate cõstitutus exequitur, quamuis secus sit vbi testamẽtarius extet, qui acceptauerit, quẽ legitimus quandocumq; vt exequatur cogere potest post quam officiũ acceptauit c. Ioannes. de testam. Capra. de execut. vlt. vol memb. 8. n. 99. Rot. dec. 642. corã Caualer. vbi Episcopũ exequi non dum extante vel absente executore piæ causæ fauore cum in pijs iurisdictionem etiam in laicos habeat.

2 1. Amp. vt legitimus exequi possit etiam quando testamentarius negligens esset, vel exequi nollet glo pen. in c religiosus de testam. in 6. & ibi Doc. Capra. d. nu. 99. vide supra tract. primo. tit. 14.

3 2 Amp. vt mortuis executoribus quod est principale in re cõmissa perpetuò duraturũ, quando eorũ industriæ quędã accessoria cõmissa fuerãt ad Episcopũ loci exequẽdũ, & adimplendũ transeat, successiuis tẽporibus secundũ formã testamẽti Castr. conf. 177. lib. 2. Cur. Iun. cõs. 6. intelligẽdo tamẽ quoad pias causas, in prophanis. n. Pręses loci exequetur Bal. in l. si. in pri n. 9. cõm. de legat. aut Episcopus Abb. in c. si hęredes. n. 7. de test. Sim. de Pret. de vlt. vol. lib. 5. dubit. 2. n. 40. pag. 17.

4 3. Amp. vt legitimi executoris potestas perpetua sit, & quandocũque Episcopus compellere & exequi possit Capra. d. memb. 8. n. 100. & seq.

5 1. Lim. quando superior nempè Archiepiscopus Episcopo se inferiori terminum assignasset, tunc enim inferiorem negligentem priuare posset Doc. in cap. cum Ecclesia. de elect. Capra. supra n. 102.

6 1. Lim. principaliter nã legitimi non dantur nisi post aditam hæreditatem, nec ideo ante exequi possunt l. si verò de testam. tute. Capr. supr. n. 127.

7 1. Sublim quando illud esset distribuendum quod hæreditatis non requireret aditionem, tunc enim ante aditionem exequi possent Capra. supra. n. 128.

8 2. Sublim. quando aliter de mente testatoris appareret Paris. conf. 22. n. 9. & seq. lib. 3.

BAL-

BALTHASSARIS THOMASII, I. C. LVCENSIS.

TRACTATVS TERTIVS.

DE DATIVIS EXECVTORIBVS VLTIM. VOLVNT.

Tit. I. Cap. I.

QVIS DATIVVS SIT EXECVTOR.

SVMMARIVM.

1 *Datiui executores sunt qui à Iudice dantur lim. num.seq.*

2 *Executor testamento minus solemni datus à iudice confirmatus non datiuus sed testamentarius censebitur.*

TIT. I. CAP. I.
QVIS DATIVVS SIT EXECVTOR.

1 Datiui executores sunt illi strictè loquendo qui à iudice, aliouc iurisdictionem habente cõstituuntur Spec.de instr.editio.§ nunc verò. n.2.Papien.in forma.libel.quo agit.ad redden. ratio. tute glo.ac executores.n 2. communem testatur. Capra de executor vltim.voluntat.membro. 8. n. 103. Carpa.c.157.n.12.

2 1. Lim. in confirmato à iudice quia in minus solemni testamento datus sit qui non datiuus, sed testamentarius censebitur Capra.supra.n.104.Simon.de Pret. de vlt.volunt.lib.5.dub.2.n.61.ante finem pag.20.

TIT. II.
QVI DATIVOS CONSTITVANT EXECVTORES.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vel Consul Ciuitatis executores datiuos constituere potest, Praeses, Praefectus, ac loci Index l m.num.seq.*

2 *Executorem constituere index secularis nequit licet executorem certis casibus possit compellere.*

3 *Executorem Iudex originis vel domicilij tantummodo constituit.*

4 *Iudex secularis vt executorem dare possit requisita.*

TIT. II. CAP. I.
QVI DATIVOS CONSTITVANT EXECVTORES.

1 Iudex vel Cõsul Ciuitatis executores datiuos constituere potest, nec non Praeses Praefectus praetorio, & Iudex loci l.nulli.C.de Episco. & cleric. c. nos & cap.tua nobis.de testam.Spec.de instrum. editio. §. nunc verò.n.2.Capra.d.memb.8.n.106. idem de alio praelato iurisdictionem habente à lege circa executionem affirmantes.

2 1. Lim in Iudice seculari qui executorem hunc constituere nequit, licet compellere possit haeredem vel executorem in certis casibus exequi, & haeredum alterum eligere qui alimenta praestet Capra. supra. nu. 107.

3 2. Lim. nam Iudex originis vel domicilij tantum datiuum potest constituere non alij, etiam si bona alibi sint; legitimus executor enim Dioecesano loci bonorum mandat vt exequatur.Capra.supra.n.109.

4 3. Lim. non procedere nisi tria requisita concurrant. Primum quod constituens habeat dandi iurisdictionem. Secundum quod illi det cui potest ratione possessionis, & originis. Tertium quod quem dat sub sua iurisdictione habeat, alter enim nisi acceptet, vt exequatur cogi minime potest. Capra, supra. n. 110. & seq.

TIT. III.
QVARE DATIVI EXECVTORES CONSTITVANTVR.

SVMMARIVM.

1 *Executores interdum causa honoris, notitiae, vtue gerant, vt ibi dantur.*

TIT. III. CAP. I.
QVARE DATIVI CONSTITVANTVR EXECVTORES.

1 Executores datiui interdum constituuntur causa honoris qui honorarij dicuntur & hi ad exequendum compelli nequeunt, quamuis si velint exequi possint. Alij dantur causa notitiae quia notitiam habent patrimonij defuncti vt eos instruant qui exequi tenentur l.iure nostro.de testament. tute. l. quaero.

quæro.§.1.l. quod si fortè, de solutio, alij ad hoc tantummodo dantur vt exequantur; & isti administrare debent, & cogi possunt d. l. quod si fortè. Capra. d. membr.8.n.114.

TIT. IV.
QVANDO DATIVI EXECVTORES CONSTITVANTVR.

S V M M A R I V M.

1 *Executores datiui post aditam hæreditatem constituuntur. lim.num seq.*
2 *Datiuo executori locus non est quando testamentarius, vel legitimus vult ex. qui.*
3 *Executoribus pluribus constitutis cum clausula quod vnus sine alio exequi non possit, altero vita functo cæteri exequi non possunt, nec alius dari potest sed Episcopus exequetur.*

TIT. IV. CAP. I.
QVANDO DATIVI CONSTITVANTVR EXECVTORES.

1 Datiui post aditam hæreditatem constituuntur, quando nullus testamentarius extar, vel nequeant, aut non possint extantes exequi, Capra.d.membr.8.n.118.& 127.

2 1. Lim.non procedere quando illud distribuendum foret quod hæreditatis aditionem non requireret Capra.supra.n.128.

3 2. Lim. non procedere quando alia mens testatoris appareret Paris.consf.23.n.9.& seq.lib.3.

TIT. IV. CAP. II.
DE DATIVO SI TESTAMENTARIVS VEL LEGITIMVS EXTET.

4 Executor dari potest etiam si testamentarius vel legitimus extet, vt cum illo administret, præsertim si testamentarius minus idoneus esset; vel quando patrimonium diffusum foret Capra. supra. nu. 117. qui tamen concludere videtur dari non posse nisi indefectū testamentarij vel legitimi.

5 1. Lim. nam quando testamentarius, vel legitimus vult exequi, datiuo locus non erit Capra.supra.n.121.

6 2. Lim. non procedere quando testator plures constituisset cum clausula quod vnus sine alio exequi non posset, tunc enim altero vita functo cœteri exequi nō possent, sed Episcopus exequetur nec alius dari poterit Capra.supra.n.122.

TIT. V.
QVÆ FACERE DATIVVS EXECVTOR TENEATVR.

S V M M A R I V M.

1 *Datiui executoris constitutione vocandi sunt hi, quibus distributio facienda est, & qui interesse prætendere possent; idemque in distributione per executorem facienda.*
2 *Datiuus executor inuentarium facere tenetur ac rationem reddere sicut executores cæteri.lim.num.seq.*
3 *Inuentarium executori testator remittere potest, non etiam rationum redditionem.*
4 *Datiuus executor satisdare tenetur lim.num.seq.*
5 *Executor datiuus non tenetur satisdare ex inquisitione datus.*
6 *Satisdare tenetur datiuus executor qui ex post non soluendo factus fuit.*

TIT. V. CAP. I.
QVÆ FACERE DATIVVS TENEATVR.

1 Vocari debent illi quibus distributio facienda est quando datiuus constituitur nec non & qui possunt interesse prætendere, & tam in datione huius executoris, quam in distributione prædictorum requisitio facienda est Capra.d. membr. 8. n.124.& seq.

TIT. V. CAP. II.
DE INVENTARIO ET RATIONE REDDENDA A DATIVO.

2 Datiuus inuentarium facere tenetur & rationem reddere sicut legitimus & testamentarius.Capr.d.memb. 8.n 129.

3 1. Lim. non procedere quando testator inuentarij cōfectionem remisisset quod facere potest, quamuis redditionem rationum remittere non posset Capra. supr. n. 130. intellige vt supra dixi tract. primo. tit. 15. & tract.2.tit.3.

TIT. V. CAP III.
DE SATISDATIONE DATIVI EXECVTORIS.

4 Datiuus executor satisdare tenetur l.3 § 1. vbi Bar. de alim.& cibar.legat.n.3.quamuis Capra.d.memb. 8.n 133.teneat quod tantum cauere debeat.

5 1. Lim. non procedere quando ex inquisitione datus esset Capra.supra.n.132.

6 1. Sublim. non procedere quando ex post non soluendo factus esset, tunc enim satisdare tenetur.l. liberto. §.Largius in fine.de annu. lega. Capr.d.n.132.

TIT. VI.
DE POTESTATE DATIVI EXECVTORIS.

S V M M A R I V M.

1 *Executor datiuus agere, distribuere, vendere, transigere, pacisci & alia facere, & exequi potest, quæ testamentarius & legitimus gerere possunt.*

TIT. VI. CAP. I.
DE POTESTATE DATIVI EXECVTORIS.

1 Datiuus executor agere, distribuere, vendere, transigere, pacisci aliaque facere & exequi potest, quæ testamentarius, & legitimus gerere & exequi possunt Capra. de executor. viti. volunt. membr.8.n.135.

TIT.


TIT. VII. QVANDO ET QVANDIV DATIVVS EXEQVATVR.

SVMMARIVM.

1 *Executor datiuus donec negocium exequendum perfecerit exequi potest lim.num.seq.*
2 *Tempore præscripto lapso executoris expirat officium.*
3 *Executor remotus velut suspectus aut negligens exequi nequit.*
4 *Executoris datiui potestas morte committentis expirat.*

TIT. VII. CAP. I. QVANDO ET QVAMDIV DATIVVS EXEQVATVR.

1 Datiuus exequi potest donec perficiendum negocium peregerit Capr.de executor.vlt.vol. memb.8.n.137.
2 1. Lim. non procedere quando ad certum tempus cõstitutus esset, quod esset elapsum Capra.supr.n.138.
3 2. Lim. quando velut suspectus, aut negligens remotus fuisset, tunc enim exequi non posset.Capra.supra. n.138.
4 3 Lim. nam datiui potestas & officium morte committentis expirat, siue commissio iurisdictionis sit vt in cap. gratum de offic.delega.siue exercitij actionis ministerij l.mandatum C.manda.Capra.supra.n.140. licet in testamentario secus dicat vt per eum.



BAL.

BALTHASSARIS THOMASII, I. C. LVCENSIS.

TRACTATVS QVARTVS.

COMMVNIA DE EXECVTORIBVS CVRATORIBVS AC TVTORIBVS.

Tit. I. Cap. I.

DE ÆQVIPARATIONE EXECVTORVM ET CVRATORVM ET DIFFERENTIIS.

SVMMARIVM.

1 *Tutores curatores et executores æquiparantur, & executores magis curatoribus, quam procuratoribus comparantur, lim. nam differunt vt infra n. 2.*

3 *Officium tutoris publicum est ac necessarium, executoris autem priuatum, & voluntarium.*

4 *Tutores inuentarium facere tenentur, executor descriptionem bonorum.*

5 *Executores rationem ex bono et æquo tutores autem strictè reddere tenentur.*

6 *Officium tutoris & curatoris plurium annorum est, executoris anno excluditur.*

7 *Tutores nisi tutela finita rationem non reddunt, executores autem simul ac male gerunt.*

8 *Potestas executorum minor est potestate tutorum.*

9 *Tutores inuiti creantur secus in executoribus.*

10 *Tutores de rigore iuris gerunt, executores secundum eorum conscientiam et voluntatem testatoris exequuntur.*

11 *Tutores de leui & leuissima tenentur, executores de dolo & lata tantum.*

12 *Differentias prædictas inter tutores & curatores secuta est Rota Lucana.*

13 *Executoribus ab eligentibus differunt.*

TIT. I. CAP. I.

DE ÆQVIPARATIONE EXECVTORVM TVTORVM ET CVRATORVM ET DIFFERENTIIS.

1 Tutores, curatores, & executores, æquiparantur, & magis curatoribus, quam procuratoribus executores comparantur, sunt enim quasi quidam curatores animæ Bal. in l. nulli. n. 10. C. de Episcop. & cleric. Roman. conf. 119. n. 1. Burs. conf. 133. n. 15. & procuratoribus comparari conf. 299. n. 6. & executorum officium simile esse officio tutorũ Fulgos. conf. 25. n. 3.

2 1. Lim. tamen nam differunt casibus infrascriptis.

3 Primo quia officium tutorum est publicum & necessarium, executorum verò priuatum & voluntarium. Franch. conf. 116. n. 23. inter conf. vltim. volunt.

4 Secundo Tutores inuentarium facere tenentur, curatores autem bonorum descriptionem tantummodo, dixi in tract. tuto. tit. 3. cap. 2 & in tract. execut. tit. 4. sed executores inuentarium facere teneri Ricci. collect. dec. 1201.

5 Tertio tutores strictam rationem reddere tenentur curatores autem ex bono & æquo vt infra per Rot. Lucan.

6 Quarto officium tutoris & executoris pluribus annis viget, executoris autem clauditur anno vt supra. de executor. tract. 1. tit. 14. & de tutor. tit. 33.

7 Quinto tutores nõ nisi finita tutela rationem reddũt, executores autem prius idest simul ac male administrant vt supra. tract. 1. tit. 15. & de tut. tit. 34.

8 Sexto maior est tutorum potestas quam executorum vt in vtriusque tractatu constat.

9 Septimo tutores inuiti creantur, secus in executoribus vt supra tract. 1. & de tute. lib. tit. 1.

10 Octauo tutores de rigore iuris administrant; executores autem secundum eorum conscientiam, voluntatem testatoris exequuntur vt in vtroque tract. pluries dixi.

11 Nono tutores tenentur de leui & leuissima, executores autem non tenentur nisi de dolo & lata vt de executor. tract. 1. tit. 10. cap. 10. & de tutor. tit. 18. c. 12.

12 Prædictas differentias congessit Rot. Lucan. in vna coram ipsa pendẽte inter Dominos Fabium Marcellum & Scipionem, & Philippum Cenami, & Raphaelem Landi ex actis egr. D. Blasii Pauli in primo semestri 1573. ex Doc. in l. nulli. C. de Epi. & cleric. & Porcelli. de inuen. cap. 2. & Modern. in consuetud. Parisien.

Parisien.§.6.glo.6.& Spec.de instrum.editio. §. nunc vero.n 44.vbi de inuentario.Iacob.à Canib.de executor.vltim.volunt.in §.repetitis & §. nouissimum. Capra.de executor.vltim.volunt.memb.5.n.17.& seq. vbi ex consuetudine particularem non facere inuentarium & Burfat.conf.28.n.15.16.

23 Differunt etiam executores & eligentes Bal.conf. 473.lib.2.

TIT. II.
EX QVIBVS ELECTIO FACTA CENSEATVR.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi potestatem habens executor in morte instituendo vel legando elegisse censetur seruata forma à testatore præscripta.*

TIT. II. CAP. I.
EX QVIBVS ELECTIO FACTA CENSEATVR AB EXECVTORE.

1 Eligendi potestatem habens executor in morte instituendo vel legando alicui, eum elegisse censetur, l.vnum ex familia.§.si duos.de legat. 2.Bal.conf.193.lib.1.subdens talem executorem mixtum censeri, & conf.162.n.2.lib 5.Simon.de Pret.de interprætatio.vlt.volun.lib.5.dub.2.n.92.pag.22. dummodo formam à testatore traditam seruet, n.93.

TIT. III.
DE SVBSTITVTIONE ELECTO FACIENDA.

SVMMARIVM.

1 *Electo in pauperem alter ex pauperibus permissis substitui potest.*

TIT. III. CAP. I.
DE SVBSTITVTIONE ELECTO FACIENDA.

1 Electo in pauperem alter ex permissis pauperibus substitui potest Bar. in l. vnum ex familia. 69 § sed & si.n.2.de leg.2.Bal.conf 162.n.3. lib.5.Loffred.conf.7.n.10.Simon.de Pret.d. dubit.2. n.90.pag.22.

TIT. IV.
DE PROBATIONE EXECVTIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Executorem esse fama & coniecturis probatur.*
2 *Testamentum etiam à testatore ad pias causas scriptum & subscriptum sine testibus probat.*
3 *Distributio per executores facta probari debet amp. n. seq.*
4 *Executori de commissione sibi secretò facta non creditur.*

TIT. IV. CAP. I.
DE PROBATIONE EXECVTIONIS.

1 Fama probatur aliquem executorem esse, & coniecturis, puta probando à iuris fide dignis audiuisse, illum à quo emit, executorem fuisse Bal. in l.1.n.2.C.de reb.Eccle. non alien. Mascar. de probation.conclusio.710.n.3.

2 Testamentum etiam à testatore ad pias causas scriptum & subscriptum sine testibus probat. Rot. Rom. dec.553.n.2.par.1.recentior. & inter liberos Marta. dec.8.n.46.& sine publicatione valere si testator coram notario & testibus suam voluntatem expræsserit & ante publicationem obierit & duobus testibus probari alijs mortuis & legata & fideicomissa vniuersalia extraneis relicta sustineri non directas institutiones & substitutiones per totam & dec.60. vbi idem de scripto inter liberos vt valeat quoad fideicommissa vniuersalia extraneo relicta nō directo institui quamuis hoc casu ob defectum solemnitatum vt fideicommissaria sustinetur. Pereg.dec.33.

3 Distributio autem facta pauperibus probari debet, nec enim statur assertioni executoris Paris.conf 45.n. 23.lib.3.& si de re magna agatur, non stari executoris iuramento tradit Spec.de instrument.editio.§.nūc verò.n.21.vide tract.primum.de executor.tit.15.c.3. & Gallia.conf.120.

4 1. Amp. executori non credi de commissione ei facta in secreto Masc.conclus.709.n.19. ex Paris.conf.31. n.28.lib.4. qui tamen non loquitur de sibi in secreto commissis.vide.d.cap.3.

TIT. V.
DE COMMVTATIONE VNIVS IN ALIVM VSVM.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatem testatoris executores prout iussit seruare tenentur, nec aliter exequi possunt amp.& lim.n.seq.*
2 *Executores si certa sit persona & dispositio nisi pro mera executione se nequeunt intromittere.*
3 *Maritandis virginibus relictum in alium etiam vsum meliorem conuerti nomine potest amp num.seq.*
4 *Maritandis virginibus relicta monasterium ingredientibus executores non possunt distribuere.*
5 *Voluntas testatoris si eo modo quo disposuit imple ri non posset si testator quid agendum disposuerit, eius voluntas nisi de absoluta potestate Papa commutari nō posset.*
6 *Distribuenda pro anima testatoris erogari possunt pro Reipublica reputatione vt ibi amp num seq.*
7 *Ornamenti Ecclesia relicta quibus non eget, pro rectore egente distribuere executores possunt.*
8 *Pauperibus distribuenda pro Ecclesia reparatione distribui, quando possint.*
9 *Distribuenda certa summa pro malè ablatis, si tanta non sint ac iusserit testator in aliam causam nō conuerti reddetur quod superierit hæredi, eo verò non expresso in aliam piam causam erogabitur.*
10 *Dotis causa relictum vni quando alteri dari possit.*
11 *Executoribus iuxta mandatum testatoris non valentibus exequi, alibi illud effici debet.*
12 *Ecclesia relictum quæ in loco non reperiatur cathedrali restitui debet.lim.num.seq.*
13 *Exequi si non possit quod testator iussit, voluntas eius exequi debet sicut disposuit.*
14 *Legatum relictum eunti extra mare; si nullus modò pergere audeat legatum debetur modò ad locum similem accedat.*

15 Mo-

15 *Monasterium si non possit construi vbi testator iussit, alibi ædificabitur.*
16 *Opere à testatore ordinato perfecto quid de residuo legati agetur, ibi vide.*
17 *Commutari relictum pium potest cum consensu ordinarij dic vt ibi.*
18 *Commutatio pij legati Papæ authoritate fieri potest.*
19 *Commutatio vnius in alium vsum fieri potest quando ad relictum & ordinatum non sufficeret.*
20 *Executor quando executio facienda est certæ personæ, cōmuni, collegio, loco & modo expressis alteri dare & cōmutare non potest etiam si piè ageret.*
21 *Commutatio, legati pij non potest fieri alijs casibus vt ibi.*

TIT. V. CAP. I. DE COMMVTATIONE VNIVS IN ALIVM VSVM.

1 TEstatoris voluntas per executores seruari debet ac exequi prout disposuit quia lex est. §. disponat. authen. de nupt. dixi. in tracta. dispositi. ad pias causas in mea decade impressa, nec enim sufficit fieri quod testator iussit, nisi fiat vt iussit l.sed si ante.ad trebel.& operæ Sancti Francisci relictum in aliud opus conuerti non potest cap.tua nobis. de testam.l.legatum.& l.seq.de vsufr.legat.l.1.l.legatum.de administr.rer.ad Ciuitat pertinent.Bal.in l.si quis ad declinandam.n.9. C. de Episco. & cleric. vbi testatur ita iudicatum & in relictis ad pias causas.cōs. 118.n.5.lib.5.Bartol.de Vulp. cons. 103. n. 8. inter. cons. vltim. volunta. Papien. in forma. libel. pro reddē. ration. tut.glo.ac executores.n.16.Natt.cons.211. n. 19.Thob.cons.60.n.10.Laderch.cons.171.Rota.dec. 65.n.14.nouis.diuerso.

2 1. Amp. vt si certa sit persona & dispositio, tunc nec testamentarius executor, nec Episcopus intromittere possint eorum officium nisi pro mera executione Bal. in d.l.si quis ad declinandam. n. 13. C. de Episcop. & cleric.

3 2. Amp. vt pro virginibus maritandis relictum non possit in alium etiam meliorem vsum conuerti Card. in clemen.quia contingit.n.19.de religio.domi.Natt. cons.211.n.19.& si pro certa nubenda paupere sit relictum quæ ante quam nubat obierit nisi personæ cōtemplatione, alia pauper eligi debet Bal.Nou.de dot. par.6.priuil.77.nec nisi cum consensu Papæ in melius mutari posse Gatz.de benef.par.7.c.1.n.110.

4 1. Subamp. vt monasterium ingredientibus nequeant executores dare Bal.in authen.nisi rogati.n. 10. versic.& ideo.C.ad Trebel.Natta.d.n.19.Paris.cons.26. n.36.lib.4.intelligens si mens testatoris extet pro carnali matrimonio.vide supra.tit.10.cap.11.tradit Sanch.de matrimo.lib.1.disp.33.n.30.vbi si de certis personis actum foret & Rot.dec.401. coram Caual. vide supra.tract.1.de executo.lit. 12. n. 1209. distinguit, Bal.Nouel.de dot.par.6.priuil.77. secus in parte filiæ legatariæ ait Decia.cons.5. lib. 3. vbi etiam per eam transmitti sequitur Turret.cons.75.lib.2. Crau. cons. 101.Cras.in §.legatum.Q 48.Ond.cons.53.lib.2.vbi quando filia vel alia transmittat ante quam nubat moriens late agunt & Meno.lib.4.præs.146.

5 3. Amp. vt si prouidisset testator, eo casu quo eius voluntas vt disposuit non impleretur, quid agendum foret; non possit eius voluntas nisi de absoluta Papæ potestate commutari.d.clement.quia contingit de religios.domi. Durant.de tutor.& executor.caut.6.n. 4. Viui.dec.265.n.11.vbi idem de Papæ delegato.

6 1. Lim. nam si testator certam summam reliquerit, & erogari velle disposuerit pro anima sua, executoris arbitrio, si Ciuitas reparatione indigeat, nec aliter sine incommodo, & scandalo prouideri queat; executor poterit ab Episcopo compelli ad dandum in d. reparationem pro Reipublicæ vtilitate Luc. de Pen. in l.1.col.2.versic.pone igitur & col. 3. C. de expens. ludo.lib.11.

7 1. Amp. vt si pro Ecclesiæ ornamentis relictum sit quibus non eget, pro rectore egente fructus impendi possint authoritate Papæ Luc.de Pen.supra.col. 3. in fine.versic. secundo quæritur. & col. 4. & 5. quamuis secus dicat vbi legatum puta pro alimentis necessariū foret Cast.cons.187.n. 1. & 3. lib. 1. vbi relicta certa summa pro incertis & male ablatis si tot non reperiātur, residuum debeat in alios pios vsus distribui; si autem pro cappellæ constructione, quod supererit ea cōstructa debet in alios pios vsus conuerti eiusdem Ecclesiæ per fratres legatarios cum d. onere, & si alia persona vel locus non extet in cuius vtilitatem distribui possit, restituetur hæredi per l.Lucius.§.a te. delegat.2.Spin.de testamen.glo.28.n. 26. vbi si ordinata fieri nequeant, vel Ecclesia ijs abundet in alios pios vsus conuerti posse cum consensu Episcopi si ordinatis obstet iuris vel naturæ impedimentum, sed si voluntas testatoris in totum mutetur Papæ authoritas requiritur, si in parte Episcopi sufficiet Rom.sing.481.

8 2. Lim. nam si pauperibus distribui iusserit, in reparationem Ecclesiæ poterit per Episcopum distribui, nisi Ecclesia aliunde haberet; & pauperes alioquin fame perirent. Iacob.à Canib.de executor. vltim. volunt.§.quæro tertio.n.17.& seq.post Bal.in l.si quis ad declinandam.n.10.C.de Episcop.& cleric.& Io. And. in cap.religiosus.n.6.de testam.in 6.

9 3. Lim. nam si testator bona sua pro male ablatis distribui iusserit nec tanta male ablata appareant prout testator taxauit, quæ omnia eius bona absorbeant si testator mandauerit in aliam causam non conuerti residuum reddetur hæredi; si verò id non expræsserit, in aliam causam conuertetur idest pauperibus distribuetur.l.legatum.& l.quidam.de vsufr. legat. Bal. in d l.si quis ad declinandam.n. 10.C.de Episc.& cleric. Coua.in cap.3.n.9.de testam.

10 4. Lim. quando voluit centum Titiæ dari pro dote vt nubere possit, tunc ipsa antequam nubat vita functa alteri dare tenetur, si fauore animæ non pro seruitiorum remuneratione Titiæ dari voluerit Abb. in c. nos quidem.in fine.de testam. Manti. de coniect. vlti. voluntat.lib.8.tit.5.n.23.Bal.Nouel.de dot.par.6.priuil.77.Sanchez.de matrimo.lib.1.Q.33.n.30. Coua. in c.3.n.11.vers.sexto ex proxima.de testam.

11 5. Lim. quando executores iuxta mandatum testatoris exequi non possunt vt puta cappellam certo loco ædificari, tunc enim alibi construi debet cap. statuimus.de off.deleg.in 6.cap.nos quidem. de testam, Lap.alleg.87.n.5.& 6.Mandos.ad Lap.supra. lit. N. Add.ad Papien.in form.libel. ad redden. ration. tute. glo.ac executores.lit. F. Roma. sing. 474. vbi etiam non incurri pœnam à testatore adiectam.

12 6.Lim.

12 6.Lim. vt si legatū Ecclesiæ fuerit relictum quæ in loco non reperiatur dari debeat Cathedrali, §. si quis In nomine.§.vnum sanctorum, authent. de Ecclesiast. tit. Lap. alleg.87.sub.n.6.vbi Mandos in addit. lit.O.

13 1.Sublim.5.& 6.limitationes non procedere quando testator casu quo non posset fieri quod iussit, ordinasset quid fieri de relicto deberet; tunc etenim eius voluntas seruari deberet l. liberto.§. Lucius. de annu. leg.l.legatum §.1.de vsufr.lega.Lapus. alleg.87. ad fi. Durant.de tuto.& execut.caut.6.n.4.

14 7.Lim. nam si cui legetur vt vadat vltra mare,si nullus modò pergere audeat legatum debeatur,modò ad locum similem vadat Spec. de instrument. editio. §. nunc verò.n.23.vbi Ioan. And. distinguit quod aut testator considerauit itineris laborem ex voto testatoris & procedat opinio Spec. aut subsidium Terræ Sanctæ & oportunitas debeat expectari.

15 8.Lim.vt sicubi testator monasterium construi mandauerit vbi fieri non possit, arbitrio Episcopi & executoris alibi fiet cap.3.vbi Doc. & Couar. n. 9. de testam.& si aliquem sanctum instituerit qui in loco non reperiatur oratorium habere, legatum debebitur Ecclesiæ Ciuitatis in qua testator habebat domiciliū las. in §. ex maleficijs.n.45. Instit. de action.

16 9.Lim. quando testator pro male ablatis oratorium fieri iussit certa præscripta forma, in id opus mille erogari mandans, nam quod eo perf. cto supererit in piam causam erogabitur; quamuis hæredi detur si certæ formæ oratorium construi iubet mille aureos propterea designando; quod enim constructo oratorio supererit ad hæredem pertinebit, quoniam testatoris voluntati satisfactum fuit Ruin. cons. 75. lib. 2. Couar.d.cap 3.n. 10 de testam.

17 10.Lim. nam ex causa cum consensu ordinarij commutari potest Rot.Roma.decis.574.n.1.par. t.diuers. sed in dec.544.n.2.part. t.recentior. Papæ consensum requiri,qui non solet cōsentire nisi vbi legatū vt factū fuit impleri non potest & dec.65.nouis.diuers.vbi etiā requiri consensum omnium interesse habentium in commutatione facienda.

18 11.Lim. quando cum Papæ authoritate commutaretur quod fieri potest clem. 2. de relig. 105.domi.Papien.in d.glo.ac executores. n.16. & ex eius absoluta potestate Durant. de tut. & exec. caut. 6. nu. 4. licet Crau. conf. 323. in fi.dubitet.

19 12.Lim.quando legatum ad vsum non sufficeret pro quo relictū fuisset, tunc enim in alium pium vsum cōuerti deberet Franc.Marc.decis.861.par.1.

20 1.Sublim.prædicta vt quando executio facienda est certæ personæ communi, collegio, vel loco, & modo expresso, non possit executor alteri dare, nec mutare etiam si pie ageret Sac.Butrig.Bal.& Sali.in l. si quis ad declinandam C.de Episco.& cleric.Doc.in c. tua nobis de testam.Ang.Aret.de testam. glo.97. nu. 19.versic.quando executio Sanch. de matrim. lib. 1. disp.33.n.30. vbi de carnali matrimonio inteligi si de certa persona actum sit & num.seq. idem de incertis probat nisi de neptib. testatoris ageretur Tholos. dec.26.

21 14.Lim.alijs modis vt dixi in tract. dispositionis ad pias causas in mea decade c.18.prima inpræssa, & cū tractatur de mutanda voluntate defuncti circa Deo dicata; hoc soli Papæ permissum est Card. in clem. quia contingit.n.11. de relig. domi. Bal. in l. si testamentum n.1.&2.C.de testam.Tholos.dec.26. ad fin. quod procedit in omnibus dispositis siue respectu causæ,loci,vel personæ Guid. Pap.dec.556.sub n. 1. vers. tu dic.& licet hoc etiam Episcopo ex iusta causa permittatur vt sup.lim. 10.n.17.attamen cū quatuor possint huius alterationis causæ allegari necessaria,vtilis, tolerabilis,ac temeraria & hæc vltima sit extra potestatem, sola illa prima in Episcopo considerabilis est adhibita causæ cognitionæ, ac vocatis quorum interest l.si quis ad declinandam C.de Epi.& cle. secundā, & tertiam solus Papa attendit Bal.in l. si testamentū. n.3.vers.& scias C.de testam. Lotter. de re benef. lib. 2.Q 47. n.66.& seq. subdens necessariā causam dici quando aliter non potest impleri dispositio Aufr. ad Tholos.sup.Gutier.cons.1.n.19.& ex cōi nisi per Papam mutari non posse Villalo.comm.opi.lit. V. n.48. & Rot. dec. 471. n. 4. corā Caualer. Odd. de prohib. alien.Q.30.n.115.& seq.Papam solum legata pia in alium vsum commutare quo magis saluti animæ defuncti proficiat,sed ablatorum restitutio ijs qui certi sunt fieri debet pro incertis Papa distribuet; At Princeps laicus in his se non ingerit, quam ad opus Ciuitatis publicum relicta in aliud possit conuertere nu.seq. ex causa puta si relicto operi legatum non sufficiat inferiores à Principe non posse n.137.& seq.

22 15.Lim.non esse testantis voluntatem seruandam si aliqua suspicio oriretur in alendis filijs testatoris, nec si legi repugnet, nec si filijs damnosa esset, & vtilitati pupillorum aduersa Viui.dec.265.nec si verba repugnent etiam si magna sit pro mente præsumptio,verba enim omnino seruari debent, nisi mens manifesta sit, & ita dicit iudicatum dec. 281. expræssum operari vt tacitum cesset nec opus sit coniecturis ait.dec.283. & licet pro expræsso habeatur si verisimiliter interrogatus testator respondisset, hoc tamen fallit quando omissus non haberet omnimodam similitudinem cum expræsso 2. si verba refragentur. 3. si coniecturæ non sint vrgentes; & iuris.4. si coniecturæ ex testamento non colliguntur 5. vbi mens expræssa est 6. vbj verba expræssa sunt nec mens contraria probatur aperta dec.284.

23 16.Lim. nam quibus casibus Episcopus vltimas voluntates iure communi potest cummutare, ijsdem, & Capitulū sede vacante potest Cacch.inst.lib.2.tit.9.n. 82.Moneta.de commut.vlt.vol.c.5.n.427.& seq.Barbos.de canon.& dignit.cap.42.n.101.

TIT. VI.
DE POENIS NON EXEQVENTIVM VLTIMAS VOLVNTATES.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non implens defuncti voluntatem grauiter peccat.*
2 *Exequi nolentes vel negligentes vltimas voluntates retinētes legata sacrilegium committunt.*
3 *Exequi obligatus si non exequatur testatoris voluntatem omni commodo priuatur.*
4 *Executor si non exequatur infamis sit facti infamia & contra conscientiam agit.*
5 *Puniuntur etiam exempti per ordinarium non exequentes testatoris voluntatem.*

* O TIT.

TIT. VI. CAP. I.
DE POENIS NON EXEQVENTIVM VLTIMAS VOLVNTATES.

1 HÆres non implens voluntatem defuncti grauiter peccat Doc. in cap. vlt. voluntas. 13. Q. 2. quia iniustè infert animæ defuncti notabile damnum, necator dicitur, & ab Ecclesia reijci debet cap. quia oblationes & c. seq eadẽ. Q. 2. Archiep. Florent. in 2. part. sum. tit. 1. cap. 2 t. §. 3. Rebuf. de sentent. prouisional. in præfatio. n. 85. Simon. de Pret. de vltim. vol. lib. 5. interpr. 1. dub. 2. n. 4. pag. 14. n. 4. Spino. de testam. glo. 28. n. 7.

2 1. Amp. vt legata pijs locis non soluentes sacrilegium committant quia amico aliquid subtrahere furtum est, Ecclesiæ sacrilegium cap. gloriæ, 12. Q 2. & iudicio diuino non sint immunes Gulielm. de Bened in c. Rainutius. vers si absque liberis. 2. in tractatu legato. & fideicom. n. 208. de testam. vbi ex Archiep. Florent. 2. part historiali tit. 14. cap. 4. §. 4. inquit quod cum apud Baionam Vasconum Vrbem quidam miles Caroli Magni Romoricus nomine, ægrotans, & morti proximus accepta pœnitẽtia & sanctissima Eucharestia cuidam suo consanguineo præcepisset, vt equũ venderet quem miles habebat & preciũ Clericis Largiretur, ac pauperibus erogaret, quod tamen non fecit imo cum cibis, potibusque ac vestimentis, citò expendisset, post 30. dies mortuus ei apparens in Estasi de nocte ei dixit; quia res meas pro redemptione animæ meæ tibi commendans non vt disposueram expendisti, & tibi retinuisti, propter quod in pœnis tartareis 30. dicbus cruciatus fui, tu in eodem loco infernali, vnde egressus sum, crastina die descendes vbi cruciaberis; quibus dictis disparuit, & cum eadẽ die somnium socij suis narraret subitò clamore facto in aere; velut Leonum, Luporum, & Vrsorum, illico raptus ille fuit à demonibus in locum diuino iudicio destinatum; & demum quæsitus à socijs vix 12. die supra montem altissimum mortuus iacens (toto corpore collifo) inuentus est, quatuor dietis à loco distãs vbi raptus fuit, in quo demones eum proiecerant & in vltim. part. tit 23. cap. 7. §. 7. narrat quod cum semel D. Thom. de Aquino in Ecclesia fratrum de Neapoli in oratione existeret de nocte visibiliter sibi apparuit frater Romanus Doctor in Theologia de ordine prædicatorum, quem Parisijs legentem successorem reliquerat, qui nuper obierat, eius tamen obitus D. Thomæ nondum fuerat nunciatus, à quo cum sciscitaretur quid de eo esset? respondit ego sum in via æterna, fui autem in purgatorio per 15. dies propter negligentiam quam commisi circa expeditionẽ testamenti cuiusdam quam mihi commiserat Episcopus Parisiensis. quam citius exequendam, quam expedire tardaui & Lup. etiam refert. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. n. 20. & Rebuf. de sentent. prouisional. in præfatio. n. 86. & n. 87. inquit vidisse & audiuisse anno. 1521. in mense Iulio, vel circa in Ciuitate Bliterrensi quemdam notarium à præceptore sacerdote quem suis pueris constituerat monitum vt voluntatem suæ vxoris defunctæ impleret, alioquin ei noctu reuelatum asserebat præceptor, quod male se haberent notarij res, & præceptorem Rebuffo præsente eum monuisse, vt illa compleret quæ sua vxor iam defuncta disposuerat, quod facere maritus non curauit, & iterum à spiritu vxoris monitus sacerdos, vt illum maritũ notarium vxoris volũtatẽ exequi curaret, alioquin breui notarius moreretur; cui nõ credidit, imo eum irridebat; ideo fato quodã ante 2. dies vna nocte per Vmbrã verberatus adeo fuit, quod ante triduum dicens Rebuffo se damnatum, obijt, & sic forte ad inferos delatus extitit; & ita Rebuf. vidisse testatur. n. 87. videtis ergo mala quę accidunt voluntates defunctorũ non exequentibus, sed bona eorũ retinentibus. Simon. de Pret. supra. & alias pœnas refert Spino. d. glo. 28. n. 7.

3 2. Amp. vt hæreditate & omni testamenti commodo priuetur l. si quis sepulcrum. §. funus. de religios. & sũp. funer. Rebuf. sup. n. 91. Guliel. de Benedict. sup. n. 195. & seq. dixi in tract. de indignis in mea deca de impræssa, & sup. tractatu primo de execut. vlt. vol. tit. 14. Scain. dec. Bonon. 44. n. 64. etiam non interpellatus vbi certum tempus expressum foret nisi excusationes coloratas haberet cur non sit executus n. 65. præsertim, ad excusationem caducitatis.

4 3. Amp. vt infamis sit facti infamia, & contra conscientiã agat l. militis. C. de religios. & sumpt. funer. vbi glos. Gulielm de ludo. sing. 126. Rebuf. sup. n. 90.

5 4. Amp. vt puniantur etiã temporali pœna ab ordinario etiam exempti, nempe arbitraria, & si sint religiosi bona habentes ad fructuum restitutionem, si nõ habeant, corporali pœna afficiuntur Imo. in clemẽt. prima. n. 3. & 22. de testam.

5. Amp. vt si interpellati non exequantur, ad superiorẽ ius deuoluatur, nisi res incerta esset, vel alij eo executores adessẽt nõ interpellati Rot. dec. 131. nouiss. diuc.

Exemptio autem si generaliter concessa sit nec restricta ad locum sed personalis sit extra locum extẽditur, nec sit extra locum restringi potest Rot. dec. 54. n. 19. par. 2. diuers. Marta, dec. Pisa, 159. vbi Rot. Rom. iudicasse probat Papam concilio derogare si aliter disponat & tantum operari generalia & geminata verba exemptionis vt singularis expræssio, & intelligi etiam exemptionem respectu beneficiorum, licet in limitata secus probet.

1. Lim. non procedere quando ex iusta causa executio differretur puta vt bona melius vendantur vt omnib[9] pijs causis satisfieri possit, vel plenius D. Thom. quodlibet. 6. art. 14. Spino. de testa. glo. 28. n. 8. secus dicens si hæres pro sui vtilitate differret.

TIT. VII.
DE ACTIONE PRO RATIONE REDDENDA AB EXECVTORIBVS.
SVMMARIVM.

1 *Executores negociorum gestorum actione conueniri possunt pro rationum redditione & mãdati vt ibi amp. & lim. n. seq.*

2 *Executores gerere cœpisse, & omnia gesturos accessisse sat est, vt conueniri possint.*

3 *Executores tenentur etiam si nulliter gessissent vel alienassent.*

4 *Executores etiam non dum finito officio pro male gestis conueniri possunt.*

5 *Minores ex alienatione læsi in integrum restitutionem etiã incidenter per viam exceptionis petere possunt, & contra mandatum alienandi.*

6 *Exe-*

6 *Executores plures non tenentur insolidum, sed quisque pro eo quod gessit conueniri potest.*

7 *Rationem executores vltimarum voluntatum reddere tenentur hæredibus & legatarijs non Episcopo nec iudici seculari; & si magnæ sint expensæ non sufficiet pro rationum redditione codex rationum, nec iuramentum sed testes & instrumenta exigentur, quod si paruæ forent iuramento executoris stabitur.*

TIT. VII. CAP. I. DE ACTIONE PRO RATIONE REDDENDA AB EXECVTORIBVS.

1 NEgociorum gestorum actione executores cõueniri possunt, pro rationum redditione; nisi viuo testatore mandatum acceptassent, tunc enim mandati actione tenerẽtur, etiam pro male gestis. Franc. cons. 116. n. 41. inter cons. vlt. vol. & ibi Pute. cons. 121. n. 32. per l. curatorem. C. de neg. gest. Iacob. à Canib. de executor. vlt. vol §. nouissimum. nu. 7. & part. 1. n. 8. Tort. cons. 119. inter cons. vlt. volunt. n. 1. Capra de execut. vlt. vol. in princ. n. 8.

2 1. Amp. sat esse gerere cœpisse, vel omnia gesturos accessisse teneantur. l. si pupilli §. videamus. vbi glo. & Bar. de nego. gest. Franc. supra. n. 40. & seq. Tort. sup. n. 3. & 4. Rol. cons. 117. n. 6. inter cons. vlt. volunt.

3 2. Amp. teneri etiam si nulliter gessissent vel alienassent Bar. in l. filiæ. 88. de solutio. Franc. supra. nu. 34. Gras. cons. 118. n. 8. & 9. inter cons. vlt. volunt. & ibi Manzar. cons. 120. n. 14.

4 3. Amp. vt pro male gestis officio etiam non dum cõpleto conueniri possint Franc. sup. n. 45.

5 4. Amp. vt minores ex alienatione læsi in integrum restitutionem etiam incidenter per viam exceptionis petere possint l. nam postea. §. si minor. de iure. iuran. Pute. d. cons. 121. n. 95. & seq. Odd. cons. 51. nu. 9. vbi idem aduersus mandatum alienandi. & de rest. in int. Q. 56. n. 19.

6 1. Lim. nam si plures sint, non tenentur insolidum, sed quisque prout gessit conueniri debet l. cum alicui. in fine. de nego. gest. Franch. d. cons. 116. n. 48. vide pro alijs limitat. supra tract. 1. tit. 15.

7 2. Lim. nam rationem executore vltimæ voluntatis reddere tenentur hæredi, & legatarijs, non autem Episcopo, nec iudici seculari; secundum opinionem magis communem & veriorem, & si magnæ sint expensæ pro rationum redditione non sufficiet codex rationum nec iuramentum sed testes, & instrumenta exigentur, quod si paruæ forent iuramento executoris stabitur vt testatur Cras. de execut. vlt. vol. Q. 8.

FINIS.

BALTHASSARIS THOMASII.

I. C.

LVCENSIS.

APPENDICES AD TRACTATVM DE LEGITIMATIONE.

LEgitimatus per subsequens matrimonium an excludat substitutum, quando substitutio facta fuit, si sine filijs legitimis & naturalibus, seu legitime descendentib. vel ex legitimo matrimonio natis & procreatis controuertitur & quamplures hinc inde congessi in tractatu isto legitimationis tit. 14 n.281.& seq. & controuersum probant Meno.lib.4.præs.81. Intrigl.de feud. cent.2. art. 1.n. 399 & seq.& Rot.dec.781.coram Burat sed.

1 Legitimatū adimitti ad feuda tenent 72. Doc. citati à Giouagnol.cons.59.n.28. lib.1. qui etiam ex receptissima admitti ad fideicommissum & hanc magis seruatam in iudicando de cōmuni Molin.de primog. lib.3.cap.1.n.10.Late Borg.dec.32.n.5.& seq. par.5. ita pluries iudicatum probans de communi Ameri.de pat.pot.c.5.n.56. latè Surd. cons.213. n.17.18. Ond. cons.72.n.24.& seq.lib.2. de magiscōi Marcabr.cōs. 73.n.16. Becci. cons. 165. lib. 2. latè Laderch. cons. 24.n.38 Nartman.Pistor QQ.iur. lib 2. part. poster. Q.14.Gutier. de matrimo. cap.74. nu.14. ex veriori communiori æquiori & practicata *Cenal.* Q.2. nu. 64. Azor. Instit. moral. par.2. lib.2. cap.13. col.1.lit. D. vers sed verior. Moli.de iust. & iur. tract. 2. disp.172. col.2.lit.C. Alcia.cons.52 tom 3. lib.2. Petr.Ant. Angus.cōs.74.lib.6.Gillia. cons. 122 *Veg.*cons.55.n.15. Cels. Vgo.cons.119.n.5. Purp. cons.92. Berret. cons. 33.n.19.Scrad.de feud. par.7. c.2.n.21. Faccbi. lib. 7.cap.51.Peregr.dec.107.Marta.voto Pisa.94.Surd. cons.213.n.18.Camil.Galli.de verb. sig. lib.3.c.21. n.24.lib.9.cap.17. Barbos. in collect.4. decretal. tit. 17.Garz.de benef. par.7. cap 2. nu.43. Lotter. de re benef.lib.2.Q.48.n.91.Pascal.de patr.pot.par.2.c.4. n.61.Cancer.var.resol. c.11.tit.de spons. & matri. n. 61.Matteac.deleg.lib.3.c.21.n.16.Io. Larrea.decis. Senat.Granat.disp.8.n.6.qui alios quamplures adducunt de magis cōi & veriori Burs.cons.18.n.3.& seq. vbi ita iudicatum Gab. cons.21. nu.35. lib.1. Meno. cons.1098.n.6.

2 Contrarium nempe substitutū admitti excluso legitimato te.ēt Bal.cōs.367.li.5.& in l.si eius in fi. Imo.in fi. Aret.col.pen. ad fi. Soc.n.9. Rui.n.88. Rub.in §. quidā.n.162.&169.Garz.in §.& quid si tantū n. 270. de libe.& posth. Luc.de Pen. in l. eos n 45. & seq.C. de his qui sponte Butr.in c. per venerabilē n.17. Præpos. n.104.Card.n.104.extra qui fil.sint legit. Barba. in l. cū acutissimi.n.251.C de fideic.Alex.in l. generaliter §.cū autē vers.quod si aliquis C.de inst. & substi. Zuccard.in rub.si cert.pet.n.2. Natta. in l. hac consultissima.§.ex imperfecto.n 24. de testam. Bertr. in l. hac editali in princ.n.6.C.de secun.nup.Roma.cons.367. Calderi.cons.1.qui fil.sint legit. Cur.Sen. cons.73. nu. 24.ante fin. Alex. cons.121. n.18. lib.2. vbi secus si de legitimis & naturalib. autem foret, & cons.5.n.7. lib. 7.Alcia.cons.187.& 507.Soc.cons.77 n.14.lib.3.Cur. Iun.cons 64.n.12.Rim.cons.543.Paris.cons.2.n.140. lib.1.Dec.cons.284.n.5.624.n.4.Bertr cons.149. nu. 13.in 2.pri.par.Goz.cons.25.n.3 Bero.cons.180.n.8. lib.2.Losse.cons.1.n.49.Crau.cons.675.Rol.cōs.100. lib.2.Ceph.cons.82.n.29 & 67.Decia cons.31.num. 124.33.n.90.lib.1.Grat.cons 19.nu.45.lib.2. Rim. Iun.cons.222.n.60.Thob.cons.32.n.1.Pafet cons.98. & seq.Bertaz.cons ciu.52.Mantua.cōs.38.n.12.Burs. cons.390 n 50.Alba.cons.357.n.8.Gab.cons 21. nu. 30.lib 2.Meno.cons.16.n.19.776.n.3. Turret. cons. 89.n.28.lib. . . Berret.cons.118.n.59.Leon.cons.10. Aldobr.cons.188.Torniol cons.46. nu.11. Hotoman. cons.30.n.12.Panciro1.cons.169.n 2. Surd. cons.1.n. 19.Cassanet.cons.34.n.17.Borg de Pax.cons 6.n.13. Gallia.cons.36.n.31.& 89.Sacca cōs.147.n 40. Bello.Iun.cons.34.Ciria.contr.21.n.11 Cannet.in extrauag.volentes vers. sed quid si in fi.Gomez.in l.9.Tauri. n.64.Cifuent.in l.40. Tauri. col.1. Tiraq.in l.si vnquā verbo,susceperit.n.82.C. de reuo.donat. Durāt. de art. test.tit.5.caut.11.Marza.de fideico. Q.30. Mant. de vlt.vol.lib.1.tit.12.n.14. Palaez. de maiorat. part.2. Q.1.n.8.Pereg.de fideic.art.24.n.30.& 46.vbi ita iudicatum ex cōiori Tusc.lit.L. concl.238. n.39. Laud. de legitimat.n.138.Rosel.de legit.par.1 §.vltimo videndum Surd.de legit.per matri. vers.4. videndū Trētacinq.var.resol.lib.1.tit.de legitimat. resol.1. n. 28. Assis.concl.26.lim.1.& iudicatum ait Raud. de analog.c.36.n 128.Io del.Castil quotid.contr.lib.4.c.31. vbi veriorem cōiorem & ita iudicatum in Regio. Senatu Hispan. Fusar.de subst.Q.409.Caldas.de iur.emphi.par.4.Q.21.n.49.Ciarlin.contr.forens. cap.111. Intrigl. de subst.cent.1.Q.66.n.26.Facchi.lib.4.cap. 54.10.c.11.Brun.de stat excl.fœm. art.12. Q.4. Grego.de conces.feud.par.4. Q.8.n.25.Emil.de iur. feud. c.18.n.39.Sonsbec de feud.par.9.n.71.& 74.Cancer. QQ.iur. sing. 11.lib.2. Mercad. contr.iur.lib.4.c.17.

Tepat

Tepat, var. resol. lib. 2. fol. 172. vers. legitimat⁹ per subsequẽs Matteae. de fideic. lib. 3. c. 21. Fab. in Cod. Fabri. lib. 23. diff. 19. Marta. de succes. lega. par. 1. Q. 18. art. 8. Gall. de excep. succes. par. 1. excep. 2. nu. 24. & seq. Donat. Anto. de Masin. quotid. resol. c. 226. Guid. Pap. dec. 482. Boer. dec. 128. Thes. dec. 196. Viui. dec. 262. n. 16. Surd. dec. 162. n. 8. 319. n. 5. Rot. dec. 645. par. 2. recentis & eorũ Coceino. in Parmen. status 27. Aprilis 1622. & 14. Iunij. 1623. Merlin. dec. Luca. 98. tenuit Rota Lucana Maij 1639. inter D. Octauianum Deodati & D. Annam. . . . . vxorem D. Amilcharis Orsucci ex actis egr. D. . . . . Seraph. dec. 918. n. 19. & 1300. in fi.

3 Distingue vt secunda procedat in extraneo grauato extraneo restituere; prima autem si descendens extraneo restituere grauatus esset, quia suæ soboli licet legitimatæ extraneos præferre voluisse verisimile nõ est Rui. in d. §. si eius n. 97. Fusar. supra n. 35.

4 Contrarium tenet Meno. lib. 4. præs. 81. n. 21.

5 1. Amp. primam opi. principalem legitimatum admittentem procedere in nato ex viro nobili & muliere vili, nam & hic subsequenti matrimonio legitimatur Olasc. dec. 154. vbi ex Abb. in c. Innotuit n. 17. de elect. appellatione legitime nati in materia restringibili contineri ait, licet non firmet Olasc. & ex eo ortũ expræsse per subsequens legitimatum, non excludere nobiles agnatos testatoris tenet Marteac. de fideic. par. 3. c. 21. n. 10. si ex legitimo matrimonio nati vocati sint & in feudis etiam ad succedendum admitti ex communiori Intrig. de feud. cent. 2. art. 1. nu. 413. 414. vbi etiam ex veriori & vsu recepta & Surd. consil. 1. n. 20. 213. n. 21. & Duen. reg. 150. lim. 8. Gab. consil. 21. n. 10. lib. 1. Berret. cons. 33. n. 19. lib. 1. Meno. consil. 225. n. 61. Borg. sup. n. 6. licet amp. non admiserit Rot. Luca. supra.

6 1. Lim. primam. opi. non procedere si extent coniecturæ prouocatione substituti vt Meno. lib. 4. præs. 81. in princ. & infra citandi probant.

7 Prima erit si testator filiam naturalem à successione sua exclusisset Rim. Iun. d. cons. 222. n. 115. Paris. consil. 9. n. 47. lib. 2. Grat. cons. 65. n. 12. 13. lib. 1. Petr. de fideicom. Q. 1. concl. 23. vers. 9. de voluntate. Leon. d. cons. 10. n. 8. 9. Meno. cons. 318. n. 15. Rota. Luca. sup.

8 Secunda si testator sciuerit alterum hæredum habere filium naturalem & substituerit decedenti sine filijs ex legitimo matrimonio procreatis Soc. Iun. cons. 12. n. 8. in fi. lib. 4. Grat. cons. 29. n. 47. lib. 2. Manti. de vlt. vol. lib. 11. tit. 12. n. 25. vers. 3. Gall. de excep. tit. 1. excep. 2. par. 1. n. 41. vers. quod quidem præsertim quando testator sciebat legitimam prolem in familia adesse Decia. cons. 88. n. 22. lib. 2. Rot. Luca. in d. causa Deodata.

9 Tertia oritur ex nobilitate testatoris ex qua illegitimos excludere voluisse censetur Bal. cons. 367. n. 1. lib. 5. Ciarlin. contr. for. c. 11 1. n. 10. Gargiare. cons. 95. n. 64. & 67. Rui. cons. 92. n. 15. 16. lib. 3. Bero. cons. 167. n. 7. lib. 2. Pancirol. cons. 169. n. 2. Meno. cons. 173. n. 72. Decia. cons. 88. n. 22. lib. 2. Petra. supra. vers. 5. Io. del Castillo d. c. 31. n. 25. & 26. Rota Luca. supra.

10 2. Lim. vel potius secus esse dicas si grauatus in fraudem substituti matrimonium contraxisset puta in articulo mortis si id comminatus fuisset vel aliter coniici posset Meno. sup. d. præs. 81. n. 28. Borg. supra. n. 8.

11 3. Lim. si verba geminata essent puta si sine liberis legitime descendentibus, ac de vel ex legitimo matrimonio natis & procreatis, tunc legitimatus substitutum non excludit ex communi omnium Crau. cons. 675. n. 3. in fi. Meno. supra n. 24. Pereg. d. art. 24. n. 46. vbi ita iudicatum, si additum sit & non aliter latè Intrigl. de feud. cent. 2. art. 1. n. 407. & seq. Surd. dec. 319. n. 5. & cons. 213. n. 18. Marcabr. cons. 73. n. 19. & 39. Rui. cons. 92. n. 14. lib. 3. Rota. Luca. vbi supra.

12 Contrarium tenet Borg. supra ex communiori n. 6. & 12. sed aliquid posse dari substituto & n. 10. Burs. cons. 18. n. 16. 17. Cras. d. Q. 38. in fi. ex cõiori. & veriori.

13 1. Lim. 2. opi. non procedere vel potius secus esse dicas, si testator decedenti sine filijs legitimis & naturalib. substituerit hoc enim casu legitimatus per subsequens matrimonium substitutum excludet Meno. d. præs. 81. n. 2. vbi ampliat in matrimonio putatiuo Ciria. contro. 21. n. 81. 82.

14 2. Lim. quando testator dixit si decesserit sine filijs ex legitimo matrimonio sine participio natis Rui. in l. Gallus. §. si eius. n. 95. delibec. & posth. Meno. supra. n. 25.

15 Amp. idem esse si testator dixerit si decesserit sine filijs ex legitimo matrimonio procreatis Rui. supra. n. 96. Meno. sup. n. 26. idem probãs si additum sit conceptis & natis & cons. 225. n. 4.

16 3. Lim. quando testator dixit si decesserit sine filijs natis ex legitimo matrimonio, & constat filium conceptum ante matrimonium contractum sed eo contracto ortum Alex. cons. 5. n. 3. lib. 7. Rui. supra. n. 97. Meno. supra. n. 27.

17 In re autem dubia non errabit iudex vtrique partẽ assignans vt per Borg. sup. & dec. 23. n. 15 par. 3.

18 2. Legitimatio valet si nullus defectus in specie expræssus sit, licet plures exprimendi adessent si verbis vniuersalib. geminatis Princeps vsus sit, quib. de omnib. in genere cogitare potuerit, vt puta ex quocumque coitu, quomodocumque & similibus Castr. cons. 30. n. 6. lib. 1. Ciria. contro. 399. n. 18.

19 3. Bulla Pij P. V. reuocatoria facultatum in illegitimos disponendi non impedit illegitimos quominus feudi vel emphiteosis bonorum ecclesiæ inuestiturã acquirere possint Ciria. contr. 79.

20 4. Legitimati secundum testatoris voluntatem ad fideicommissum admittuntur, sed contra eam controuersum est Ciria. contro. 207. 208. vbi etiam institui debuisset vnus de familia nobilium testatoris, nec substituti citandi sunt si ex voluntate testatoris legitimatio fiat & non requiri ex communiori n. 41. nec si comes legitimare possit citatis & non citatis quorum interest, nec si legitimatio cum claus. ex certa scientia fiat de potestatis plenitudine non obstantib. &c. vsque ad n. 53. & seq. vbi multis casib. probat legitimatos legitimorum appellatione contineri in fideicommisso à nobili instituto, & idem in spurio legitimato, si ad primæua iura naturæ ab habente potestatem legitimatus sit n. 75. verè legitimatum probãs, & nobilem fieri si plenissimè legitimatus sit, & bastardos nobilis nomine contineri, si de parentela nobilium uocati sint, secus si nobilis de parentela, & natura pares omnes fuisse nec nobiles ab ignobilibus distinctos, & nobilitatem aduentitiam esse & cõtrou. 209. bastardos de familia naturaliter sumpta pro descen-

dentibus ab eodem stipite esse, licet secus si ciuiliter pro agnatione sumatur, & de familia dici si ita extet communis vsus & contro. 210. institutus autem in re certa etiam legitimatus non querelat testamentum, sed legitimæ supplementum petet contro. 221. n 13. & seq. & 37. Surd. consil. 427. & Thes. Q. 68. & 76. lib. 2. traditam ex feudalibus & emphiteoticis hoc supplementum deducatur. & legitimatum ab habente potestatem ex voluntate testatoris in amplissima forma succedere etiam in emphiteosi Ecclesiæ iure patro. & feudo Borg. dec. 32. n. 19. par. 3.

21 5. Legitimationem nemo impugnare potest nisi cuius fauore nulla est Oad. consil. 37. n. 33. lib. 2. Surd. cōs. 1. n. 88. Ciria. contr. 136. n. 33.

22 Legitimare ad feuda Ecclesiæ Cæsar nequit Becci, consil. 3. n. 63. nec Imperator Sperel. dec. 73.

23 6. Spurius legitimatus censetur, nō dispensatus quādo legitimans intendit ad primeua iura naturæ personam restituere, nil super matrimonio disponendo Ciria. sup. n. 34. & facultate legitimandi concessa dispensatio continetur n. 35. nec legi legitimationi obstanti derogare opus est si ex certa scientia à monito defectus facta sit n. 38. maximè si Imperator priuilegium concesserit cum derogatione obstantium & clausul. pro expræssis. n. 43. infantem etiam legitimare potest, legitimandi potestatem habens præsertim ex claus. non obstantibus quibuscumque; infantis ratificatione secuta n. 47.

24 7. Clausula constito intelligitur per veras & legitimas probationes parte citata Ciria. contr. 287.

25 Clausulas ex certa scientia supplentes &c. limitat. Borg. dec. 46. n. 403. & seq. lib. 1. 432. & seq.

26 Clauf. fine præiudicio filiorum & hæredum legitimorum & naturalium restringitur ad filios, nec transuersales præseruat si facultas legitimandi fit etiam ad intestati successiones Ciria. contr. 136. n. 49.

27 Clauf. sublata tollit interpretationem, & claudit os iudici Sperel. dec. 59. n. 23.

28 Clauf. de plenitudine potestatis non operatur si iniquitas ressultet, nec iure gentium alter iure quæsito, ad vtilitatem Principis etiam soluto prætio. Ciria. contr. 59. n. 17.

29 Clauf. statum, & merita causæ nisi motu proprio posita non operatur Sperel. dec. 85. n. 37. ex communi.

30 Clauf. quatenus fuerit & sit in possessione; in concessione Principis intelligitur, si propria culpa in ea non fuerit, non si culpa partis, aut officialis, alioue impedimento legitimo Ciria. contr. 57. n. 12.

31 Clauf. perinde valere lim. Borg. dec. 17. n. 79. & seq. par. 2.

32 Clauf. arbitrio Rotæ non dat facultatem ius alterius lædendi nec reintegranda reijci potest, vt super petitorio tantum cognoscatur Rot. dec. 100. coram Burat. & 171. vbi fine præiudicio literarum Apostolicarum arbitrio Rotæ non reuocare iam factam executionem rite & rectè à iudice, sed non factam retardare & 138. & 770. & ex iusta causa retardat decis. 442.

33 Clauf. si quid exequendum executionem denegat donec de iustitia cognitum sit & ex hac clauf. executionem petens mandatum ex eisdem actis iustificare tenetur sed executionem impediens etiam ex nouis fundat intentionem, & tunc creditor nouas faciet probationes ad iam factam probationem elidēdam Rota. dec. 650. coram Burat.

34 Clauf. appellatione remota tollit omnem appellationis effectum, & idem omni executione remota, iusta verò reiecta non censetur nisi causa eū dicta clauf. fuerit Cardinali commissa, nec in integrum restitutio, nec recursus ad Principem sublatus censetur Ferentil. ad Burat. dec. 597.

35 Clauf. parito breui sola patientia satisfit Rot. decis. 646. coram Buratt. incorpora lib. dec. 321. n. 16.

36 Clauf. dummodo causa non sit instructa idest de ea iudici non constet etiam per alteram partem non purificata conditione, nō auocat nec tribuit iurisdictionem Decia. consil. 36. lib. 3. & instructam dici si de ea liquet Lune. de attent par. 2. cap. 10 n. 19.

37 Clauf. dummodo non sit alteri ius quæsitum præsernat ius præsentati à maiori parte, non à medietate nisi ab ordinario institutus fuisset, vel facta collatio, & nondum institutio qua collationem præsernat etiā imperfectam si præcessit si pura sit & non conditionalis Ferentil. ad Burat. dec. 651. Sperel. dec. 52. n. 15.

38 Clauf. salutares libelli non operantur quoad non narrata Borg. dec. 23. n. 24. par. 2.

39 Clauf. fine præiudicio intelligitur excepto expræsso Rota. d. dec. 442.

40 Clauf. quam & quas operatur Iudicem appellationis cognoscere posse vt in prima instantia si acta trāsportata fiant Rot. decis. 51. vbi Add. coram Burat. & 405. vbi tamen in causa prophana transportationem non requiri; traditque quando omnia acta debeant transportari.

41 Clauf. vt asseris ad partem refertur suus vt asseritur Sperel. dec. 52. n. 21.

42 Clauf. quorum tenores, derogat omnibus priuilegijs & constitutionibus habentibus derogatorias derogatoriarum Rot. dec. 390. coram Burat.

43 Clauf. siue præmisso siue alio quouis modo, omnem vocationis modum includit pluries Rota. firmauit Cassad. dec. 5. de præben. Put. dec. 25. in fi. lib. 3. & in Virdun. eano. 15. Martij 1596. 267. in meis manuscriptis, dummodo resignatio saltem de facto iustificetur.

INCAPACE ET INDIGNO.

1 STatutum immobilia in forenses alienari vetans non continet mobilia, te mouentia, nec nomina debitorum, nec Ecclesiastica etiam emphiteotica si a laico possideantur Ciria. contr. 191. & mobilia petere posse ad hæreditatem concurrens cōtro. 36. n. 9. & 204. n. 101.

2 Nec nuptam forensi à Principe, eone ad matrimoniū promouente Ciria. supra.

3 Nec si in loco forensis extet statutum forenses admittens ad stabilium successionem & in loco vbi bona sunt & forensis succedere vult statutum viget quod idem ius forensibus reddatur quod ipsi seruant subditis loci statuentium Ciria. contr. 291. 292.

4 Res semel in forenses alienabilis facta semper alienabilis manet Plo. consil. 19. n. 18. Laderch. consil. 64. n. 4. Ciria. contr. 257. n. 19.

5 Bannitus relinqui potest si in gratiam Principis restituantur Rot. dec. 616. coram Burat. in fi. & eorū filij etiam

etiam post bannum concepti, ac post ius substituto quæsitum ad primogenituram admittatur ex coniecturis de quib. dec.922. & alias tenuit Rot in Lucana de Albianis & obtinui coram Eccellentis. D. Lelio Altogradi arbitro inter Antoniolos 1638.

6 Filius naturalis viuo patre habet alimenta, eo vita functo duas vtuias si non extent vxor & filij Ciria. cōtro.437.

7 Societatis domus vere professa licet verè mendicans fit ac stabilium incapax, eorum tamen capax est non pro retinendis, sed vendendis, & prætio suis necessitatib. vtendi Rot. dec. 245. coram Burat.

8 Vxor legato ei à viro facto indigna fit si adulterium commisisset, vel stuprum intra annum luctus & vtroque casu hæredib. datur, post annum fisco Ciria. contro.134.

9 Occidens testatorem & vxorem qui occisorem instituerat hæreditate priuatur & proximiori ab intestato defertur prout si statutum incapacem declaret Ciria. contro.217.

10 Forensis ex constitutione Sixti V. & Clem. VIII. non acquirit stabilia, nisi decennio habitet, ac domicilium contrahat & statutum Ferrariæ non continet descendentes a ciue originario Rot. dec. 811. coram Burat. vbi Add. n. 11. subdit vicem receptum cum onere collectas soluendi non desinere vicem esse licet eas non soluat sed Surd. de alim tit. 9. Q. 20. in fi. Meno. conf. 581. n. 44. Decia conf. 11. lib. 2. dicunt commodis ciuilitatis carere si eas non soluat; intellige nisi prius exemptionem ex statuto acqui siuisset Aneh. Q. 48. n. 6. 7. lib. 2.

11 Forensis à Principe dispensatus capax fit Ciria. contro.204. n. 49.

12 Statutum vetans æstimationem dari intelligitur rei immobilis relictæ, secus relicto prætio Ciria. contro. 204. n. 102.

13 In fideicommisso successiuo post illud purificatum forensem effici capacem Ciria. contro.205.

14 Statuta vetantia alienationem in forenses, non continent forenses in forenses alienantes odiosa esse, & ecclesiastica, & clericos non continere, licet in actu puro vel conditione purificata, qui momento effectum consumpsit, habilitas superueniens non attendatur Ciria. d. contro. 205. n. 202. & in fine posuit Rotæ decisionem & filios postea ex incapace natos admitti præsertim ex coniecturis contro. 206. & si iura & actiones alienari vetet de competentib. ad immobilia intelligi debet contro. 230. n. 4.

15 Vxor ciuis etiam ex priuilegio etiam vidua acquirere potest Ciria. contro.273.

16 Religionem profitens incapacem bonis priuatur quæ ab intestato venientibus acquiruntur, nec ea recuperat licet ad capacem religionem transferatur nisi aliter Papa in translatione cauisset Rot. dec. 510. 576. coram Burat. sed annuum legatum recuperat. dec 643. vbi n. 20. in hæreditate etiam succedere posse, & ex pupillari post translationem ad capacem delata & 756. in addit. legatum tamen annuum finitur sicut ecclesiæ relictum Add. ibi hæreditas vero monasterio quæritur dec. 639. n. 14. Carmelitæ in communi capaces sunt, sed fratres minores de obseruantia & capuccini incapaces sunt verum minores S. Francisci tam de familia quam reformati capaces sunt legatorum pro vna, vice mobiliumque modicæ quantitatis pro eorum necessitate, incapaces autem annuorum redditium perpetuorum etiam cum onere missarum, nisi pro cultu Diuino puta pro Lampadib. & ornamentis ecclesiæ dec. 756. vbi Add.

17 Incapax vel indignus qui cum fisco transigens hæreditatem dimisit, creditorib. & legatarijs non tenetur, sed fiscus Ciria. contro. 17. n. 12.

18 Incapaci relictū coniuncto accrescit. Ciria. contr 51.

19 Filia naturalis matri non illustri cū legitimis & naturalib. succedit & præterita testamentum rumpit licet fœminæ per masculos statuto excludantur sed ex clauf. codicil. præteritus grauatus censetur legitima retēta institutis restituere Rot. dec. 520. coram Burat.

20 Spuria ex parente sacris initiato parentib. non succedet nec eorum consanguineis nec ex spurio legitimi auo ab intestato succedant nec ex testamēto si parentum contemplatione eis relinquatur, vel si legitima proles extet, nec agnati sint neque cognati Ciria. contro. 8. & 9. subdens filiorum appelatione in fideicommissis non contineri nepotes in extraneis & alijs casibus nec nepotum appellatione pronepotes & quibus casibus repræsentatio cesset.

21 Filiatio respectu matris est necessaria, sed respectu patris coniecturæ ac præsumptiones sufficiunt, & si cum viro habitet vxor, licet accedat adulter ex viro filius præsumitur nisi impotens sit, vel aliter adulteri esse conijciatur, & si de præiudicio tertij agatur, & succedendo agnatis requiritur absentia, vel impotentia viri tempore conceptionis; at si de patri succedēdo qui filium adulterinum instituit, & filium nominauit, pro filiatione sat erit Burat. dec. 726. vbi Add. & institutione vti de filio probari; libro parochi & paterno quo ætas etiam probatur præsertim iunctis adminiculis & duob. testib. de communi tractatu & reputatione dec. 135. & 749. vide Petra. de fideic. Q. 11. n. 238. & seq. vbi late probari etiam si vt filius legitimatus sit Ciria. contro. 236. n. 28. mariti autem præsumitur adulterio non obstante nisi vitiatus corpore sit Marf. sing 530.

22 Maritus bannitus non gaudet beneficio statuti dotis lucrum deserentis Albe. de stat. lib. 4. Q. 13. n. 5. vers. dicit tamen. Iaf. in l. 1. n. 5. ad fi C. de hæred. inst. Marza. conf. 19. n. 5. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 12. in fi. secus si ex pacto lucraretur per ea quæ dixi in tract. incapacis. n. 117.

23 Incapacis fauore facta in mortis articulo in fraudē præsumitur. Sporel. dec. 73. n. 20.

DE LEGITIMA.

1 Legitimam cum Falcidia detrahit filius si legata sint conditionalia ex communi & veriori. Gab. conf. 16. n. 29. lib 1. Craf. in §. Falcidia. Q. 1. Peregr. de fideic. art. 3. n. 55.

2 Contrarium tenent Alcia conf. 630. Surd. dec. 251. e communiori Ciria. contro. 316.

3 1. Lim. primam nam legatum purum dicitur quando solutio seu conditio legatarum dotium executioni apposita fuit Ond. co. l. 53. n. 31. lib. 2. Mastril. decif. 78. Viui. dec. 484. n. 6. Decia. conf. 5. n. 4. lib. 3. Ciria. contro. 316. n. 7.

4 1. Amp. in legato loco legitimæ succedente quod purum

rum censetur Meno.cons.251.n.38.Ond.supra.n.12. & 24.Rot.dec.266.n.3.par.1.nouiss.Ciria.supr.n. 8.

5 Nepos ex bonis aui legitimam detrahit ex persona patris Cras.in §.legitima.Q.4.Ciria.supra.n.16.

6 Filiæ sta tuto exclusæ non faciunt partem in legitima, nec pro illa earum dotes computantur, sed vt æs alienum detrahuntur, ac de residuo tertia pro filij legitima detrahitur de communiori Decia.cons. 47.n. 37. lib.3.Thes.dec.159.n.9.Gratia. discept. 676.n. 6.& Ciria.contro.316.n.21. At si filij tres sint, viuo patre dotata statuto exclusa, innupta dotanda & masculus omnium legitima triens erit,& dotata partem faciet fauore masculi tantum, & non dotata non habet nisi quantum si dotata non fuisset exclusa haberet, & sic non dotata habet tertiam partem trientis idest nonã partem totius ac si eius soror exclusa non esset, non autem trientis dimidiam Capic.dec. 158. Ond. cons. 1.n.99.& 105.lib.2.Ciria.contro.385.subdens in calculanda dote danda, datæ dotis rationem haberi.

7 Feudum in legitima imputatur nisi ex pacto & prouidentia antiquum foret Cras.in §.legitima Q.21.Surd. cons.427.n.6.19.Ciria.contro.316.n. 24.& in Falcidia Cras.sup.& in §.Falcidia Q.17.Ciria.supr. n. 25. quod minus ob deuolutionis periculum æstimatur n. 26.& Surd.supra.n.46.

8 Transmittitur legitima cum fructib. etiam consumptis à die mortis testatoris perceptis etiam ad extraneos Ciria.contro.367.

9 Renunciatio successionis legitimam non includit nisi expræssa sit Ciria.contro 367.n.15.& seq.& si mater excludatur ob non petitum tutorem filio; hoc fallit mortuo filio pubere etiam si curatorem filio non petierit, & licet priuetur secundo nubens etiam legitima siue nubat ante vel post obitum habita filij successione, sed si vidua succedat & non nubat non tenetur proprietatem reseruare, & si secundo nubat non petito tutore licet filij successionem perdat, eo tamen filij obeant, reintegratur ad plenam successionem, & à paternis solum excluditur non ab alijs nec à fraternis habitis a patre per alium fratrem defunctum, & cessat exclusio si filius matri aliquid relinquat, quæ legitimæ supplementum petere poterit ex Facchi.lib. 3.contr.63.& alijs tradens etiam quando vsusfructus matri relictus in legitimam imputetur ex Surd. cons. 388.& alijs.

10 Tempus mortis attenditur in deductione legitimæ, ac dotis loco eius succedentis, & si valor intrinsecus temporis beneficio augeatur, etiam legitima augetur Surd.cons.128.Pereg art.36.n.26.Decia.cons.17. n. 19.lib.2.Grat.cons.79.n.24.lib.2.Rot.dec.347.par. 1.diuers.Ces.de Gras.dec.6.& 10.de testam.Barz.decis.101.n.34.Facchi.contro.lib.4.c.16.Ciria.contro. 391.n.6. sed si à patre vsq; ad legitimam data sit auctis facultatibus non petet supplementum ex veriori & communiori Borg.dec.32.n.17.par.3.

11 Filiab. statuto exclusis legitima cum supplemento debetur non obstante statuto eis per aduersatiuam in alio capite querelam & supplementum illis vetante cessantib. masculis, alias querelant, vel supplementum petent alio extraneo institutn Meno.cons.76.n.6. Rim.iun.cons.487.n. 6. Ciria. contro. 400. n. 13. ex Bal.in l.omnes populi.n.72.de iust. & iur. Rot. decis. 425.par.4.diuers.355.n.12.par. 1. diuers. nisi statutũ dote contentas esse & plus petere non posse disponat. Surd. cons. 348. Ciria.supra.n.55.

12 Mater non amittit legitimam per tacitam pupillarem in compendiola compræhensam, nisi coniecturæ legales extent, vel tales a Doc. inuentæ, quæ aliud nequeant importare; prout dicitur de prohibitione trebellianicæ nec legitimam binubens perdet, nisi viduitatis condictione adiecta Borg. decis.1. n. 60. & seq.par.3.vbi etiam late agit quando transiens ad secunda vota filijs succedat, lucrata amittat, vel transmittat, fructusque restituat & dec.4 vbi matri legitimam deberi ex æquitate scriptæ quæ rigori præfertur & in residuo substitutum admitti & ita in dubio opiniones conciliari sed dec.10.n.20.d.par.3.ob expressam pupillarem eam amittere etiam si sit vsufructuaria omnium bonorum si alter in re certa institutus in vniuersum succedat declarans quando hoc fiat.

13 Dos legata nepti ex fratre, & sic extraneæ, si fideicommisso locus sit, ei debetur, etiam si aliunde dotate se posset, nec imputatur in legitima sibi debita in bonis patris, quia testator eam dotare non tenebatur, ideoque dotem paternam, & hanc sibi legatã consequi posset, licet legatam nisi nuptiarum tempore consequi nequeat, nec ad hæredes transmittat ante decedens, imo solutam eius hæredes restituere tenerentur Borg dec.5.n.91.vers. quo vero ad 2. & nu. seq par. 3. subdens congruam dari debere secundum tempus nuptiarum, qualitatem personarum, filiorũ & patrimonij quantitatem, alijsque filiab. datam nisi illa excessiua foret, vel dotes creuissent, & hoc casu prius congruè dotatæ non petent suppleri etiam facultatib. auctis, & licet dotes priores non ascenderẽt ad legitimam, dummodo dimidia legitimæ minus datæ non sint; quod si ab eo dos legata sit qui dotare tenebatur, tametsi nuptiarum tempore dari voluerit, prout si statutum prius dotari mandat & postea ab hæreditate excludat, ante nuptias obiens ad hæredes transmittet, licet secus sit vbi prius exclusa postea dotari iubetur Ceph.cons.56.n.20.21.Borg.supra.n. 96. & seq. subdens quod si testator extraneus dotes nõ legasset, de fideicommisso detrahi non possent, cum de instituto per ascendentes deducantur (nisi secus testator cauisset) etiam quoad postea natas, dummodo grauatus natus esset testamenti tempore, & fœmina non fuerit aliter dotata, vel maritata n. 103. & seq. quod si legata congrua non esset, augeri deberet, quæ procedere inquit etiam in emphiteoticis & feudalib. inæstimatis tamen Aufr. ad Tholos. dec.279.& tam in constitutione, quam in restitutione dotis; non tamẽ posset ex fideicommisso dotare grauatus si aliũde haberet, & deberet dos vere soluta non confessata apparere; etsi grauatus alienasset non posset mulier contra possessores agere nisi de dote sibi soluenda caueri fecisset Borg.supra.nu.seq.

14 Legitima quæ est quota bonorum non hæreditatis debetur ex omnib. bonis, sed iudicis arbitrio deducitur ex aliquib. non de meliorib. nec minuitur per legata etiam pia, nec donatione causa mortis, inter viuos etiam remuneratoria, nec titulo lucratiuo nec oneroso, nisi de vera numeratione constet, nec defuncti confessione nec delicti condemnatione, nec fideiussionib. factis nec illicito ludo nec venditionibus minus iusto præcio factis; debeturque sine onere legatorum

gatorũ & fideicõmissorum conditionis dilationis & modi vt ęs alienũ, pro qua filiꝰ dicitur quasi creditor, detrahitur ante diuisionem inter filios faciendam & legata in cumulum ponuntur pro legitima & trebellianica calculanda, licet integra soluantur si hæreditas soluendo sit, & legitimato ex patris ordinatione post obitum debetur Borg.dec.7.par.3. dos autem relicta exclusæ ob dotem à paterna hæreditate ante omnia vt æs alienum deducitur.n.40.

15 Dos data ab auo nepti patris contemplatione, patri in legitimam imputatur prout matri data, seu filiæ, nepotib. imputatur Borg.supra.n.28.29.

16 Legitima & trebellianica capiunt dimidiam hæreditatis si quatuor filij sint, si pluris alterius dimidiæ vnciam cum dimidio alterius vnciæ cum dimidia, & debetur trebellianica etiam si legitima per statutum vel iure communi semis sit Borg.supra.n.43.

17 Legitima statuto aucta gaudet priuilegijs legitimæ iure communi debitæ Borg.d.n.43.

18 Legitimato post obitum patris ex eius ordine debetur legitima, & eius supplementum vti verè legitimo Borg.supr.n.49. vbi remissiue tradit formam petitionis vtriusque n.50.

19 Ascendentib. legitima debetur prout & descẽdẽtib. iure positiuo vbi non egent alimentis, sed ijs indigẽtib. iure naturæ Rot.dec.62.par.5.diuers.& matri debetur etiam Ecclesia instituta etiam in bonis filij religiosi & binubę ac viduæ debetur, hæc autem contratabulat licet ex clausul.codicil.pręterita restituat hæreditatem legitima retenta illa autem non contratabulet; & viduę pleno iure debetur binubę in vsufructu Sperel.dec.32.vbi etiam probat ius cano. tollere pœnas secundo nubentium in odium secũdarum nuptiarum à iure ciuili institutas, non in fauorem filiorum primi matrimonij ex cõi & binubæ deberi in vsufructu bonorum filij primi matrimonij prædefuncti, licet non in proprietate, qui æstimatur tempore mortis defuncti & in ea imputatur Seraph.dec.1365. & quamuis binubæ matri aliquid in proprietate relictum sit vt aliud petere non possit, supplementum legitimæ in vsufructu petere potest Rim.Iun.cons.105.num.22. Facchi.lib.3.c.63.Mangil.de imputa.Q.7.n.32.Sperel.dec.33.sed alijs liberis eiusdem matrimonij non extantib. binuba in proprietate legitimam habebit, ex cõiori Rot.dec.223.n.5.par.5.diuers.Sperel.supr.n.12.& seq. idem probantes si liberi ij ciuiliter obijssent ex professione emissa in religione incapaci bonorum nec proprietate priuatur fauore extranei; tacitus autem consensus filiorum pro secundis nuptijs nõ operatur matrem consequi legitimam in proprietate sine actu positiuo puta priuigni habitatione cum vitrice, & minor qui consensit sine curatore non restituitur Sord.dec.99.de cõiori, Sperel.supr.n.17.& seq. dummodo filij sciant ex hoc consensu sibi obesse ex Burat.dec.82.& alijs nec rustica, nec minor excusatur; & prædicta in patre etiam procedunt Sperel.sup.n.19.& seq.

20 Legitima filiorum & liberorum quatuor, vel paucicrum de quadrante ad trientem aucta est sic & parentum de quadrante ad trientem aucta fuit ex cõi. Doc.opi.in auth.nouissim.C.de inof.testa.Thes. dec.170.n.5. Raud.dec.Pisa.47.n.16.Sperel.dec.34.Merli.de legit.lib.1.tit.2.Q.12. matris autem si filius fratre præterito extraneum instituerit & matri aliquid reliquerit legitima triens erit Rot.dec.421.422.par.4.diuers. Vini.dec.405.n.19 de cõiori & æquiori Sperel.dec.34.n.4.& per totam vbi idem si fratri aliquid sit relictum à fratre, & matri non titulo institutionis legitima autem matris deducetur post legatum fratri factum de residuo Thes.dec.6.Rot.dec.39.n.15.collectarum à Merli.post tract.de legit.de cõiori Sperel. supra.n.37.Borg.dec.8.n.1.& seq par.3.

21 Exclusi à successione simpliciter, & incapaces bonorum in communi & in particulari aut delicto vel iusta exhæredatione non faciunt partem pro augenda legitima filiorum, secus si non simpliciter, sed cum qualitate dotis vel certæ summæ, hoc enim casu partem faciunt pro dote sibi debita, & numerum ad fauorem masculorum non exclusorum quib. legitima debetur, intellige si dotata excludatur, non si exclusa dotari iubeatur, hoc enim casu nec numerum nec partem facit ex communiori Borg.d.dec. 8. n. 2. & seq.& vbi dotari mandat hoc ius ad hæredes non trãsmittit, & si dos soluta sit non secutis nuptijs restitui debet n.10.& quando dotatę excluduntur affert duas lim.quas non approbat dec. 12.n.35.& seq.par. 3. & dec.12.n.49. vbi non extantibus eam excludentibus legitimam petere posse & dec.14.n. 31.& seq. tradit an pater qui ex statuto inter filios numeratur, partem faciat.

22 Legitima statim morte secuta debetur cum fructib. & de legatis nõ detrahitur, nisi meliora legata essent & hæreditas soluendo sit; si autem res non fructifera sit velut pecuniæ non debentur fructus, nec si in vita assignata fuisset Borg supra.n.13.16.17.& dec.12.n.35.licet in non possidente tempus petitionis attendi Romæ iudicatum dicat.

23 Dos vel aliud à patre filiæ data vel ab alio patris contemplatione in legitimæ calculatione, vel computatione venit sed prius legitima eius detrahitur cui datum fuit, & residuum in legitima computatur exemplificat Borg.supra.n. 18. 19.& seq. & supplementi etiam à die mortis decis. 22. n.86.par.3.

24 Dos filiæ puræ & simpliciter exclusæ ante legitimã filiorum deducitur velut æs alienum licet totum patrimonium absorberet Borg.dec.14.n.31.par.3.

25 Emancipationis præmio data filius non imputat in legitimam, nisi pater aliud expræsserit; ante emancipationem quæsita imputat, non postea parta Borg. dec.22.n.52.& seq.par.3.ex testamento patris emancipato non debetur legitima nisi eam reliquerit n.62. & seq.

26 Præteritus testatori notus testamenti tempore ex clausul.codicil.in futurum concepta legitimã detrabit & d.claus. effectum fauore instituti operatur; sed si ignotus sit, & posthumus ignorantem præteritus; legitimam & trebellianicam habebit, si maiorem partẽ ab intestato non consequeretur, si enim hanc maiorem consequeretur, solam partem filio hæredi scripto tangentem restituet nepos, qui legitimam consequetur vel totum eius patri tangentem, si legitima, & trebellianica maius esset Borg.decis. 24. part. 3. post Thes.dec.141.n.18. sed ex communiori solam consequi legitimam.Borg.supra.n.9.& 31.

27 Doti onus imponi nequit si loco legitimæ ex statuto succedat puta quia statutum dotatus excludat præsertim legi-

tim legitimæ supplementum vetante, licet secus si exclusas dotari mandaret, hoc enim casu dos loco legitimæ non succedet Rota.dec.215. coram Burat. à Ciria.contro.71. vbi si loco legitimæ succedat subdit fœminas exclusas impinguare legitimam masculorum; & idem si renuncient, vel monasterium intrent ex communiori & 72. si loco legitimæ succedat, dotis legatum purum transmitti, alioquin secus, & ex coniecturis transmitti, & si tempus nuptiarum sit executioni non legati substantiæ adiectum.

28 Legitima inuentario omisso non amittitur, asserens tamen alia bona non extitisse, ex quib. detractiones fieri possent probare tenetur, sed facto inuentario asserens detractiones consumptas probabit Ferentil.ad Burat.dec.115.

29 Ex feudis etiam dignitatũ legitima debetur nisi alia bona extẽt, vel nisi primogenitura sit Ciria.cõtr.2.& asserenti alia extare probãdi onus incumbit n.102.& posse Imperatorem ex feudis deduci iubere sed contr. 5.non facto inuentario à grauato quis probet alia extare plurib.casib.declarat, vbi etiam si dos in subsidiũ ex fideicommisso petatur releuari probat pro se præsumptionem habẽtes & sic pro legitima etiam & cõtro. 6.n.21.ex mixto indistincte extrahi probat.

30 Dos data à matre filiæ, nepti ab auo, vbi dotare tenentur in legitima non imputatur Surd.de alim.tit.1. Q.7.& 102 n.9.Pereg.art.37.n.9.Costa. remed. subsid.65.Rota. Lucan. DD. Pasqualuccio & Bartolino iudicib. inter DD. Cenamios & Sextios Mangil. de imput.Q.20.n.8.9.21.58.

31 Onerari legitima expræsse potest si vltra legitimam filio relictum sit qui acceptarit Ciria. controu. 242. num.8.

32 Si pater fisco ob delictum filij legitimam soluere teneatur, ea nepotib. ex illo non debebitur Rot. decis. 922. coram Burat. vbi Add. cautelam probat filium legitimo priuandi, in totum vel in partem eum instituendo & grauando, & si onus acceptare nolit cum in legitima instituendo, tunc enim vel onus acceptare vel fructus bonorum restituere vel in legitimã imputare debebit ex Surd.dec. 21. n. 20. & alijs, quam omnes admittunt; intellige de fructibus bonorum vltra legitimam, quoniam cum fructibus legitima debetur nec ideo imputare eos tenetur vt dixi in tract. legitimæ, & filij legitima publicabitur etiam in plus instituti, & in casu delicti priuatus nisi legitimæ expræsse renunciarit, vel sciens testamentum in omnib. & per omnia illud approbasset Ciria.contro.148.etiã si in casu delicti filium priuasset.

33 Legitima debetur in vita religionem ingredientis emissa professione Rota.dec.461.n.16.coram Burat.

34 Matri non debetur legitima si extet defuncti filius Ciria.contro.243.n.31.

35 Delegatis legitima debetur si meliora legata sint, vel alia non extent Ciria.contro.221.n.33.

36 Nepotes ex filio in capita auo in legitima succedunt si cum filio in stirpem Pereg. de fideic. art. 36.n. 39. Costa.de portio.rat.Q 181.Merli.de legit.lib.1.tit.4. Q.2.& dec.59.& 61. Rotę per eũ collectarum Mart. de success.lega.par.1.Q.2.art.8. Mangil. de imputat. Q.20.n.16.tenuit Rot.Luca.vbi supra & ex Ond.cõs. 2.n.28.8.n.30.lib.1.Meno.cons.793.Rim. Iun. cons. 767.n.35.Fusar.Q.485.n.115.Gallia.cons.17. n. 12. tenuit legitimam fore iuxta numerum nepotum ex eorum persona venientium, & licet detur successio in stirpem etiam sine patrui concursu inter filios fratrum Decia.cons.1.n.394.lib.1.requiritur tamen cõcursus plurium stirpium Ciria.contro.174.n.24.Rot. Luca.supra.dixi in 2.appendice inuentarij; vel dispositionis ad pias causas vbi fere omnes pro vtraq; parte congessi, & nepotes ex fratre cum patruo in stirpem patruo succedere in capita verò, si soli sint, & fratres in capita Rot.dec.309.310. 352. coram Burat. & in capita patruo succedere nepotes ex fratrib. iudicando seruari in Lucana diuisionis 15. Decembris 1636. coram Panzirolo. vbi respondet statuto Lucano. sed indistincte in stirpem succedere auo, patruo & auiæ ex communiori Borg.dec.21.n.70.& seq.par.3.

37 In legitima filius imputat quod habuit à patre vel matre in vita legitimæ correspondens quando voluit præcurrere tempus, & si constet patrem voluisse donare, vel ob causam dedisse ad quam de iure tenebatur, vel pro sua parte, vel si mater dotem filijs renũciasset Ciria.contro.262.n.78.& seq.non tamen creditur patri de datis filio, nec imputat sua Borg. decis. 22.n.44.par.3.

38 Præteritus non dicitur, institutus in re euincibili, vel credito elidibili, sed aget ad supplementum legitimę Ciria.contro.263.264.

39 Dos data ab auo nepti contemplatione matris, nepti in legitimam imputatur, secus si neptis contemplatione, quod coniecturis percipietur Ciria.contro. 264.n.15.& seq.vbi coniecturas ponit.

40 Donatio remuneratoria quatenus merita capiunt non reuocatur velut in officiosa etiam pro legitima. Rota. Auen.dec.23.n.14.Ciria.contro.270.n. 2.& 23. vbi de facta ex causa de futuro, & iudex arbitrabitur an merita æquiualeant.

41 Exclusa à statuto, si à patre instituatur & fideicommisso grauetur, legitimam ac trebellianicã detrahet Surd.cons.185.n.19.Ciria.contro.284.n.59.&seq.vbi etiam contra Surd. non posse à Patre prohiberi, nec onus apponi, nec appositum approbatur generali approbatione testamenti sed specifica requiritur nu. 70. & seq. etiam quoad trebellianicam ex cõi, & institui posse, salua legitima masculis contro. 316.n.19.

42 Ascendentib.pure debetur,& matri debita triens est, sed ex statuto Mantuæ si sola sit proximior triens est, alias tertia eius quod ab intestato habuisset, sed si cũ sorore testatoris agnita extet sextans erit, quia cum matre succedit Thes.dec.172.n.4.Ciria.contro. 288. n.6.7.304.vbi etiam si incapax stabilium sit sola mobilia calculari.

43 Exhæredato ex iusta causa in re certa instituto legitimæ supplementum debetur, nisi probetur iusta causa, debetur etiam legitima eius filijs ex persona propria ex cõmunion Gomez. var. tom. 1.c.11.n.10.& & 21.Ceual.Q.101.Ciria.contro.298.

44 Aes alienum testatoris, & necessaria, & funeris impensa deducuntur, vt donatio propter nuptias, & lucrum dotis Ciria.contro. 404. subdens legata etiam ad pias causas post legitimam deduci.

45 Legitima filio Iudei cõuerso ad fidem in vita patris debetur ex æquiori tenẽda contra communem Borg. dec.21.n.11.

DE

DE TREBELLIANICA.

1 Filia quę renunciauit hęreditati patris vel matris eis ab intestato non succedit, præterita non rũpit, & à patre instituta, & fideicommisso grauata, trebellianicam non detrahet, nisi eam illi pater explicite permiserit Ciria. contro. 263. subdens hodie etiam contra testatoris voluntatem detrahi, & potest eam grauatus etiam in præiudicium tertij nolle detrahere, eiusque detractio est causa lucratiua; licet nõ deductam à grauato, hæres eius eam consequi, & cedere possit Meno. conf. 1017. n. 13. Ciria. contro. 284. n. 31.

2 Inuentario non facto amittitur nisi à testatore prohibitum sit Ciria. contro. 288. n. 28.

Contrarium ex communiori & æquiori Borg. decis. 7. par. 3. maxime in minore & data pari culpa.

3 Fructus imputat extraneus fideicommisso grauatus, Ciria. supra. n. 29. & nepotes licet non filij primi gradus Borg. dec. 13. n. 26 par. 3.

4 Feuda in fideicommissi restitutione veniunt, vbi alienari possunt præsertim noua, vel mixta, & vbi fideicommissum feudo comprehensorum fauore institutum fuit etiam remotioris Ciria. cõtr. 324. & ex clausul. ad habendum & c. alienari potest etiam in extraneos, dotes autem nisi in subsidium de fideicommisso non detrahuntur, & absolutè si à transuersali factum sit. 325. n. 29. & 328. n. 34. post Meno. lib. 4. præs. 189. n. 40.

5 Emphiteosis Ecclesiæ non venit in restitutione fideicommissi extraneo relicti, nec si sit ex pacto & prouidentia, in hæreditaria secus Ciria. contr. 205. n. 209.

6 Fideicommissarius ab hærede grauato suam partem petit, & quam à cohærede grauato habuit & prælegata excepta legitima, & trebellianica si cohæredes inuicem substituti & prælegata & institutiones grauamen præcedant, secus si prius grauasset & postea honorasset tunc suam partem restituet nisi pro totius restitutione extet mens testatoris Borg. dec. 7. nu. 45. par. 3.

7 Trebellianica semel detracta, vel non donata, nec re missa fideicommissario à 2. vel 3. detrahi nequit Borg supra. n. 46. & seq.

8 Nec detrahitur de legatis pijs medietatis vel immediatis intellige vt per Cras. §. trebellianica. Q. 6. n. 3. Marcabr. conf. 4. n. 53. & seq. Borg. supr. n. 51.

9 Restitutione fideicommissi veniunt à patre inter viuos per diuisionem filijs tradita si ea prælegauit ijsdẽ & postea in omnibus alijs suis bonis filios hæredes instituit & inuicem substituit Borg dec. 14. n. 11. & seq. par. 3. subdens coniecturas sufficere vt prælegata restitui debeant & aliquas affert.

10 Alienatione prohibita, trebellianica censetur vetita, quę nepotibus inhiberi potest. Borg supr. n. 26. 27.

11 Transmittit ad hæredem grauatus ius detrahendi trebellianicam, non etiam ad substitutum Borg. sup. n. 47.

12 Filijs primi gradus in statu florentino prohiberi potest, & vbi potest prohiberi æquipollentia verba sufficiunt ex cõi. Borg. dec. 22. n. 81. 82. par. 3.

13 Empta ex pecunia hæreditaria veniunt in restitutione fideicõmissi velut hęreditaria, nõ tamẽ hęreditaria dicuntur, prætio rei hęreditarię empta, nec pupillaris, nec dotalis hęreditaria fit, nisi in subsidium emptione proprio nomine facta Rota dec. 784. coram Burat.

14 Prælegata in restitutione fideicommissi veniunt si maior pars hæreditatis inter filios diuisa, & distributa sit; Burat. decis. 847. vbi etiam legatum ex claus. omni meliori modo inter filios institutionem operari, & annuum ex coniecturis vnicum & purum fieri; & alijs casib. prælegatum restitutione contineri probat Ciria. contro. 204 n. 110. Borg. dec. 14. n. 11. & seq. par 3.

15 Mobilia vsu per grauatum consumpta non restituũtur Pereg. de fideic. art. 10. Ciria. contro. 143. n. 12.

16 Hæres grauatus æs alienum ex fructibus fideicommissi soluere, tot bona retinet, nisi etiam fructus restitui testator iussisset Rot. dec. 509. coram Burat.

17 Prohiberi trebellianica debet expræsse, sed generalia, vel id necessario inferentia sufficient exempla vide per Ciria. contro. 11. n. 45. & seq. & ex communiori etiam filijs primi gradus & æquipollentib. verbis prohiberi posse late Borg. dec. 3. par. 3. & 4. n. 31. nisi legitimatis dec. 7. n. 48.

18 Trebellianica non deducitur quando præteritus ex claus. codicillari instituto restituit, sed sola legitima Ciria. contro. 262. n. 77.

19 Nec pia causa de legatis pijs trebellianicã nec falcidiam detrahit de communi Borg. dec. 30. n. 36. lib. 1. nec de dote pauperi non descendenti relicta dec. 7. n. 37. par. 3.

DE FALCIDIA.

1 Falcidia imputatur quod à legatario capitur etiã condictionis implendæ causa, vel in vim modi Ciria. contro. 248. in fi.

2 Hæres grauatus rem legatario dare, quam legatarius hæredi per fideicommissum restituere tenetur, post certum tempus, eam in Falcidia imputare non tenetur Ciria. contro. 297. n. 26.

3 Falcidia non detrahitur de relicto pro legitima, ære alieno, pia causa, nec pro dote filiæ, vel pauperi Ciria. contro 316. n. 10. & seq.

4 Prohiberi tacite Falcidia potest si verba hoc necessario inferant Meno. conf. 374. n. 35. Ciria. contro. 326. n. 29.

5 Inuentario omisso Falcidia perditur Cras. in §. Falcidia. Q. 12. Ciria. contro. 316. n. 10.

DE INVENTARIO.

1 Minor restituitur aduersus omissum inuentarium creditorib. certis ad opponendum citatis docto credita excedere bona, non tamen contra minorem, vtroque de damno vitando tractante, nec si tutor soluendo sit, nec fratri maiori in diuiduis suffragabitur; nec informe stabilium sine cõfinib. mobilium & se mouentium sine pondere, numero, vel mensura, & valore, & si posteriori creditori facto inuentario soluerit à posteriori anterior repetet, sed si ante inuentarium soluisset anteriores ab eo petent ac si non soluisset, & de fructib. etiam satisfacere debet Ciria. contro. 294. posteriori verò non potest soluere sine cautione anterioribus restituendi. 362. n. 7. debet enim soluere bona fide. & 160. n. 54. & seq.

2 Pro-

2 Probat inuentarium femiplene contra tertium ex cōi Dec. in l.ex his n.20.C.de teftam.& Ciria.contr.321. n.30.dicam paulo infra.

3 Omittens dolofe aliquid inuentario ponere nifi modicum fit in duplum tenetur nec beneficium perdit, & fi omiffa non fint mobilia magni valoris fed ftabilia patentia non punitur nec in dolo præfumetur Ciria. contro.316.

4 Probat inuentarium contra conficientem & hæredē nec poteft contra probari; non tamen contra tertium fine adminiculis Ferentil.ad Burat.decif.637.& non citato non obeft, præfentes creditores certi nominatim citari debent, fecus fi abeffent dec.750. vbi Ferentil.in add. error vero poteft à tutore probari præfertim ex loci vifitatione, & ex clauf. fi qua non ponenda &c. maxime eius fideiuffore cui tutoris confeffio non oberit Ciria.contro.25.

5 Actiones non conferuat minus folemne fi non contineat mobilia omnia & ftabilia confinibus coram teftib. defcripta præfentib. femper, duo quorum teftatorem & hæredem cognofcant, ac tres loco creditorum ac legatariorum Ciria.contro.160.n.94.& etiā alijs legata, nec prodeft fi quid dolofe omiferit, nec fi teftator illud hæredi prohibuerit, mandans omnia debita folui, & fi illud fecerit & in hæreditate totidē extent, alienata hæredis a teftatore non recuperat, alias fecus, nec ea recuperat fi non fecerit; non præiudicat autem nifi in defcriptis certis contro. 163. n. 11.reftitutio autem bonorum coniecturis probatur. Affl.dec.13.Rim.Iun.conf.52.n.122.

6 Hæres tenetur Cappellaniam erigere de fuis bonis à teftatore ordinatam etiam facto inuentario, fi vires hæreditariæ fuppetant, nifi rem fuam habere faltem ex affectione intereffet Rota. dec. 395. coram Burat. fubdens ftatutum dotatas excludens, ab hæreditate dotantis tantum excludere.

7 Si ex fuo contractu conueniatur hæres ei non prodeft inuentarium Ciria.contro.290.

8 Cohæredis inuentarium cohæredi nō prodeft, nifi nomine omniū factū,fucceffori verò ipfius prodeft licet quoad commiffarium controuerfum fit,quo omiffo de proprio legata foluet, ex bonis autem hæreditatis, fi confecerit Rot.dec.521.coram Burat.

9 Hæredi non prodeft inuentarium nifi intra 30. dies ab adita cœptum & intra alios 60. perfectum Ciria. contro. 127. omiffio eius non impedit hæredem ius fuum deducentem Burf. conf.83.n.19.

10 Prohibitum non prodeft & à teftatore prohibitum dicitur fi iufferit hæredi vt approbet ab eo difpofita, nec ideo facto defuncti contrauenit Ciria. contro.21. n.43. poteft etiam à teftatore vetari fauore hæredis grauati, fed cautionem præftare debet reftituendi nifi à teftatore vetita fit, tunc vero fi dilapidet officium iudicis imploratur contro.288.

11 Cenfum redimere volens hæres cum pecunia facere debet inuentario non obftante Ciria. contro. 24. de quo dixi fupra in appendice priori inuentarij.

12 Actor ad certam litem inuentarium facere & cautionē præftare non tenetur Rot.dec.524.corāBurat.

13 Defcriptio bonorum lite pendēte negatur fi damno pars afficeretur Burat.dec.398.

14 Fructus percepti facto inuentario extinguūt creditum hæredis, fed eo non facto fecus eft conditione pēdente reftitutionis Rot.dec. 580. par. 1. diuerf. Surd. dec.92. vbi etiam adeundo cenferi fibi foluiffe fi ita velit & 224.ex veriori & communiori.

DE PRIMOGENITVRA ET MAIORATV.

1 Primogenitura inftitui poteft fuper reb. hæredis prout & maioratus Moli.de primoge.lib. 4. c. 1.n.17.&feq.lib.2. cap. 10. n. 70. Palacz. de maiora par.4.Q.16.Ciria.contro.303.n.7.

2 Ex primogenitura & vbi bona de primogenito in primogenitum, vel de liberis in liberos tranfire debent, reciproca inter lineas plurium & eorum defcendentium inftitutorum oritur, & lineæ vnius mafculis ceffantib. alterius lineæ mafculi admittuntur Moli. de primog.lib.1.c.4.n.13.Pereg.de fideic.art.13.n.76. Ciria.fupra. n. 15. & vnius linea deficiente ad tranfuerfales tranfire Moli.fupr.n.37.39.Meno.cōf.1082. nu. 10. quia primogenitura pro agnationis conferuatione inftituta eft, quæ etiam per tranfuerfales conferuatur Rot.dec.128.n.2.par.2.diuerf.vbi etiam perpetuam probat ex verbo fuccedat, & ex dictione femper& extenditur de perfona ad perfonam eadem ratione vigente Moli.lib.3.c.5.n.2.Meno.conf.803.n. 34.& numquam moritur Moli.lib.1.c.5.n.20.Ciria. fupra.n.41.

3 Euictionem præftat primogenitus rem euincens nec prætium reftituet Surd.conf.70.n.17.idem de emphiteofi feudo vel fideicommiffo, & his quę fui natura vendicantur nifi fpecifice eo cafu promifsa efset Becci.conf.24.n.39.Pereg.art.52.n.68.Ciria.fupra.n.50. & feq.

4 Quifque primogenitū inftituere poteft, cum omni iure permittatur pro bono publico, & fauorabilis fit, in fuis bonis etiam feudalib. fiue nouis fine licentia domini, fiue antiquis hæreditarijs vel mixtis vel dignitatis & iurifdictionis maxime cum Principis authoritate,quo cafu etiam in præiudicium legitimę inftitui poteft, præfertim vbi alienari folita efsent cum directi domini confenfu Ciria.contro.312.nec alijs filijs in alijs bonis recompenfa debetur ex Ceph. conf. 3.n.54.& Surd.conf.427.n.53.Ciria.fupra.n.117.& ex fola feudi in comitatum erectione inftituta cenfebitur Raud.var.refol.c.44.n.34.Ciria.fupra.n.27.& alijs modis vt per Thef.Q.forenf.35.n.6.lib.1.& fub primogenitura, vel titulo primogenituræ fufficit relinqui Moli.lib.1.c.5.n.32.Ciria. fupra. n. 29.& feq. vbi etiam facta referuatione declarationis fucceſsorum& inftituta cenfetur non tantum refpectu tituli primogenituræ, verum & fructuum iurifdictionis, & aliorum bonorum & pertinētiarum feudorum Raud. d.c.44.n.81.86.90. Ciria. fupra. n. 73. & feq. & pro conferuatione familiæ Surd.conf.241.n.40. vbi quia fauorabilis de perfona ad perfonam extendi probat. Ciria.fupra.n. 65. & quid indiuiduum continet n. 66. & Meno.conf.322. n. 62. & vni tantum debetur cæteris exclufis fratrib. Moli.lib.1.c.11.n.8.Ciria.fupr. n.64. etiam facta mentione primogenitorum in plurali in inftitutione n.68.ex Rim.Iun.conf.544.n.89. & primogenitus fratres etiam in honoribus præcedit conf.736.n.33.& Ciria.fupra.n.70.& 84 licet feuda & fideicommifsa plurib. obuenire poffint, & alias vt fideicommifsa cenfeantur,

5 Di-

5 Diuidens cũ fratrib. bona primogenituræ sibi primogenitus non præiudicat Iaf.conf. 107.lib.4.Ceph.cõſ. 152.n.71.Natt.conf.501.n.58.Meno.cõſ.181.n.92. 484.n.33.498.n.26.Palaez.de maior.par.4.Q.35.Ciria.ſup.n.121.nec ſi patiatur fratres actus iuriſdictionales exercere Caſtr.conf.179.n.4.lib.1.Maſc.concl. t 203.n.10.Surd.conf.160.n.18.Ciri.cõtr.312.n.120.

6 Primogenitus non tenetur approbare factũ defuncti in bonis primogenij de cõi Pinel.in l.1.par.3.n.99.C. de bon.mat.eũ Peralt.in rub.de hæreſt.inſt.n.94. contra Palaez.de maiora.par.4.Q.16.& Moli.lib.4.c.1. n.12.ſed ſine conſenſu Principis, prima eſt ſine dubio Ciria.ſup. n.114.& in omnem caſum non tenetur niſi pro quota hæreditatis.n.115.

7 Reuocare primogenitus nequit primogeniũ, nec minui poteſt etiã à primo inſtitutore, ſi per contractum erecta ſit Meno.conf.1126.n.12.Raud. var. reſol. 37. n.237.Ciria.contr.312.n.93.vel cũ Principis conſenſu erecta ſit Ceph.cõſ.337.n.15.Ciria.ſup.n.95. præſertim ſi reuocetur abſq; Principis cõſenſu Valaſ.dec. 130.n.17.Ceph.conſ.12.n 30.35.& conſ. 337. Purp. conſ.500.n.25.Marta.voto 9.n.11.Ciria.ſup.n.95. & 96.nec reuocatur ex æquali filiorum inſtitutione, nã de alijs ſuis bonis, non de primogenituræ ſubiectis inſtitutio facta cenſetur.Ceph. conſ.3.n.84.& conſ.337. & 608.n.80.Ciria. ſup.n.89.

8 Alienari poteſt ex iuſta cauſa Ciria. contro.160.n.8. 56.& ſeq. vbi idem vtiliora ſubrogando.

9 In feudo antiquo dignitatis poteſt ab Imperatore cõſtitui Ciria.contr.2.n 96.ante ius alijs plenè quæſitũ; ſi vocatus ad eã conſentiat cõditione pendẽte obligari ea purificata releuari petit contr.15. cẽſus in ea nõ poteſt etiã à primo acquirente etiam cũ Principis cõſenſu conſtitui vltra ipſius vitam, nec fideicommiſſo Princeps derogat niſi ob publicã vtilitatẽ & data recõpẽſa poſt Moli. lib.3.c.3.n.10.nõ pro priuata, alienatione prohibita niſi præcium vtilius conuertatur Ciria.contr.303.n.55.& 364.alios caſus ponit quib. fideicommiſſo derogatur.

10 Maioratus relictus ad alterius electionem qui nõ eligit ſoli primogenito debetur Moli.lib.2.c.4. n. 42. Ciria.contr.56.n.66.& à primo inſtitutore deſcendentes habent.contr.57.n.43.

11 Maioratus poſſeſſor alere & dotare non tenetur fratres & ſororem filios & filias etiam parentib. eorũ vita functis niſi eis legitima à primo inſtituere debeatur Alex.in l.1.n.20.ſol.matr.Moli.lib.2.c.15.n.67.Gutier.de tute par.2.c.3 n.42.

12 Tranſmittitur ius primogenituræ & ſi quis ante euẽtum conditionis obierit Seraph.dec.145.n.7.

DE PIA CAVSA.

1 Legatum relictum ſoluendum in fine anni vltima die anni ſolui ſat eſt; vt pia legata initio anni ſolui debent, & legatorum in teſtamento relictorum diminutio in codicillis generaliter facta, nõ cõtinet pia & alimentorũ Ciria.contr.364 & ſeq.

2 Derogatio Papæ generalis non tollit ius conditionalis fideicõmiſſi, monaſterio vel pio alij loco relicti, qd mortuo teſtatore conſiderabile cenſetur & ad hoc radicatum, ne ei cenſeatur derogatũ ſi Papa præiudicij ſcientiã nõ habeat ex clauſulis generalib. derogationũ ampliſſimis quoad priuilegiatos.Rot.dec.128.par. 2.recent.vbi etiã monaſterio immediate acquiri non monaco mediante nec contra ipſum pręſcribi niſi 40. annis etiam quoad futura.

3 Legatum rei alienæ etiam ignoranter relictũ piæ cauſæ fauore tenet Burat.dec.395.n.4.

4 Teſtamentum inter liberos & ad pias cauſas teſtatoris manu ſubſcriptũ valet ſine teſtibus die ac menſe, & ſufficit à teſtib. notam manũ habentib. recognoſci adminiculis iunctis Burat.dec.475. vbi Ferent. intelligit ſi pia cauſa primo loco fuerit inſtituta, nõ in euẽtum futurum ſubſtituta, ſi tamen pia legata maiorẽ hæreditatis partem abſorberent valere; non ſuſtineri autem ſi voluntas imperfecta ſit, quæ perfecta præſumitur & inuentario bonorum, ac teſtamenti ſubſcriptione probatur.

5 Confraternitates an poſſint bona abſq; ſolemnitatib. alienare dixi in appendice executorũ vlt.vol.n.11.eis autẽ relicta quæ in pios vſus cõuertunt pro anima relicta dici, & vere pia, vt pro captiuis redimendis, pauperib. dotandis, nec pro eis datium ſolui; licet vera pia non ſint pro viarum, pontium, & murorũ refectione & huiuſmodi Ciria. contro. 94. vbi etiam ad vſum certum relicta non poſſe tuta conſcieatia abſq; Papę licentia ad alium conuerti; At Princeps ſecularis prophana, & pia erga patria mutet 364. nu. 49. non ad vſus pios relicta & licet teneat confraternitates alienare bona poſſe ſine ſolemnitatibus, ſecus ſi id relinquens vetaſſet, & vide d.n.11.quoad perſonas & eorum bona corã ſeculari conueniuntur, quo ad communia corã Eccleſiaſtico Borg.dec.17.n.69.par.2.

6 Legato maius quod eſt venit fauore piæ cauſæ Surd. dec.298.n.10.Grat.diſcep.780.n.14.15.16.

7 Ius facultatiuum & cõſuetudo decennalis obligat in futurum Leo.theſ.fori Eccle.par.2.c.11.nu.48.Rot. dec.365.n.4.5 par.2.recent.Sperel.dec.67.n.47.

8 Donatio piæ cauſæ facta valet nemine pro ea acceptante, & non reuocata etiã priuati fauore facta poſt mortem donantis acceptari poteſt, nec ab hærede donantis reuocari poteſt ex cõiori Sperel.dec.81. & mãdatũ de donando Eccleſię morte nõ expirat ex cõiori n.39.& mulier & parochus pro Eccleſia idonei teſtes ſunt ex cõi.n.42.& ſeq & conteſtes eſſe in facto principali ſat eſt imo vnicus de facto proprio plenè probat ex cõi ſi autẽ de clerici intereſſe ageretur vel collegij non admitteretur nec clericus nec de collegio exiſtens per totam.

9 Obligatus ad factũ piæ cauſe fauore præciſe compellitur, licet ſecus ſi ad honorẽ Dei vel publicũ quis teneretur puta capellã vel ſepulcrũ conſtruere Bal. in l. 1.n.58.in fi.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt Sali.n. 27.Iaſ.in l.ſtipulationes nõ diuiduntur n.33.verſ.quatuor de verb.oblig.Rom.ſing.635.Bero.conſ.15.n.65. lib.3.Tiraq.priu.piæ. cauſ. 122. & libertatis Nouel. reg.102.Gutier.de iur.confir.contr.c.39. n.4. Intrig. ſing.97.n.109.lib.3.& ita pleroſque tenere ait Manti.de contract.lib.14.tit.32.n.20.

10 Extenſio de perſona ad perſonam in fideicõmiſſis ex coniecturis fit, non ſi non conſtet de mente teſtatoris, & minus cõtra eũ Manti.de vlt.vol.lib.3.tit.19.n.10.

11 Alternatiua in conditionib. ſtat coniunctim niſi de fauore piæ cauſæ agatur Viui.dec.7.Frãch. dec.150. reſoluitur etiam in coniunctam prout è contra copula in diſiunctam ex mente teſtatoris Borg. deciſ. 25.

par. 3. licet in suo casu ex alijs tenuerit alternatiuā suam retinere naturam nempe quando instituti nō essent testanti proximiores substituto, & fauore liberorum tradunt in coniunctam resolui.

DE TVTORE AC IN EO CONTENTIS VSQVE AD TRACT. DE CVRATORE.

1 TVtores constitui possunt, curam alterius suscipere valentes à iure non prohibiti; dari autē non possunt impubes, furiosus, seruus, fœminæ matre, & auia exceptis quę secūdo nubentes desinunt esse tutrices & earum viri bona pro tutelæ ratione reddenda sunt hipothecata, nec religiosi etiā superioris consensu etiā quoad miserabiles personas, nec sacerdotes testamētarij legitimi, & datiui tutores esse possunt, nec debitores & creditores matre excepta vidua manente, excepto etiam testamentario; filiosam. verò alio impedimento cessante tutor esse potest Bonac. de contr. disp. 3. Q. 19. punct. 3.

2 Officium tutoris & curatoris est pupillum minoremq; & rectè administrare alias de dolo & lata culpa tenētur, & si initio salarium constitutum sit non etiam ex post nisi causa iusta, de leui tenentur, & potest impuberem masculum & fœminam volētem religioni offerre, & sine tutoris consensu ingressum intra annum & diem reuocare potest a religione, vt & pater potest, ex facultate data ab habente potestatem in dicto monasterio; & inuentarium facere tenetur altoquin cōtra eum in litem iuratur; tenetur conseruare omnia bona, iura, & actiones minorum, pecunias in emptionem bonorum stabilium, vel censuum conuertere, vel in societatem, alias ad interesse lucri cessantis, & dāni emergentis etiam sortem excedens condemnatur, & ad fructus restituendos qui percipi potuissent si culpa tutoris percepti non sint; compromissum de claris facere non possunt, exigere & debita soluere debent vendendo prius inutilia, & minus vtilia, & vltimo stabilia si alia non sufficiant, donare autem non possunt nisi solita munera dari magistris & huiusmodi; iniuriam pupillo factam remittere possunt, ex causa, & pacem inire cum decreto iudicis; fructus bonorū minorum vendere statim possunt, nec expectare quod carius vendantur obligati sunt Bonac. sup. pun. 4.

3 Legatum sibi a testatore factum tutor testamentarius consequi non potest non acceptata tutela, licet secus in legitimo & datiuo Surd. dec. 38. Bonac. sup. n. 3.

4 Rationem reddere tutor & curator finita tutela tenētur nō prius nisi quoad bona inuētario descripta Surd. dec. 184. Gratia. discep. 282. n. 13. & seq. Bonac. sup. n. 4.

5 Tutor à curatore differt; Primo tutor inuito datur, petenti non inuito nisi ad litem curator. Secundo tutor datur personæ principaliter, curator autem bonis. Tertio tutor ad rem certam non datur, curator ad rem certam, litemque constituitur, & ad rationes cum alio administratore subducendas. Quarto tutor impuberi datur, puberi curator quamuis quandoque impuberi puta si tutorem non idoneum habeat vel tēporaliter impeditum, sed à perpetuo impedito tutela aufertur; curator datur etiam furiosis, mentecaptis prodigisque Bonac. supra. punct. 5.

6 Illegitimi tutoris gesta ne cum eo contrahens decipiatur tenent, & si in vtilitatem pupilli versum sit, negociorum actione pupillus tenebitur Rota. decis. 394. coram Burat. præsertim si pupillus maior factus ratificet dec. 524. & 526. in fine vbi de census reuenditione sine disdicta & duab. vicib. & quæ peritura tēpore forent, quæque nequeunt obesse pupillo ante solemnia gerere potest dec. 67. n. 8.

7 Victricus priuigno tutor dari potest Cur. Iun. cōs. 94. n. 7. Port. cons. 150. n. 10. Borg. de tuto. nu. 289. Ciria. contr. 135. n. 23.

8 Pater legitimus administrator hæreditatem filio infanti delatam adit, quam ex possessione alio iure adiuisse non censetur, nisi vltra sine alio titulo possederit, adita etiam censetur venditione bonorum, & in dubio filij aditam declarant Rot. decis. 523. coram Burat. sed filius sui iuris effectus ad aditam repudiandā restitui potest, repudiatam verò amplius adire nequit, pront eius tutor, & curator, & à patre etiam repudiatam adire potest l. fi. §. vbi autem C. de bon. quæ liber. & si pater adire nolit, actui huic & liti dabitur curator Olasc. dec. 89. nu. 5. in iudicio quando sine patris consensu esse possit Soc. reg. 151. Casla. in cons. Burg. rubr. 6. §. 3. col. 842. & sine filio & monaco patrem & monasterium adire & repudiare Borg. decis. 1. par. 3.

9 1. Amp. patrem posse etiam sine decreto ex causa necessaria bona filij alienare ex communi Rota. decis. 657. coram Burat. & an pacem facere pro iniuria filio illata controuersum est Fari. Q. 14. nu. 36. Facchi. contr. lib. 9. cap. 42. non tamen filius alienat proprietatem Rim. Sen. cons. 328. n. 27. & seq. licet secus sit in alijs proprietarijs Borg. dec. 28. n. 82. par. 2.

10 2. Amp. locare posse filium impuberem ad artē absque eius consensu discendam & ad hoc filium obligare Rot. dec. 810. coram Burat.

11 3. Amp. procuratorem sine filij consensu constituere ex communiori contra magis communem, & si filius contradicendi causam non haberet à patre facta tenerent, prout si de vsufructu ad patrem spectante non etiam de proprietate bonorum filij agatur Pinel. in l. 1. par. 2. n. 65. & seq. C. de bon. mat. sed si pater vsumfructum non haberet vt in casib. per Surd. cons. 116. sine patre in iudicio esse posset vt per eum subdens posse patrem vsumfructum repudiare in præiudicium creditorum in clerico Duran. caut. 1. de his qui non hab. test. fact. Coua. in cap. quia nos n. 3. de testa.

12 4. Amp. patris authoritatem tutoris esse maiorem Pinel. supr. n. 67.

Accusare potest filius sine patris consensu Fari. Q. cri. 12. n. 10. ex communiori.

13 Magistratus non conuenitur nisi facta excussione contra tutores & fideiussores qui tamen probare debet fideiussorem idoneum fuisse, secus in eius hærede Ciria contr. 22.

14 Mu-

14 Mutatio causæ possessionis præsumitur ex titulo superuenienti absque animi declaratione, si tituli secundi validi notitia habita sit Ferent. ad Burat. dec. 127.

15 Iuramentum fidelitatis non præstari, pactum, statutum, & consuetudo valent Iacob. de Feu. vers. qui quidem inuestiti n. 74. Scrad. de Feud. par. 6. cap. 4. n. 13. Intrigl. de feud. cent. 1. Q. 42. n. 5. Meno. cons. 1. n. 28. vbi feudum non esse arguere. 65. n. 17. & 64. n. 37. & seq. 1224. n. 10. & seq. inquiens hoc iuramentum sine dolo præstare omittentem à feudo non cadere Mãti. de contract. lib. 23. tit. 1. n. 12. tit. 21. n. 14. Pereg. cons. 4. n. 39. lib. 1. & alia de hoc iuramento vide per Intrigl. de feud. Q. 56. cent. 1.

16 Idem dicitur de iuramento iurisdictionis, assecurationis nuncupato à subdito Principi pręstando de quo per Natt. cons. 598. n. 11. 628. n. 1. & duplex à vasallo præstari ait Crau. cons. 896. n. 22. & seq. iurisdictionis & feudi; subdens vltra contenta in his iuramentis de quib. in tit. 1. in fi. qual. iura. vasal. debe. & tit. seq. de forma fidel. vasallum domino non teneri Meno. cons. 889. triplex esse probat fidellitatis vasalli, consiliariorum Principis & habitationis quoad subditos, quę simul præstari sat esse probat & 943. n. 13. & seq. præuia tamen requisitione. Rim. Iun. cons. 557. nn. 42. & sequent. Guid. Pap. dec. 307. vbi de iuramento securitatix ab incola præstando Villalo. lit. V. n. 3. vni filiorum domini feudi præstari sufficere probat ex communi & Viui. verbo. iuramentum potest & Soarez. lit. I. n. 287. per procuratorem specialem ex causa probabilis absentiæ posse præstari Gratia. decis. 107. in addit. omnib. vocatis vni pręstari sat esse Intrig. d. Q. 56. n. 190. & seq. vbi etiã à non suspectis non pręstari.

17 1. Lim. vel potius secus esse dicas quoad fidelitatem, quæ velut de feudi substantia remitti nequit, licet possit iuramentum remitti, idcirco pacto non obstante ad omnia iuramento fidelitatis contenta tenebitur Io. And. ad spe. tit. de præscri. add. 1. in fi. Bal. in auth. nisi rogati. n. 16. C. ad Trebel. Soc. cons. 257. n. 1. vers. aliquando & 3. lib. 2. Alex. cons. 30. n. 19. 79. n. 6. lib. 1. Dec. cons. 193. n. 5. vers. non obstat quod quando Paris. cons. 23. n. 20. lib. 1. Scrad. sup. n. 14. & per tot. tradit quando quibusque præstari debeat Ias. in prælud. feud. n. 114. Moz. rub. de accid. feud. n. 34. de cõi. Gueri. Piso Soac. præceptor meus in prælud. feud. nu. 179. Meno. sup. n. 18. de cõi. Intrig. de feud. cent. 1. Q. 2. n. 13. & seq. Mant. d. tit. 21. n. 15. Ceph. cons. 549. n. 32. & seq. Pereg. cons. 4. n. 39. lib. 1.

18 Contrarium tenet Rol. cons. 16. n. 11. lib. 1. & tunc feudum non esse ait Grat. cons. 9. n. 120. lib. 1.

19 Sublim. nam pactum tenet, nec ob non pręstitũ fidelitatix iuramentum & alia seruitia vasallitia, alindue propter quod feudum solet amitti vasallus priuatur, sed pœnam pecuniariam soluet, nec ideo ob alienationem cadet Iacob. sup. n. 72.

20 Iuramentum autem fidelitatis domino immediato præstari debet Crau. cons. 803. cursu temporis non obstante si quando præstitus appareat, & à fidelitatis, iuramentum vasalli differre probat ex Natt. cons. 367. n. 19. sed Ceph. cons. 176. n. 9. & seq. à solis vasallis præstari inquit, quod enim subditi præstant, assecurationis est, & de iuramento fidelitatis Regis Angliæ vide Suarez. de defens. fidei. catho. lib. 6.

21 2. Lim. secus esse pacto & consuetudine cessante, si namque non præstetur vasallus iure suo priuatur Cla. in §. feudum. Q. 53. non tamen à domino vasallo præstabitur. Q. 70.

22 3. Lim. non censeri remissum ex concessione in feudum nobile gentile & francum, venit enim ex feudi natura Io. And. supra Iacob. supra. n. 74.

23 4. Lim. nam ad omnia fidelitatis iuramento contenta nihilominus tenebitur Manti. supra. n. 13.

24 5. Lim. tacite non præsumi cursu temporis etiam immemorabilis hoc pactum conuentum, nisi requisitos recusasse constet, & postea præscripsisse Brun. cons. 35. n. 3. Rol. cons. 53. nu. 24. lib. 2. 52. nu. 28. lib. 3. Natt. cons. 518. Crau. cons. 27. n. 3.

25. Effectus iuramenti vltra alias amp. & vltra dicta de iuramento calumniæ per Scaec. de iudic. par. 2. cap. 1. quem vide.

26 1. Amp. vt filiusfam. pro patre à carcere liberando fideiubens iuramento obligetur, nec in integrum restituatur, nisi ex enormissima læsione probata quæ ex releuatione semouetur Burat. dec. 783. sed vbi ex statuto sine patris consensu obligari nequit, nec iuramẽto obstringetur ex communiori Cur. Iun. cons. 152. n. 7. Meno. cons. 121. n. 6. sed contra. Cur. Ium. vide insr. amp. 22.

27 Contrarium tenet Bero. cons. 180. n. 8. lib. 1. Rot. dec. 391. n. 4. coram Ludouis. si iuramentũ annullet quod ex communiori non potest solemnitate omissa, licet præstari vetare valeat.

28 2. Amp. in taxatione expensarum à iudice facienda partis iuramentum requiri cum sententia liquidatoria, & ab excessiua taxatione appellatur, excessus quantitate expræssa; vel si alia certa sit iusta causa Burat. dec. 421. vbi Add. subdit Rotam non excusare ab expensis ex iusta causa, nec si ex statuto victus victori debeat in expensis condemnari hoc enim casu condemnatur & si alias ex iusta causa excusaretur ex communiori Gab. de expens. concl. 1. Surd. dec. 164. n. 17. & cons. 252. n. 27. Pereg. dec. 152. & pro alio factæ probantur iuramento, & coniecturis etiam in re communi & si factas constet, quantitas iuramẽto probabitur Ciria. contr. 42. Borg. dec. 15. n. 26. lib. 1. vbi in taxatione à victore iurari & plura de expensis ponit etiam si ex statuto victus condemnari debeat.

29 3. Amp. renunciationem quarumcumque hæreditatum & bonorum obueniendorum pręsertim ab ingrediente religionem & iuratam valere, licet aliqua etiã specificata foret Burat. dec. 366. sed a filia factam ob congruam dotem habitam vel habendam sine patris consensu, vel matris, quorum hæreditati renunciauit in consensu vsque ad mortem non perseuerantium iuramento non firmatur, & sufficit tacita consensus reuocatio testando, vel inter viuos disponendo, sed si perseuerænt, licet dos nulla data sit fratri etiam facta tenet ex communiori, læsio enim considerari nequit ubi hæreditati uiuentix renunciatum fuit, præsertim si congrue fuisset aliunde dotata Burat. dec. 894. ubi Ferentil. nec affirmatiuum pactum, nec negatiuum sine eius consensu de cuius hæreditate agitur iuramento ualidari probat, & ex cõi generalis ualet ubi alias ignoranti succurritur Rui. cons. 16. n. 6. lib. 4.

30 4. Amp. recusationem iudicis in alia causa, nisi cũ iuramento in alijs causis fuerit repetita nõ suffragari, ac notarij suspicionem saltem ex iuramento proban-

dam Burat. dec. 371. n. 8. & seq. vbi etiam recusationẽ iudicis fieri debere cũ appellatione ab vlteriori processu in scriptis, alioquin à iudice post recusationem gesta tenere, & in vna causa loci recusationem factã ad aliam nisi repetatur non extendi.

31 Et nuncij relationis iuramẽto contradicentis statur Lanfr. dec. 227. Meno. de arb. cas. 112. n. 11. & cõtra eam iuratam probatio admittitur Ang. cõs. 22. lib. 1. cons. cri. in magnis Masc. concl. 1120. (licet Grat. cõs. 30. n. 57. lib. 1. secus teneat) Guid. Pap. dec. 557. in fi. Tiraq. de retr. lig. §. 8. glo. 9. n. 4. Feli. in c. proposuisti. n. 2. de prob. vbi lim. & iudicis arbitrio esse cui eorum stet Ias. in vers. quadrupli n. 28. Inst. de actio.

32 5. Amp. insinuationem statuto requisitam tollere nisi etiam iuramentum requirat Add. ad Burat. dec. 924. & 47. n. 11. post Rot. dec. 729. par. 4. diuer. 671. par. 1. 385. n. 9. par. 2. recentior. alias verò à statuto requisita, iuramento tolletur pręsertim si statuto & insinuationi cũ iuramento fuerit renunciatum Ferentil. ad dec. 76. corã Burat. & quando statutum instrumentum iuratũ contineat vide inf. vers. solemnitatẽ statuti & si dolo extortum pręsumat non valere Ciria. contr. 2. in fi. vbi etiam mortuo donante insinuari non posse nu. 78. & 128. n. 99. vbi etiam mulieris certiorationem supplere n. 118. non operatur tamen quo ad facienda solemnia post contractum Borg. dec. 30. n. 21. lib. 1.

33 6. Amp. confessionem prælati, tutoris, ac legitimi administratoris contentioso iudicio factam, & voluntariã adminiculatam, aut de facto proprio, vel si iuris habeat præsumptionẽ, vel sæpius repetita sit, successori & Ecclesiæ obesse licet in voluntaria simpliciter secus sit Rot. dec. 453. coram Burat.

34 7. Amp. suspicionẽ antidatæ in scriptura priuata iuramento coniecturis & adminiculis tolli, ac posteriori publico instrumento præferri Burat. dec. 905. vide in appendice executor. vltim. vol. vers. scriptura priuata.

35 8. Amp. stari iuramento tertij dicentis testatorem talem testamenti cedulam sibi rradidisse, sicut ad eã testamento se retulit testator Vasq. de suc. creat. lib. 2. §. 17. n. 53. Add ad Burat. dec. 475. absq; eo quod testator dixerit quod eius manuscripta sit, & si eã tertio dedisse, & à se scriptã affirmarit, vel subscriptam, debet manus recognosci, vel per comparationẽ vel per cõiecturas, quod si eam notario consignarit sua manu scriptam & sigillatam asserendo, quodq; suum sit nũcupatiuum testamentum, recognitione opus non est etiam si testatoris manu nec scripta, nec subscripta sit.

36 9. Amp. vt si in cõtractu mulieris requiratur iuramẽtum propinqui, nisi enunciatum non præsumatur Burat. dec. 924. & a statuto pro forma in actu requiri & in denuncia damni in sindico & bonæ conditionis iurantem esse debere Borg. dec. 13. lib. 1. n. 25.

37 10. Amp. iuramentum & cameralem obligationem hæredes & eorum bona compræhẽdere (periurio excepto) nisi ex facti circumstantijs, exclusa bona colligatur Ferentil. ad Burat. dec. 564. Borg. dec. 9. n. 13. 16. & seq. lib. 1. vbi iuramentum nisi in contractu ipso iure nullo obligare hæredem non autem periurium nisi defunctus in id incurrisset & dec. 30. n. 20. 30. hæredem teneri si pro eo defunctus iurauit vel consensit hæres, secus si ipso iure nullus esset lib. 1.

38 11. Amp. in patrono qui præsentando non variare etiam cumulando iurauit, qui variare etiam cumulando non poterit, sed fine iuramento variare lite pẽdente non potest nisi cumulando collitigantis fauore Ferentil. ad Burat. dec. 942.

39 12. Amp. vt licet articulans non fateatur, fallit articulis eum iuramento datis, & non probato errore principali præiudicant etiam non admissi, & sine iuramento valde adminiculantur Burat. dec. 600. vbi Add.

40 13. Amp. iurantem non didicisse dicta testium nouas probationes facere, etiam si aduocatus vel procurator ea legisset, nec principali propalasset Surd. dec. 153. Ciria. contr. 25.

41 14. Amp. confessionem minoris in responsione ad positiones cum iuramento obesse, quæ sine illo nõ noceret Ferentil. ad d. decis. 60. n. 17.

42 Narratiua etiam iurata probat de communi Grat. cons. 40. n. 18. lib. 2.

43 15. Amp. alienationem fundi dotalis iuratam cum solemnitatibus & causa necessaria validam esse Burat. dec. 749. licet alias nulla sit Ciria. contro. 10. nu. 65. & iurare debent etiam Commissarij in declaratione vtilis alienationis rerum Ecclesiæ Borg. dec. 46. n. 430. lib. 1.

44 16. Amp. iuramentum suppletorium dari circa fructuum liquidationem si coniecturæ concurrant, quæ si de illorum perceptione constet admittuntur Burat. dec. 170. 722. & ex coniecturis iudicem ad semiplenam inducentibus & ei qui de credulitate deponit id, sciensia cuius sensu corporis haberi nequit Ciria. contro. 299. & per arbitros dari & si ante causæ conclusionem petitum non sit Rui. cons. 18. n. 6. lib. 4. & dato suppletorio expensæ non reficiuntur Borg. dec. 15. n. 32. lib. 1. nec dari nisi pars & testis fide dignus probetur dec. 4. n. 49. lib. 2. etiam pro damno dato nec contra forensem ex statuto stari.

45 17. Amp. cautionem iuratoriam pauperis sine sui culpa admitti vt fructibus & expensis non restitutis, audiatur, ijs in fine litis reseruatis, licet rescripto dicatur refectis expensis & assecurato iudicio Bura. dec. 320.

46 18. Amp. vt compensatio liquidi ad liquidum fiat etiam contra obligationem cameralem iuratam, si creditum quod compensari intenditur postea creatũ sit Burat. decis. 717. vbi Add. aliter limitat. licet alias non fiat per iurantem in pecunia soluere, nec nisi in recipientibus functionem, nec solutione promissa fine iuris & facti exceptione nisi pecunia exhibita, nec de credito diuersarum personarum Ciria. contro. 120. n. 13. Borg. dec. 9. n. 10. sequent. lib. 1. vbi etiam pręcise obligare nec interesse solui etiam in fine instrumenti positum, nec in bonis solui posse & idem in hærede & vbi sola facti veritate &c. proceditur obijci posse & dec. 28. n. 43. par. 2. vbi lim. & n. 69.

47 19. Amp. alienationem aduentitiorum à filiofam. cum iuramento factam patri non obesse filio, verò sui iuris effecto nocere Mins. cent. 3. obs. 10. n. 5. Crau. cons. 490. de communi Villalo. lit. I. n. 135. & Matte. verbo. aduentitium Bero. cons. 22. n. 5. lib. 2. Grat. dec. 76. contra Cur. Iun.

48 20. Amp. vt si ex pacto iurato restitutio vel solutio in eadem specie fieri debeat, eadem soluenda sit, licet si non

nō reperiatur alia species iudicis arbitrio solui possit Thes.de augu.mone par.1.n.81.82.dixi in tract.solutionum & quę dare tenetur id facere debet etiā si non habeat facultatem Borg.dec.44.n.105.lib.1.

49 21.Amp.vt si emphit. ex pacto iurato 29. annis elapsis renouationē petere teneatur,ea nō petita cadat sine alia declaratione, licet si dominus renouare teneatur. 30. annis duret donec dominus cecidisse declaret Bero.cōſ.119.lib.1.& ijs elapsis intra annū peti potest Rot.dec.305.n.5.par.1. recentior. & non finire si in perpetuum facta sit 438.n.3.& Burſ. conſ.253.n.55. nec contra hæredem declarari posse, nec cessante dolo n.56.& perpetuum non teneri petere nisi ex pacto vel nisi emphiteosi finita n.61.cadit etiā à pacto francandi eodem instrumento posito maxime ob iuramētū emphiteosi priuatus Laderch.conſ.158.in fi.Borg. dec.37.n.9.lib.3.de communi Gutier.conſ.12.n.36. & si non soluat, intra annum cadit nisi esset hæres, vel minor in quo cesset l.si quis maior C. de trans. Borg. dec.9.n.14.& seq.lib.1.

50 22.Amp.mulierem ex iuramento Velleiano priuari, & fine illo si in negocio sui commodi intercedat, vel quatenus locupletata sit Ciria.contr.129.n.35. & seq. nisi statutum iuramentum annullet, nisi testib. in eius causam versum probetur, & tūc renunciatio etiā iurata non valeret contro.215.vide tamen sup. amp. 1. & contra statutum vetans præstitum non valere Cartar.dec.81.

